DATE DUE

ILL: 844681
XLJ 8-21-00

DEMCO, INC. 38-2931

T.2

DEMCO

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/recueildesactesd0002vari

CHARTES ET DIPLÔMES

RELATIFS

À L'HISTOIRE DE FRANCE

CHARTES ET DIPLÔMES

RELATIFS

À L'HISTOIRE DE FRANCE

PUBLIÉS PAR LES SOINS

DE L'ACADÉMIE DES INSCRIPTIONS

ET BELLES-LETTRES

PARIS

IMPRIMERIE NATIONALE

MDCCCCXX

RECUEIL

DES

ACTES DE HENRI II

ROI D'ANGLETERRE ET DUC DE NORMANDIE

CONCERNANT

LES PROVINCES FRANÇAISES ET LES AFFAIRES DE FRANCE

OEUVRE POSTHUME

DE M. LÉOPOLD DELISLE

MEMBRE DE L'INSTITUT

REVUE ET PUBLIÉE

PAR M. ÉLIE BERGER

MEMBRE DE L'INSTITUT

TOME II

DC
3
.C45
vol. 9
pt. 2

177790

PARIS

IMPRIMERIE NATIONALE

MDCCCCXX

ST. JOSEPH'S UNIVERSITY STX
DC3.C45 vol. 9
Recueil des actes de Henri II, roi d'Ang
3 9353 00108 1049

EN VENTE

CHEZ C. KLINCKSIECK

RUE DE LILLE, 11

À PARIS

AVERTISSEMENT.

Le tome II de ce recueil contient à la suite des pièces CCCCLV à DCCLXVIII un supplément où j'ai réuni un certain nombre de pièces émanées d'Henri II, publiées en France, en Angleterre et en Amérique depuis l'époque où M. Delisle a imprimé son Introduction jusqu'à la fin de 1920. Il va sans dire que ce supplément ne peut pas être complet. On y a fait entrer les actes d'Henri II publiés depuis 1910 par les éditeurs du *Calendar of the Charter Rolls* dans le tome V de leur recueil (1916), qui sont relatifs à la France ou ont été datés de notre pays. Parmi les ouvrages utilisés pour la rédaction de ce supplément il convient encore de citer le très intéressant volume de M. Charles H. Haskins sur les institutions normandes (*Norman Institutions,* 1918), auquel j'ai fait plus d'un emprunt, les trois premiers volumes de M. William Farrer sur les anciennes chartes du Yorkshire (*Early Yorkshire charters,* t. I à III, 1914, 1915 et 1916), le cartulaire du monastère de Saint-Jean-Baptiste de Colchester, publié à Londres en 1897 pour le *Roxburghe Club,* par M. Stuart A. Moore[1].

Les *Additions et Corrections* données à la suite du supplément sont dues en grande partie aux observations de M. Charles Bémont, membre de l'Institut, du professeur Haskins, de M. le Rév. Salter, de M. Louis Halphen, de M. Clovis Brunel et de mes autres corres-

[1] *Cartularium monasterii Sancti Johannis Baptiste de Colecestria,* publié en 1897 d'après le ms. appartenant au Right Hon. earl Cooper, par M. Stuart A. Moore (2 vol. in-8°). Pour les autres indications bibliographiques relatives à ce supplément, voir les mentions placées ci-dessous, en tête des diverses pièces.

pondants, auxquels j'adresse ici l'expression de ma vive reconnaissance pour leurs savantes indications.

Dans un très intéressant article qu'il vient de publier, M. Henri Prentout, professeur à l'Université de Caen, revenant sur une communication faite par lui à l'Académie des inscriptions et belles lettres, examine à nouveau la formule *Dei gratia,* placée en tête des actes royaux à la fin du règne d'Henri II[1].

Nous ne pouvons que mentionner ici ce savant mémoire et ne nous attarderons pas à discuter les raisons qui permettraient de préciser la date exacte du changement de formule. Il serait fort désirable que cette précision pût être obtenue, et la chronologie des actes anglais au XII^e^ siècle ne pourrait qu'y gagner, mais nous avons cru plus sage de nous en tenir, pour le présent, aux résultats acquis par M. Delisle. Il nous suffit d'avoir tenu compte, en établissant ce recueil, de l'importante découverte faite à la fin de sa vie par ce grand savant. Quant à savoir si les mots *Dei gratia* ont été placés en tête des actes d'Henri II en 1172 ou 1173, c'est une question très intéressante, mais qui reste encore douteuse, en l'absence complète de toute indication chronologique dans les documents émanés d'Henri II et de son fils aîné.

ÉLIE BERGER.

[1] *De l'origine de la formule* « Dei gratia » dans les chartes d'Henri II, Caen, imprimerie Caennaise, 16, rue Froide, 1920, in-8°, 53 pages.

RECUEIL

DES

ACTES DE HENRI II

ROI D'ANGLETERRE ET DUC DE NORMANDIE

CCCCLV

Delisle, n° 298.

Février 1173.

Traité conclu entre Henri II et Humbert, comte de Maurienne.

A. Original perdu.

B. Copie du traité dans les manuscrits des *Gesta regis Henrici secundi*, autrefois connus sous le nom de Benoît de Peterborough.

a. Stubbs, *Gesta regis Henrici secundi Benedicti abbatis*, t. I, p. 36.

b. Rymer, *Fœdera*, édition de La Haye, t. I, p. 11, d'après un manuscrit des *Gesta regis Henrici*.

c. Rymer, *Fœdera*, édition de 1816, t. I, pars 1, p. 28, d'après la même source.

d. *Recueil des Historiens de France*, t. XIII, p. 148, d'après le même auteur.

e. Copie abrégée dans la chronique de Roger de Howden : Stubbs, *Chronica magistri Rogeri de Hovedene* (*Rerum Britannicarum Medii Ævi Scriptores*, n° 51), t. II, p. 11.

Eyton, p. 170.

D'après l'auteur des *Gesta regis Henrici secundi*, Henri II arriva en Auvergne, à Montferrand, avant la Chandeleur (2 février 1173), et c'est là que le comte Humbert de Maurienne vint le trouver. Humbert suivit Henri II à Limoges, d'où le roi gagna Chinon, puis Alençon; Henri II se trouvait dans cette dernière ville, quand le jeune roi Henri, se mettant en révolte, partit d'Alençon le 8 mars pour aller rejoindre le roi de France. Il est probable que le traité passé entre le roi d'Angleterre et le comte de Maurienne fut conclu dans la première partie de février 1173; rien en

IMPRIMERIE NATIONALE.

effet, dans ce traité, n'indique l'imminence d'une brouille entre le jeune roi et son père. C'est à Limoges que le comte de Toulouse prêta hommage à Henri II et à ses fils Henri et Richard (*Gesta*, p. 36).

Quoniam in dubium venit quod a memoria recedit, repertum est in rei gestæ testimonium perennis rescripti remedium. Noverit igitur tam prior ætas quam futura posteritas quod Hubertus comes Maurianensis et marchio Italiæ concedit totum comitatum suum et omnes alias terras suas, quascunque habet vel deinceps adquisierit, Johanni filio Henrici illustris regis Angliæ, cum filia sua primogenita, Aalis nomine, si filium ex uxore sua non habuerit. Si vero filium legitimum susceperit, concedit eis in perpetuum et hæredibus eorum Russillun cum toto mandato suo sive pertinentiis suis omnibus. Concedit similiter eis et hæredibus eorum Perecastel cum omnibus pertinentiis suis, et præterea totum comitatum Belicensem, sicut eum habet, illis concedit. Donat etiam illis totam vallem Novalesiæ, Camberiacum quoque cum omnibus pertinentiis suis, Aiz, Asperum Montem, Rochetam, Montem Majorem, Cameram cum burgo et toto mandato. Ista omnia cum omnibus pertinentiis suis eis incontinenti citra montes concedit in perpetuum. Ultra montes quoque illis et eorum hæredibus donat et concedit in perpetuum Taurinum totum cum omnibus pertinentiis suis, Cavoreth, Colegium cum omnibus pertinentiis suis, et omnia feuda quæ tenent de ipso comites de Canaveis, et eorum servitia et fidelitates. In comitatu quoque de Castro Amunt similiter feuda, fidelitates et servitia. In valle Augustensi concedit eis Castellionium in perpetuum contra omnes homines, quod de illo tenet vicecomes Augustæ. Hæc omnia præfatus comes concedit prædicto filio regis Angliæ in perpetuum cum filia sua prænominata, ita libere, integre et quiete in hominibus et civitatibus, castris et aliis munitionibus, in pratis, pascuis et molendinis, in bosco et plano, in aquis et vallibus et montanis et paagiis et pasagiis, et in omnibus aliis rebus, sicut unquam pater ejus aut ipse ea melius tenuit omnia quæ subscripta (*sic*) sunt aut liberius. Vult etiam iamdictus comes quod incontinenti, aut quandocunque placuerit domino regi Angliæ, filio ejus fiant et præstentur hominia et fidelitates ab omnibus hominibus suis per totam terram suam, salva fidelitate sua, quamdiu terram tenebit. Præterea concedit eis et hæredibus eorum in perpetuum quicquid juris habet in toto comitatu Gratianopolitano, et quicquid in eo adquirit vel adquirere poterit. Si autem filia sua primogenita supradicta in fata concesserit, quæcunque cum primogenita concessit illustris regis Angliæ filio, cum secunda filia sua eadem, sicut scriptum est, cuncta concedit. Hanc præscriptam conventionem tenendam inter dominum regem Angliæ et comitem Maurianæ juraverunt ipse comes Maurianæ et comes Gebennæ, Rodulfus Alamannus, Nantelmus de Meolano, Sefredus de Alavarno, Rodolfus et Aimo

et Emericus de Brienzion, Willelmus frater comitis, Gocellinus de Morestello, Amedeus de Nangeu, Odo de Voiron, Berlic et Pontius de Fabricis [a], Lodoicus de Balma, Theobaldus de Vileta, Pontius et Wifredus de Cunflens, Gwido de Teis, Amedeus de Torvun, Ysmido de Sancto Michaele, Odmarus Labra, Joscelinus et Ricardus de Cordun, Giroudus de Margenzai, Berlio de Monte Falcone, Engwicio de Aviano, Berlio et Torencus de Chambel, Sofredus Gamerii, Hugo de Alviler, Uboldus de Rumillie, Lodoicus de Asma, Anselmus de Belentro, Willelmus Desiderius, Sofredus et Petrus de Sancto Genesio, Ungrinus de Fabricis [b], Willelmus de Bocozel, Angelinus de Castellano, Umbertus Reinerii, Willelmus de Porta, Willelmus Ervus, Gido de Candiaco, Petrus de Arvesio, Arbertus Cornuz, Hugo de Chinis, Willelmus de Albuzin, Henricus de Fulciniaco, Willelmus de Nangeon, Emericus vicecomes de Brienceon. Omnes isti prænominati juraverunt quod comes Maurianensis hanc conventionem firmiter servabit, et si ab ea aliquo modo resiliret, juraverunt quod ad vocationem domini regis Angliæ vel nuncii ipsius, et etiam sine omni vocatione, si comes resiliret, ex quo hoc scient, reddent se obsides domino regi in terra sua, ubicunque voluerit, et tamdiu in sua captione morabuntur, donec comitem ad regis beneplacitum revocaverint, vel cum ipso rege pro voluntate ipsius composuerint. Petrus quoque Tarentasiensis archiepiscopus, et Ardutio [c] Gebennensis et Willelmus Maurianensis episcopi, et abbas Sancti Michaelis coram positis ewangeliis de mandato comitis firmiter promiserunt quod ad beneplacitum regis, et quando voluerit, personam comitis excommunicabunt, et terram suam sub interdicto ponent, si comes hanc pactionem inter eos factam non servaverit. Idem facient de personis hominum comitis et terris eorum, per quos stabit quod non servetur pactio inter regem et comitem facta; et tamdiu comitem et eos qui pacem servare noluerint et terras eorum sub interdicto tenebunt, donec domino regi fuerit satisfactum. Dominus rex hanc fecit conventionem et concessionem præscriptam cum comite Maurianensi, et eam de mandato ipsius tenendam juraverunt : comes Willelmus de Mandevilla, Willelmus comes Arverniæ [d], Radulfus de Faa, Willelmus de Curci, Willelmus de Humez, Fulco Panel, Robertus de Brivecourt, Willelmus Mangat, Theobaldus Chabot, Willelmus de Munlusun, Petrus de Muncasson, Gaufredus Forestarius, [et alii plures]. De cætero sciendum est quod comes suam secundam filiam nuptui tradere poterit cui voluerit, sine nimio comitatus detrimento, postquam primogenita filia ejus filio regis fuerit desponsata, vel per legitimam ætatem vel per Romanæ ecclesiæ dispensationem. Parentibus autem suis vel aliis, et pro salute animæ suæ, poterit de terra sua dare sine multa

[a] Frabricis *a.* — [b] Frabricis *a.* — [c] Arduno *a.* — [d] Arunniæ *a.*

comitatus diminutione. Incontinenti vero mittit rex comiti mille marcas argenti, et quamcito filiam comitis recipiet ad minus habebit alias mille marcas argenti, et quicquid fuerit de quinque millibus marcis residuum recipiet comes quando matrimonium inter filium regis et filiam comitis fuerit contractum per legitimam ætatem vel Romanæ ecclesiæ dispensationem. Si autem dominus rex, quod Deus avertat, ante in fata concesserit, vel extra terras suas profectus fuerit, neque ipse, neque ipsi qui de mandato suo juraverunt vel aliquam comiti securitatem fecerunt, tenebuntur de præscripta conventione, nisi dominus rex filius regis et sui [1].

CCCCLVI

Delisle, n° 299.

Février? 1173. — Saint-Macaire en Gascogne.

Donation, aux Templiers, de l'église Saint-Clément-des-Danois, à Londres.

A. Original perdu.

B. Copie du xv^e^ s.; British Museum, Cotton, Nero, E. 6, fol. 52. Publiée d'après une copie fournie par M. le marquis d'Albon.

a. *Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. II, p. 818, texte incomplet.

Eyton, p. 170, à la date probable de février 1173.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum[a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Anglie, salutem.

Sciatis me donasse in perpetuam elemosinam et hac mea carta confirmasse fratribus Templi ecclesiam Sancti Clementis que dicitur Dacorum, extra civitatem Lond[oniarum], cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo et firmiter precipio quod fratres Templi eandem habeant ecclesiam et teneant bene et in pace et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus ad eandem pertinentibus, in terris

[a] Anglie... Normannie et Aquitannie... Andegavie *B*.

[1] Dans les *Gesta* (p. 40), le texte du traité est suivi d'une notice relatant la ratification dudit traité par les représentants du comte de Maurienne.

et capellis et decimis, et in omnibus aliis rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : comite Willelmo de Mandevilla, Willelmo de Curci dapifero, Fulcone Paenello, Reginaldo de Cur[tiniaco], Roberto de Briecurt, Thoma Filio Bern[ardi].

Apud Sanctum Macharium in Gasconia super Gerundam.

CCCCLVII

Delisle, n° 300.

Vers la fin de février? 1173. — Fontevrault.

Confirmation à l'abbaye de Fontevrault de divers revenus sur le minage de Saumur.

A. Original perdu.

B. Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 5480, t. I, p. 75.

a. Introduction, p. 26, extrait.

Le premier témoin de cette charte est Raimond V, comte de Toulouse, qui, au commencement de l'année 1173, vint à Limoges, à la cour de Henri II, et qui rendit son hommage au roi le 25 février. Le présent acte, daté de Fontevrault, doit être de peu de jours postérieur à cet hommage (Introduction, p. 27).

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, seneschallis, prepositis et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et Sancte Marie et ecclesie Fontis Ebraudi et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus omnia subscripta que in presentia mea in liberam et perpetuam elemosinam fuerunt eis data et concessa. Ex dono Pagani de Mange et Dionisie uxoris sue, concedentibus filiis suis Willelmo et Philippo, terciam partem omnium reddituum ipsorum in minagio Salmuri et in aqua, et decimam in duabus partibus ab ipso Pagano et Dionisia et filiis suis sibi retentis, ab Herveo Rabel ipsi ecclesie et sanctimonialibus legitime concessam, ita quod predicte due partes nulli tradantur ad firmam nisi sanctimonialibus, quamdiu ipse tantumdem dare voluerint quantum aliquis alius pro eis rationabiliter daret, sicut a predictis eis concessum est. Ex concessione et venditione Willelmi filii predicti Pagani, concedente Philippo fratre ejus, et Agatha uxore ipsius Willelmi, Philippo filio suo, et Agnete filia sua, alteram partem reddituum

supradictorum, ita quod omnino habeant abbatia et sanctimoniales predicte in perpetuum medietatem omnium reddituum eidem Willelmo pertinentium in minagio predicto et in aqua supradicta, et in altera parte predictam decimam. Ex dono Thome de Martinniaco et Eustachie uxoris sue, concedentibus filiis suis Andrea et Ged., et Mathilde filia sua, totum jus suum et omnem partem quam habebat in sepedicto minagio et in aqua. Ex concessione et venditione Jagelini de Loceio, concedente Margareta uxore sua, et Mabilia filia eorum, X. libras quas annuatim in supradicto minagio habebat, quas cum predicta Margareta ex Briando de Martinniaco in maritagium acceperat. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et sanctimoniales in ea Deo servientes omnia supradicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in perpetua elemosina, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut coram me a predictis data fuerunt eis et concessa.

Testibus : R. comite Sancti Egidii, et Hamelino comite Warenne, et vicecomite de Torennia, Stephano de Turonis seneschallo Andegavensi, Hugone de Creissi, Willelmo Filio Radulfi, Hugone Galler., Johanne Rainardi.

Apud Fontem Ebraudi.

CCCCLVIII

Delisle, n° 301.

Texte de la même charte, arrangé au XVI^e^ siècle.

B. Copie; Archives de Maine-et-Loire, fonds de Fontevrault, Minage de Saumur, fol. 2 v°.

Voir l'Introduction, p. 292.

Henricus, Dei gratia Anglorum rex, et dux Neustrie et Aquitanie, et comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus justiciisque, vicecomitibus, senescallis, prepositis, et omnibus prepositis et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Innotescat omnibus nos concessisse et presentibus litteris iterum confirmare Deo et ecclesie Beate Marie de Fontebraldo et sanctimonialibus in eadem ecclesia divino cultui inservientibus subscripta, que, nobis presentibus, eis a Pagano de Mange et Dyonisia, uxore ejus, et filiis libere in perpetuam elemosinam tradita sunt, tertiam scilicet partem omnium redituum quos ex medimnario Salmuriensi et aqua percipere solent. Volumus preterea ut predicte moniales decimas obtineant in duabus partibus a Pagano et Dyonisia et filiis retentis, quas decimas Herveus Rabel ipsi

ecclesie et sanctis monialibus rite et legitime concesserat. Jungimus has duas partes non posse locari nisi dictis sanctis monialibus, dummodo tamen velint persolvere quod aliquis alius rationabiliter pretium persolveret, sicut a predictis concessum est eis ex concessione et venditione Guillelmi[a] filii predicti Pagani, de consensu Philippi fratris ejus et Agathe, uxoris ipsius Guillelmi, et Philippi filii sui et Agnetis filie, et altera parte supradictorum fruantur ita et pacifice possideant abbatissa et predicte moniales mediam redituum predicti Guillelmi partem, in dicto medimnario seu minagio et in aqua, et in altera parte decimam ex dono Thome de Martin[niaco] et Eustachie uxoris ejus, annuentibus filiis eorum Andrea et G. et Mabilia filia, totum tandem jus predicti fundatoris, quicquid scilicet in dicto medimnario et in aqua ex venditione Jagelini de Proceio, consentiente Marguarita uxore et Mabilia filia ejus, possidebat; decem preterea libras quas a Briando de Martiniaco, cum uxore hoc reditu dotata, acceperat. Quare volo et absolute precipio ut predicta ecclesia et sanctiomoniales in ea Deum colentes supradictis rebus, sibi coram nobis legitime concessis, integre, pacifice, plenarie et cum omnibus liberis consuetudinibus suis tanquam perpetua elemozina utantur.

Testibus : R. comite Sancti Egidii, et Hamelino comite Warenne, et vicecomite Torennie, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Hugone de Creissy, Willelmo Filio Radulfi, Hugone Galler., Johanne Rainardi.

Apud Fontembraldum.

CCCCLIX

Delisle, n° 314.

Du 25 décembre 1172 au 5 mars 1173. — Chinon.

Confirmation à l'abbaye de Lire de biens situés à Hinckley et dans d'autres localités anglaises.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. au Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, l. l., n° 3, indiquée dans *a*.

a. *Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. II, p. 1030, d'après une copie ancienne (*Cartæ Antiquæ*, l. l., n° 3).

Eyton, p. 147.

L'archidiacre Geoffroi, qui a souscrit cet acte, est sans doute Geoffroi Ridel, archidiacre de Cantorbéry de 1163 à 1173, élu évêque d'Ely en 1173. Un autre témoin, Renaud, archidiacre

[a] Cyrilli *B*.

de Salisbury, fut élu en 1173 évêque de Bath. La pièce ne peut donc pas être postérieure à 1173. Le Rév. Eyton marque des séjours de Henri II à Chinon du 25 décembre 1172 à janvier 1173 (p. 170), et le 5 mars 1173.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancte Marie de Lira et monachis ibi Deo servientibus donationem quam Robertus comes Leycestrie eis rationabiliter fecerat super his que subsequens littera declarat, scilicet : de ecclesia de Hinchelai, cum ecclesiis eidem ecclesie adjacentibus, et cum capellis omnibus, et cum decima denariorum de soka de Hinchelai, et cum plenaria decima de dominicis carucis suis de Hinchelay, et de Eattune, et de Sibedestuna, et in porcis et in ovibus et in omnibus illis unde decime exire debent; preterea de omnibus decimis [de] dominico suo de Suptwica et de Kingestune, et de bladis et fenis, de lanis et de agnis et caseis et de porcellis et de omni instauramento suo. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia et monachi ejusdem ecclesie habeant et teneant omnia hec predicta, cum omnibus pertinentiis suis, ita bene et in pace, libere et quiete et plenarie et integre et honorifice, sicut carte[a] Roberti comitis Leycestrie, quas inde habent, testantur.

Testibus : Gaufrido archidiacono, Johanne decano Sarum, Reginaldo archidiacono Sarum, comite Willielmo de Mandevilla, Reginaldo de Curteney, Reginaldo Filio Ursi.

Apud Chinon.

CCCCLX

Delisle, n° 301 A.

1173, commencement de l'année.

Lettre de Henri II au pape Alexandre III, pour demander l'appui du Saint-Siège contre ses fils révoltés.

a. Petri Blesensis... opera omnia, Paris, 1667, in-folio, p. 209, lettre 136. — *b. Recueil des Historiens de France*, t. XVI, p. 649, d'après *a.* — *c.* Rymer, *Fœdera*, édition de La Haye, t. I, p. 12. — *d.* Rymer, *Fœdera*, édition de Londres, 1816, t. I, pars 1, p. 29.

[a] Carta *a.*

D'après le Rév. Eyton (p. 172), c'est le 15 avril 1173 qu'éclata la révolte du jeune roi Henri. La lettre écrite, à ce propos, au pape par le roi d'Angleterre, ne peut pas être de beaucoup postérieure à cette date. L'absence de la formule *Dei gratia* en tête de l'acte ne constitue pas une raison chronologique, cette lettre, dont l'authenticité est bien douteuse, n'ayant rien de commun avec les actes émanés de la chancellerie royale, et ne nous étant parvenue que par un recueil épistolaire.

Sanctissimo domino suo Alexandro, Dei gratia Catholice ecclesie summo pontifici, Henricus, rex Anglie, dux Northmannie et Aquitanie, comes Andegavensis et Cenomanensis, salutem et devote subjectionis obsequium.

In magnorum discriminum augustiis, ubi domestica consilia remedium non inveniunt, eorum suffragia implorantur, quorum prudentiam in altioribus negotiis experientia diuturnior approbavit. Longe lateque divulgata est filiorum meorum malitia, quos ita in exitium patris spiritus iniquitatis armavit, ut gloriam reputent et triumphum patrem persequi, et filiales affectus in omnibus diffiteri, preveniente meorum exigentia delictorum. Ubi pleniorem voluptatem contulerat mihi Dominus, ibi gravius me flagellat, et quod sine lacrymis non dico, contra sanguinem meum et viscera mea cogor odium mortale concipere, et extraneos mihi querere successores. Illud preterea sub silentio preterire non possum, quod amici mei recesserunt a me, et domestici mei querunt animam meam. Sic enim familiarium meorum animos intoxicavit clandestina conjuratio, ut observantia proditorie conspirationis universa posthabeant. Malunt namque meis adherere filiis contra me transfuge et mendici, quam regnare mecum et in amplissimis dignitatibus prefulgere. Quoniam ergo vos extulit Deus in eminentiam officii pastoralis, *ad dandam scientiam salutis plebi ejus* [1], licet absens corpore, presens tamen animo me vestris advolvo genibus, consilium salutare deposcens. Vestre jurisdictionis est regnum Anglie, et quantum ad feudatarii juris obligationem, vobis dumtaxat obnoxius teneor et astringor. Experiatur Anglia quid possit Romanus pontifex, et quia materialibus armis non utitur, patrimonium beati Petri spirituali gladio tueatur. Contumeliam filiorum poteram armis rebellibus propulsare, sed patrem non possum exuere. Nam, et Jeremia teste, *nudaverunt lamie mammas suas, lactaverunt catulos suos* [2]. Et licet errata eorum quasi mentis efferate me fecerint, retineo paternos affectus, et quamdam violentiam diligendi eos mihi conditio naturalis importat. *Utinam saperent et intelligerent, ac novissima providerent* [3] ! Lactant filios meos domestici hostes, et occasione malignandi habita non desistunt, quousque redigatur virtus eorum in pulverem, et, converso capite in caudam, servi eorum dominentur eis, juxta verbum illud Salomonis : *servus astutus filio dominabitur imprudenti* [4]. Excitet ergo prudentiam vestram spiritus consilii, ut

[1] Luc. I, 77.
[2] Thren. IV, 3.
[3] Deut. XXXII, 29.
[4] Prov. XVII, 2.

IMPRIMERIE NATIONALE.

convertatis corda filiorum ad patrem. Cor enim patris pro beneplacito vestro convertetur ad filios, et in fide Illius per quem reges regnant vestre magnitudini promitto me dispositioni vestre in omnibus pariturum. Vos ecclesie sue, pater sancte, diu Christus servet incolumem.

CCCCLXI

Delisle, n° 297 E.

1173, commencement de l'année. — Argentan.

Confirmation de la donation faite par Geoffroi Ridel, archidiacre de Cantorbéry, à Robert de l'Ile, en considération du mariage dudit Robert avec Gallienne, cousine de l'archidiacre.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s.; Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, P. 10. — PHOTOGRAPHIE.

a. Rymer, éd. de 1816, t. I, pars 1, p. 42.

b. Édition partielle, Introduction, p. 26.

Eyton, p. 111.

Cette pièce, où Geoffroi Ridel est encore qualifié d'archidiacre de Cantorbéry, ne peut pas être postérieure à son élection comme évêque d'Ely, le 17 mai 1173. C'est sans doute peu avant cette élection que fut confirmée la donation faite en considération du mariage de sa cousine; la pièce porte, en effet, la mention *Dei gratia* (Introduction, p. 25-26).

CARTA ROBERTI DE INSULA.

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta confirmasse donationem quam Galfridus Ridellus, Cantuariensis archidiaconus, fecit Roberto de Insula et Galiene cognate sue, filie Willelmi Blundi, de terra que fuit Mainerii Portar[ii] in Exninge (?), quam idem Galfridus dedit prefate Galiene ad se maritandum prenominato Roberto et quam Matheus comes Bolon[ie] carta sua eis confirmavit, ita scilicet quod predictus

Robertus et Galiena uxor ejus et heredes eorum habeant et teneant in feudo et hereditate sicut liberum maritagium predictam terram cum omnibus pertinentiis suis de Gaufrido prefato et heredibus ejus per idem servitium quod ipse Gaufridus et heredes ejus illam de jamdicto comite et heredibus suis tenebunt, scilicet reddendo inde unum spervarium sorum infra VIII. dies proximos festo Sancti Michaelis pro omni servicio. Quare volo et firmiter precipio quod predictus Robertus cum prenominata uxore sua Galiena et heredes eorum habeant et teneant predictam terram cum omnibus pertinentiis suis, in terris et hominibus et pasturis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eandem pertinentibus, per predictum servicium bene et in pace, libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carta predicti comitis testatur.

Testibus : R. archiepiscopo Eboracensi, A. episcopo Lexoviensi[a], Willelmo de Curci dapifero, Willelmo Filio Hamonis, Willelmo de Caineto.

Apud Argentomum[b].

CCCCLXII

Delisle, n° 302.

Juillet 1173 ou 1174. — «Stokes juxta mare».

Donation de la chapellenie de Blyth à Gautier de Coutances, clerc du roi.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de l'église de Rouen; Bibliothèque de Rouen, n° 1193, fol. 100, pièce 152.

a, b. Publiée deux fois dans l'Introduction, p. 28 et 258, la seconde fois en regard d'un acte du roi associé.

Round, n° 30.

Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, et Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, ont souscrit cette pièce avec leur titre d'évêque élu, qu'ils ont porté tous deux depuis leur élection, en mai 1173, jusqu'à leur sacre, le 6 octobre 1174. Dans l'intervalle, Henri II a fait en Angleterre un séjour, probablement en juillet 1173 (Pipe Roll XIX, p. 55), puis un autre séjour, du 8 juillet au 8 août 1174, sur lequel l'itinéraire du Rév. Eyton nous donne (p. 179-183) de nombreux détails. — Si M. Delisle a fait entrer dans son recueil cet acte, qui paraît intéresser exclusivement l'Angleterre, c'est sans doute à cause de son importance chronologique, la pièce, où l'on trouve la formule *Dei gratia*, étant évidemment postérieure au mois de mai 1173. Il a été démontré (Intro-

[a] Lexon. *a.* — [b] Argentem *a.*

duction, p. 106) que Gautier de Coutances n'était pas d'origine normande, et nous ignorons la raison pour laquelle il a été nommé du nom d'une ville normande. Nous ne savons pas non plus pour quel motif la présente charte a été transcrite dans le cartulaire de l'église de Rouen.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse in liberam elemosinam et presenti carta confirmasse dilecto clerico meo magistro Waltero de Constanciis capellaniam de Blia, cum omnibus pertinentiis suis, in ecclesiis et capellis et terris et decimis et in omnibus aliis ad eam pertinentibus, tenendam quamdiu vixerit in habitu clericali, sicut aliquis predecessorum suorum ea melius et liberius et integrius tenuit aliquo tempore. Quare volo et firmiter precipio quod magister Walterus de Constanciis habeat et teneat bene et in pace, libere et quiete et integre et honorifice predictam capellaniam, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in ecclesiis et capellis et terris et decimis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eandem pertinentibus capellaniam, sicut aliquis predecessorum suorum eam melius et liberius et integrius ante eum habuit et tenuit.

Testibus : R. archiepiscopo Eboracensi, R. Wintoniensi, G. Elyensi electis, comite Reginaldo Cornubie, Ricardo de Luci, Reginaldo de Curtenaio, Willelmo de Albigneio, Unfrido de Bohun, Roberto Marmion, Hugone de Creissi, Willelmo de Lamvalleio, Thoma Basset.

Apud Stokes juxta mare[1].

[1] C'est certainement de la même localité : « Apud Stocam », qu'a été datée une charte du roi associé Henri Courtmantel par laquelle il accorde aux frères de Saint-Bernard de Montjou la confirmation de leurs biens ; cette charte a été calquée sur un acte semblable de Henri II ; il leur confirme en effet : « omnes terras et redditus quas pater meus rex eis in perpetuam elemosinam dedit et concessit, sicut carta sua testatur. » Nous trouvons inutile de reproduire ici ce document, qui n'intéresse pas directement la France, et que M. Delisle a d'ailleurs publié dans son Introduction (p. 259), sous la date : « vers 1175 ». Il figure à la *Table des pièces comprises dans le recueil*, au numéro 301 B, et sous la date : « 1173 ou 1174? ». M. Delisle l'a connu par un original (Oxford, New College), dont M. le Rév. Salter lui avait communiqué la photographie (n° 20 du recueil du Rév. Salter).

La date « vers 1175 » est plus vraisemblable que celle sous laquelle l'acte figure à la table ; en 1173-1174, le jeune roi, en guerre ouverte avec son père, avait autre chose à faire que de ratifier ses chartes ; en 1175, ils avaient fait la paix. En réalité, nous ne savons même point si cette lettre n'est pas postérieure à 1175.

CCCCLXIII

Insérée par M. Delisle à la suite du n° 302.

Juillet 1173 ou 1174. — Windsor.

Sauvegarde pour l'abbaye de Reading.

A. Original; British Museum; additional charter 19592. — PHOTOGRAPHIE.

a. Publiée par M. Walter de Gray Birch, *On the seals of king Henry the Second*, p. 27 (Extr. des *Transactions of the R. Society of literature*, vol. XI, new series), et datée par lui de 1174-1189.

b. Publ. par M. Delisle, Introduction, p. 29.

Cette pièce a, pour la chronologie de Henri II, le même intérêt que la précédente. Elle a été souscrite par Geoffroi Ridel, évêque élu d'Ely, dont l'élection date de mai 1173, et qui a porté le titre d'élu jusqu'à son sacre, en date du 6 octobre 1174; or on y remarque la formule *Dei gratia.* C'est pour cette raison que M. Delisle l'a mentionnée à sa table, et que nous la publions ici, quoiqu'elle n'intéresse que l'Angleterre. Pour les séjours de Henri II en Angleterre, en juillet 1173 et 1174, voir la note chronologique de la pièce précédente.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus ballivis suis in quorum balliis monachi de Radingis terras habent, salutem.

Precipio vobis quod custodiatis et manuteneatis et protegatis terras et homines et omnes res et possessiones monachorum de Radingis, sicut meas proprias, ita quod nullam molestiam vel injuriam aut gravamen eis faciatis nec fieri permittatis, quia omnia sua sunt in manu et custodia et protectione mea. Et prohibeo ne de ullo tenemento quod in dominico suo teneant ponantur in placitum nisi coram me vel coram capitali justicia mea.

Teste G. electo Elyensi episcopo.

Apud Windesoram.

CCCCLXIV

Delisle, n° 302 A.

Vers 1173? — Domfront.

Sauvegarde pour l'abbaye de Ramsey.

Original autrefois scellé sur double queue; British Museum, addit. 33647. — PHOTOGRAPHIE.

Cette pièce, portant la formule *Dei gratia*, est au plus tôt de 1172 ou 1173. Elle est datée de Domfront; nous savons que Henri II a été à Alençon à Pâques, en 1173, et il a pu se trouver à Domfront plus d'une fois au cours du long séjour qu'il a fait en France du 12 mai 1172 au 7 juillet 1174. Gautier de Coutances, qui paraît ici comme témoin, était à la cour dès 1173 (Introduction, p. 107). Malgré ces raisons, la date : vers 1173, donnée à la table, ne doit être acceptée que sous toutes réserves.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis suis totius Anglie, salutem.

Sciatis quod suscepi in manu et custodia et protectione mea ecclesiam Ram[esie], et abbatem et monachos ibidem Deo servientes, et omnes res et possessiones eorum. Et ideo precipio vobis quod ipsam ecclesiam et abbatem et monachos et terras et homines et omnes res et possessiones eorum custodiatis, manuteneatis et protegatis, sicut meas dominicas, ita quod nullam eis in aliquo injuriam vel contumeliam aut gravamen faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis super hoc in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam inde justiciam sine dilacione fieri faciatis. Et prohibeo ne prenominatus abbas ponatur in placitum de ulla re quam per baillivos meos receperit quando abbatiam Ram[esie] recepit, donec in Angliam veniam.

Teste magistro Waltero de Constanciis.

Apud Danfront.

CCCCLXV

Delisle, n° 304-305.

Juin 1174. — Saintes.

Confirmation des possessions de l'abbaye de Notre-Dame de Saintes.

A. Original perdu.

B. Grasilier, *Cartulaire de Notre-Dame de Saintes*, p. 75, n° 83.

Dans son introduction (p. 73), M. Delisle établit que Henri II assiégea et prit Saintes vers le 11 juin 1174. Il considère comme ayant pris part à la campagne de Poitou et de Saintonge, sous les ordres du roi d'Angleterre, les seigneurs qui ont souscrit cette pièce.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, senescallo Pictavie et omnibus ministris et fidelibus suis Aquitanie, et precipue Xanctonensibus, salutem.

Mando vobis et precipio ut omnes res et possessiones ad abbatiam Sancte Marie de Xanctonis pertinentes in pace et libere et quiete esse permittatis, sicut carte quas inde habent testantur, nec aliquis in possessionibus earum harbergamentum aut questam aut procurationem aut cabalcatam aut exercitum aut quidlibet aliud vi aut terrore ulterius exigat, set vigeriam de homicidio, de furto, de raptu, de incendio prorsus dimittatis. Precipio insuper vobis quatinus contra omnes qui possessiones earum inquietaverint eas manuteneatis et defendatis sicut res meas proprias. Et si quis eis super hoc injuriam aliquam inferre presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis.

Testibus : Porteclia senescalco Pictavie, Willelmo Mangodi, Hamelino de Mientoir, Gaufrido de Taunai, Teobaldo Chabot, Mauricio de Croun, Nivardo de Rochefort.

Apud Xanctonas.

CCCCLXVI

Delisle, n° 303.

1173 ou 1174. — Caen.

Confirmation au connétable Richard du Hommet de manoirs qu'il possède en Angleterre et en Normandie.

A. Original perdu, autrefois scellé, sur lacs de soie, d'un sceau qui est décrit dans le vidimus de 1347-1348 (*B*). M. Round, n° 530, indique un original conservé aux Archives du Calvados; il y a sans doute là une confusion entre l'original perdu et le vidimus encore existant (*B*). M. Delisle dit à ce sujet, dans une note jointe au texte qu'il a dressé pour l'impression : « Dans le vidimus expédié en 1347 au nom du duc Jean, il est dit que les religieux d'Aunai avaient depuis longtemps rendu l'original de la charte de Henri II à Jean de Melun, sire de Tancarville et chambrier de Normandie. » L'original a vainement été recherché aux Archives du Calvados, en octobre 1915, par mon confrère et ami M. René Sauvage.

B. Vidimus conservé aux Archives du Calvados, sous la cote H 668 (*et non* 669), daté du Bec-Hélouin, le 7 mars 1347-1348, par « Jehan, aisné filz du roy de France, duc de Normandie », etc. « Savoir faisons... que nous avons veu deux lettres seellées, chascune en las de soye pendans, saines et entières, si comme il apparoit, non cancellées, non abolies, ne en aucune partie de elles vicieuses; et ou sceau de la premiere avoit empreint d'une part une figure d'un roy couronné, séant en une cheyère, tenant en une main une espée nue et en l'autre une pomme et par dessus un faucon, et environ avoit escript : « Henricus Dei gracia « rex Anglorum », et de l'autre part dudit seau avoit empreint un homme armé tenant en une main une espée, et en l'autre un escu, sur un cheval; et environ avoit escript : « Hen-

« ricus dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum. . . » (l'autre charte transcrite dans le même vidimus est de Richard Cœur de Lion). M. René Sauvage a bien voulu collationner la copie de M. Delisle sur le vidimus du prince Jean. — *C.* Copie moderne conservée à la Bibliothèque nationale, ms. latin 10063, folio 231 (collection Léchaudé d'Anizy).

D. Copie aux Archives nationales, dans le registre de Philippe Auguste coté JJ 26, folio 220 r° col. 2 (registre coté E par M. Delisle). — *E.* Autre copie aux Archives nationales dans le registre de Philippe Auguste coté JJ 7-8, fol. 129 (registre C de M. Delisle). — *F.* Autre copie aux Archives nationales, dans le registre de Philippe Auguste coté JJ 23, fol. 171 v° col. 2 (registre D de M. Delisle).

a. La Roque, *Histoire de la maison de Harcourt*, t. IV, p. 1474. — *b.* Delisle, Introduction, p. 30.

Eyton, p. 177. — Round, n° 530.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse Richardo de Humeto, constabulario meo et heredibus suis, pro servicio suo, Stanfort[a] cum omnibus pertinenciis castelli et burgi, excepto servicio abbatis de Burgo et Guillelmi de Lanval[lé][b]. Dono eciam eis et confirmo Ketene[c] cum pertinenciis suis, et Dudintonam[d] cum pertinenciis suis, et de feodo comitis Giffardi Risenbergam[e] et Siringeham[f] cum pertinenciis suis, et in Normannia Meisi cum omnibus pertinenciis suis, et haiam de la Lutemera[g] cum pertinenciis suis, tenenda in feodo et hereditate sibi et heredibus suis de me et heredibus meis. Quare volo et firmiter precipio quod Ricardus de Humeto, constabularius meus, et heredes sui hec prenominata habeant et teneant de me et heredibus meis cum omnibus pertinenciis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus R[otrodo] archiepiscopo Rothomagensi, H[enrico] episcopo Baiocensi, A[rnulfo] episcopo Luxoviensi, F[rogero] episcopo Sagiensi, R[icardo] electo Wintoniensi, Johanne decano Sarisberiensi, Willelmo de Curcy dapifero, Jordano Tais-

[a] Stamfort *D.* — [b] Lanvalle *D.* — [c] Katen. *DEF.* — [d] Dodintonam *D.* — [e] Risembergam *DF.* — [f] Sirigeham *E*; Sirigehan *F.* — [g] Lutemare *D*; Luteineria *E.*

sun [a], Fulcone Paenello [b], Johanne de Solineio, Roberto Bertram, Hugone de Gund[evilla] [c], Ricardo Filio Comitis, Hugone de Creissy [d], Roberto de Stutevilla, Roberto de Briec[uria] [e].

Apud Cadomum.

CCCCLXVII

Delisle, n° 306.

Après le 6 octobre 1174. — Caen.

Vidimus d'une charte du roi d'Angleterre Henri I^er^ pour les religieuses de Saint-Paul-hors-Rouen.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le registre (E) de Philippe Auguste, Archives nationales, JJ 26, fol. 154 recto, col. 2.

a. Martène, *Amplissima collectio*, t. I, col. 945.

Voir l'Introduction, p. 183 et 322.

Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, qui a souscrit cette pièce avec son titre d'évêque, n'a été sacré que le 6 octobre 1174; auparavant, il aurait pris le titre d'élu, *electus*. L'acte ne peut donc pas être antérieur à cette date; ajoutons qu'il peut être postérieur à 1174, et que la date : vers 1174, donnée par M. Delisle, n'est pas certaine. Henri II a été en Normandie du 8 août 1174 au 8 ou 9 mai 1175; peut-être est-ce à l'époque de ce séjour que remonte la rédaction du présent document.

Henricus, rex Anglorum, [etc.], archiepiscopo Rothomagensi, Baiocensi et Ebroicensi episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis quod, ad petitionem et precem priorisse ecclesie Sancti Pauli extra Rothomagum, et sanctimonialium in eadem ecclesia Deo servientium, recepi et sigillo meo confirmavi scriptum quod tunc temporis habebant a Henrico rege Anglorum, avo meo, in hec verba.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, etc. Precipio quod ecclesia Sancti Pauli extra Rothomagum et priorissa et moniales de mea elemosina que ibi Deo serviunt teneant et possideant terras et homines et omnia sua bene et in pace et quiete ab omnibus rebus ad me pertinentibus, tam in terra quam in aqua et nemore et omnibus aliis locis, sicut umquam melius tenuerunt in pace et quietiores fuerunt in

[a] Taissum *E;* Tesson *F.* — [b] Fulco Paenel *EF.* — [c] Gondon *EF.* — [d] Cressi *E;* Cressy *F.* — [e] Brioc. F.

IMPRIMERIE NATIONALE.

tempore patris mei et fratris mei et in meo postea; et super hoc prohibeo, super penam centum unciarum auri, ne quis contra hoc meum preceptum eat, decrescendo vel minuendo libertates et quietaciones suas quas eis concessi. Et vobis precipio quod ecclesiam predictam et priorissam, moniales, terras et homines, possessiones et omnia sua custodiatis et manuteneatis contra omnes et defendatis, sicut res meas proprias que sunt de elemosina mea, et in tutela mea et in manu mea. Teste R. de Ver. Apud Rothomagum.

Igitur auctoritate precepti Henrici regis avi mei et antecessorum meorum, qui predictam ecclesiam cum pertinenciis suis in elemosinam statuerunt et confirmaverunt, et auctoritate mea, vobis precipio quod ecclesiam illam et priorissam et sanctimoniales ejusdem ecclesie, cum universis pertinentiis suis, custodiatis et defendatis, sicut meas res proprias, et maxime homines suos, ubicunque sint, contra omnes guarantiatis, et liberos et quietos in omnibus manuteneatis. Et preterea dono et concedo in perpetuam elemosinam priorisse et monialibus predicte ecclesie proprios usus suos capiendos in foresta mea de Rovreio, videlicet ad focum suum et domos suas edificandas et reparandas. Et si bestia silvestris, qualiscunque sit, capta fuerit infra metas priorisse memorate, ipsa et moniales sue illam bestiam habebunt in pace et quiete et sine molestia alicujus, videlicet de via que est inter ecclesiam predictam et prioratum Sancti Michaelis de Sancto Audoeno Rothomagi usque in medio Secane in latitudine, et de pomerio abbatis Sancte Trinitatis de Monte usque in finem terre de Merdepluet in longitudine, secundum quod terra sua se proportat in villa de Merdepluet. Si quis autem contra hec precepta mea ire temere presumpserit, vel molestiam aut gravamen aliquod priorisse aut monialibus aut suis fecerit, volo et precipio quod pena de centum unciis auri ab eo sumatur, et priorisse predicte et monialibus suis detur, vel tantum in meo carcere teneatur, donec ad plenum priorisse predicte et suis monialibus satisfiat.

Testibus : G. Eliensi, Henrico Baiocensi, R. B[athomensi] episcopis [a].

Apud Cadomum.

CCCCLXVIII

Delisle, n° 307.

Octobre 1174. — Falaise.

Traité de paix entre le roi et ses fils.

A. Original scellé, utilisé par Rymer et provenant de la Bibliothèque Cottonienne.

[a] B. T. G. Cl., H. Baioc., R. B. episcopis *B*.

B. Exemplaire contemporain, déchiré en plusieurs endroits; British Museum, Cotton, VII, 12. — PHOTOGRAPHIE.

a. Rymer, *Fœdera*, édition de La Haye, t. I, p. 12. — *b.* Édition de Londres, 1816, t. I, pars 1, p. 30. — *c. Recueil des Historiens de France*, t. XIII, p. 161 note, d'après les *Gesta*. — *d. Gesta regis Henrici Secundi*, édition Stubbs, t. I, p. 77, sans les souscriptions et la date de lieu.

Ainsi que M. Delisle l'a exposé dans son Introduction (p. 74-75), la réconciliation du roi et de ses fils eut lieu en 1174, à la suite de pourparlers tenus entre Tours et Amboise, le 30 septembre ou le 11 octobre. C'est peu après que fut publié le procès-verbal officiel de l'accord, daté de Falaise, que nous donnons ici.

Notum sit[1] tam presentibus quam futuris quod pax inter dominum H[enricum] regem Angl[orum] et filios ejus, H[enricum] videlicet regem et Ricardum et Gaufridum in hunc modum Deo volente reformata est. H[enricus] rex et fratres sui predicti ad patrem suum et ad servicium ejus, sicut ad dominum suum, redierunt, liberi et absoluti ab omni juramento et inprisa quam inter se vel cum aliis fecerant contra eum et homines suos. Et omnes barones et homines, qui a fidelitate patris causa eorum recesserunt, clamaverunt quietos ab omni juramento quod eis fecerant, et ita liberi et quieti ab omni juramento et absoluti ab omni conventione quam eis fecerant, in hominium et liganciam domini regis redierunt. Et dominus rex debet rehabere, ipse et barones et homines sui, omnes terras suas et castella sua, que habuerunt XV. dies antequam filii sui recederent ab eo. Similiter barones et homines sui qui recesserunt ab eo et secuti sunt filios suos, debent rehabere terras suas quas habuerunt XV. diebus antequam ipsi ab eo recederent; et dominus rex remisit omnem malivolentiam baronibus et hominibus suis qui recesserant ab eo, ita quod propter hoc nullum malum eis faciet, quamdiu ei fideliter servient sicut ligio domino suo. Et rex filius ejus similiter perdonavit omnibus tam clericis quam laicis qui cum patre fuerunt omnem malivolenciam suam, et assecuravit in manu domini regis, patris sui, quod illis qui servierunt ei nec malum nec dampnum aliquod hac de causa faciet vel perquiret in tota vita sua. Et dominus rex, per hanc conventionem, donat regi filio suo duo castella idonea in Normannia ad voluntatem ipsius patris, et singulis annis XV. millia librarum Andegavensium, et Ricardo filio suo in Pictavia duo receptacula idonea, unde domino regi non possit dampnum provenire, et medietatem reddituum Pictavie in denariis; Gaufrido vero filio suo

[1] Nous établissons le texte au moyen de la pièce Cotton, VII, 12, en comblant les lacunes avec l'édition de Rymer.

dat in Britannia in denariis medietatem reddituum maritagii filie comitis Conani, quam ducere debet in uxorem. Et postquam concessione ecclesie Romane eam in uxorem duxerit, habebit omnes redditus illius maritagii, sicut continetur in carta comitis Conani. Prisones vero qui cum domino rege finem fecerunt ante pacem factam, videlicet rex Scocie, et comes Legrecestrie, et comes Cestr[ie], et Radulfus de Fulgeriis, et obsides eorum, et obsides aliorum prisonum quos prius habuerat, sunt extra conventionem istam. Alii autem prisones ex utraque parte liberari debent, ita scilicet quod dominus rex obsides accipiet de prisonibus suis de quibus habere voluerit et qui dare poterunt; et de aliis habebit securitatem per fidem et juramentum suum et amicorum suorum. Castella autem que firmata sunt vel inforciata postquam guerra incepit in terra domini regis pro voluntate sua debent redigi ad illum statum in quo fuerunt XV. diebus ante guerram. Preterea sciendum est quod rex H[enricus] filius regis concessit domino regi patri suo se firmiter observaturum omnes donationes elemosinarum quas dederat vel daturus erat de terris suis, et donationes terrarum quas dederat hominibus suis vel daturus erat pro servicio suo. Concessit etiam se firmiter et inconcusse observaturum donationem quam dominus rex pater suus fecit Johanni fratri suo, videlicet mille libras reddituum in Anglia de dominio suo et de eschaetis suis ad voluntatem suam, et castellum de Notingeham cum comitatu et pertinenciis suis, et castellum de Merleberg[a] cum pertinenciis suis, et in Normannia mille libras reddituum Andegavensium, et duo castella ad voluntatem patris, et in Andegavia et in terra que fuit comitis And[egavorum], mille libras reddituum Andegavensium, et castellum unum in Andegavia, et unum in Cenomannia, et unum in Turonia. Concessum est etiam a domino rege pro amore filii sui, quod omnes illi qui recesserunt ab eo post filium suum, et in recessu suo forisfecerunt in terra domini regis, ad pacem ejus revertantur, ita quod de catallis que asportaverunt in recessu suo non respondeant, sed de morte vel prodicione vel perdicione alicujus membri respondeant secundum judicium et consuetudinem terre. Qui autem ante guerram quacumque de causa aufugerant, et ad servicium filii sui venerunt, pro amore filii sui ad pacem revertantur, si wagium et plegium dederint standi judicio de his que ante guerram forisfecerunt. Illi autem qui in placito erant quando recesserunt ad filium suum, revertantur, ita quod in eo statu placiti sui sint in quo erant quando recesserunt.

Hanc conventionem firmiter tenendam ex parte sua assecuravit H[enricus] rex filius regis in manu domini regis patris sui. Preterea assecuraverunt H[enricus] filius regis et fratres sui quod a domino rege patre suo nunquam amplius exigerent ultra donationem prescriptam et determinatam contra voluntatem et beneplacitum domini regis patris sui, et quod neque se neque servicia sua patri suo subtraherent. Ricardus

vero et Gaufridus, filii domini regis, devenerunt[a] homines ejus de his, que eis concessit et dedit. Cum autem filius ejus H[enricus] homagium ei facere voluisset, noluit dominus rex recipere, quia rex erat, sed securitatem accepit ab eo.

Testibus : R. Rothomagensi archiepiscopo, Henrico Baiocensi episcopo, Frogero Sagiensi episcopo, R. Nanetensi episcopo, Stephano Redonensi episcopo, G. electo Linc[olniensi], Johanne decano Sar[esberiensi], Ricardo de Humetis constabulario, Ricardo de Bellomonte vic[ecomite], Reginaldo de Curten[ai], Mauricio de Creona, Willelmo Malo Vicino, W. de Hum[etis], Gaufrido de Pertico, Willelmo de Curci, Fulcone Paenello, Johanne de Solineio, Sehero de Quinci, Ricardo de Canvill[a], Willelmo Filio Audel[ini] senescallo, Alvredo de Sancto Martino dapifero, Gosberto de Sisseneio, Roberto Filio Ernisii, Eudone Filio Ern[isii], Waltero de Ypra, Willelmo Marescallo, Roberto de Ble.., Eimerio Filio Eudonis.

Apud Falesiam.

CCCCLXIX

Delisle, n° 307 A.

Fin de 1174.

Notification de ce traité aux sujets du roi.

A. Original perdu.

a. Radulphus de Diceto, *Ymagines historiarum*, éd. Stubbs, t. I, p. 394.

Voir l'Introduction, p. 75.

Rex Anglorum fidelibus suis salutem.

Noverit dilectio vestra quod pacem Dei gratia feci cum rege Francorum et filiis meis et hominibus meis, ad honorem Dei et meum. In pactione autem est quod primogenito filio meo dabo singulis annis XV. milia librarum Andegavensium et duo castella in Normannia ad voluntatem meam, Ricardo vero medietatem reddituum Pictavie, et duo castella, unde michi nocere non possit, Gaufrido medietatem reddituum Britannie, excepta media. Homines autem mei omnes qui me dereliquerunt reversi sunt, filiis meis presentibus et illis precipientibus, in homagium et ligantiam meam, et juraverunt michi fidelitatem contra omnes homines, qui et terras suas

[a] *Déchirure;* Rymer : devenerint.

habebunt, quas habebant quando a me recesserunt. Rex vero Scotie, et comes Legecestrie, et comes Cestrie, et alii qui mecum conventionem fecerunt, vel obsides dederunt ante diem pacis hujus, in voluntate mea sunt et extra conventionem filiorum meorum. Illi autem quos habeo, qui nec obsides dederunt nec aliquam fecerunt conventionem, per bonam securitatem ad petitionem filii mei liberabuntur. Omnia vero castella que habebam, vel homines mei, in omnibus terris meis, in initio guerre, reddita sunt michi; et illa que infortiata fuerunt contra me ad illum redigentur statum, in quo fuerunt quando guerra incepit.

CCCCLXX

Delisle, n° 308.

1174, vers le 1er décembre. — Falaise.

Traité avec le roi d'Écosse.

A. Original perdu.

a. Rymer, *Fœdera*, édition de La Haye, t. I, p. 13, *ex magno rotulo penes Cameram.* — *b.* Rymer, édition de 1816, t. I, pars 1, p. 30. — *c. Gesta regis Henrici Secundi*, édition Stubbs, t. I, p. 96. — *d. Roger de Howden*, édition Stubbs, t. II, p. 80.

Dans son Introduction (p. 75), M. Delisle établit que «la première rédaction de ce traité dut être faite vers le 1er décembre 1174, à Falaise, où le roi d'Écosse était prisonnier; une seconde rédaction en fut dressée quelques jours après, le 8 du même mois, quand le roi d'Écosse fit hommage à Henri II dans le château de Valognes. Une publication en fut faite en Angleterre dans une assemblée tenue à York le 10 août 1175» (*Gesta*, éd. Stubbs, t. I, p. 94). Nous trouvons inutile de donner en entier le texte de cet acte, qui concerne exclusivement les rapports de l'Angleterre avec l'Écosse.

Conventio et finis quem Willielmus rex Scotorum fecit cum domino suo Henrico rege, filio Matildis.

Willielmus rex devenit homo ligius domini regis contra omnem hominem de Scotia et de omnibus aliis terris suis, *etc*...

Hiis testibus : Ricardo episcopo Abrincensi, Johanne Saresberiensi decano [a], Roberto abbate Malmesburie [b], Radulpho abbate de Muntesburgo [c], Herberto archidiacono Northampton[e], Waltero de Constanciis, Rogero capellano regis [d],

[a] et Johanne Sarum decano *c.* — [b] Malmesbirie *c.* — [c] Mondesburg. *a*, *b*. — [d] regis *omis dans c.*

Osberto clerico de Camera, Ricardo filio domini regis comite Pictavie, Galfrido filio domini regis comite Brytannie, comite Willielmo de Essex[a] [a], Hugone comite Cestrie, Ricardo de Humez constabulario, comite de Mellento [b], Jordano Thessun [c], Humfrido de Bohun [d], Willielmo de Curcy senescallo, Willelmo Filio Aldelmi senescallo [e], Alveredo de Sancto Martino senescallo [f], Gileberto [g] Malet senescallo.

Apud Falesiam [h].

CCCCLXXI

Delisle, n° 308 A.

8 décembre 1174. — Valognes.

Autre exemplaire du même traité, daté de Valognes, le jour où le roi d'Écosse fit hommage à Henri II.

A. Original perdu.

a. Hearne, *Liber niger Scaccarii*, editio altera, Lond., 1774, in-8°, p. 36-40. — *b.* Radulphus de Diceto, *Ymagines historiarum* (éd. Stubbs, t. I, p. 396), texte incomplet du traité, précédé de la mention « apud Valonias, VI° idus decembris ».

Autre texte du même traité qui paraît avoir été définitivement arrêté à Valognes le 8 décembre, dans une réunion des deux rois et de leurs principaux barons. Ce texte diffère du précédent par la date de lieu (non pas Falaise, mais Valognes) et par l'insertion de seize noms de témoins qui ne figurent pas sur le premier; ces souscriptions sont données par *a* et manquent dans *b*.

Hec est conventio et finis quem Willelmus, rex Scotorum, fecit cum domino suo Henrico, *etc.*

Alvered[o] de Sancto Martino senescallo, Gisleberto [i] Malet senescallo, Reginaldo de Curtenai [j], Fulcon[e] Paenell[o], Galfrido de Pertico [k], Willelmo de Hum[etis], Jordano de Hum[etis], Engelran[no] de Hum[etis], Radulfo Teisun, Rogero fratre illius, Roberto Bertram, Ricardo de Ver[n]un, Willelmo Vavasur [l], Roberto de Mortemer, Roberto Filio Bernard[i], Ranulpho Puhere, Bertram de Verdum, Rogero Bacun.

Apud Valon[ias].

[a] Exessa *c.* — [b] Millenc *a*, *b.* — [c] Cosson *a*, *b.* — [d] Boum *c.* — [e] *Souscription omise dans Rymer.* — [f] *idem.* — [g] Gilberto *a*, *b.* — [h] Faleisiam *c.* — [i] Giste *a.* — [j] Curcenai *a.* — [k] Percic *a.* — [l] Vanasur *a.*

CCCCLXXII

Delisle, n° 309.

1172-1173–1175. — Bur.

Charte délivrée à Jean, fils de Luc, touchant l'achat d'un terrain sis à Rouen.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le premier cartulaire du chapitre d'Évreux; Archives de l'Eure, G 122, n° 203. — *C.* Copie du XV^e^ s., second cartulaire du chapitre d'Évreux; Archives de l'Eure, G 123, n° 204.

Round, n° 302.

En 1175, le 1^er^ avril (Eyton, p. 189), il y eut à Bur, entre Henri III et son fils Henri, une entrevue où ils se réconcilièrent. La présente charte a été souscrite par Guillaume de Courcy, qui est mort en 1176; or Henri II a résidé en Angleterre du commencement de mai 1175 au milieu d'août 1177; l'acte ne peut donc pas être postérieur au commencement de mai 1175. La formule *Dei gratia* prouve, d'autre part, qu'il ne peut pas être antérieur à 1172-1173.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis tocius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Johanni filio Luce, clerico meo, terram que fuit Roberti Magni in civitate Rothomagi, ante monasterium Sancti Dionisii, quam idem Johannes emit de Roberto Citharista, cui eam dederam pro servitio suo. Et ideo volo et firmiter precipio quod prenominatus clericus meus terram illam habeat et teneat bene et in pace, libere et quiete, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : Rotrodo Rothomagensi archiepiscopo et E. Ebroicensi episcopo, Willelmo de Curci dapifero, Willelmo de Glanvilla, Nicholao de Veiocis.

Apud Burum.

CCCCLXXIII

Delisle, n° 310.

1172-1173–1175. — Caen.

Confirmation aux moines de Savigni du fief de Robert de Fontenai « in villa de Thaun et in Maisnillo Ricardi ».

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Savigni; Archives de la Manche, H non coté, n° 232.

Pour la date, voir la note chronologique de la pièce précédente. Souscription de Guillaume de Courcy.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus[a] et omnibus ministris et fidelibus [suis] Normannie, salutem.

Sciatis me dedisse in perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et antecessorum meorum, monachis Savigneii totum illud feodum quod Robertus de Fonteneio tenuit in villa de Thaun et in Maisnillo Ricardi. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi habeant et teneant totum illud feodum bene et in pace, et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus pertinenciis suis, in terris et domibus et hominibus, in aquis et molendinis, in pratis et pasturis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad idem feodum pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut Robertus de Fonteneio vel aliquis alius ante eum melius et liberius illud tenuit.

Testibus : Henrico episcopo Baiocensi, Ricardo episcopo Nannetensi, Johanne decano Saresberiensi, comite Willelmo de Mandevilla, Rainaldo de Cortenai, Johanne de Soligneio, Willelmo de Curceio, Stephano de Turonis, Roberto de Stutavilla, Willelmo de Ostilleio.

Apud Cadomum.

[a] vicariis *B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

CCCCLXXIV

Delisle, n° 311.

1172-1173–1175. — Caen.

Donation du domaine de Grangeray aux religieuses de Notre-Dame de Mortain.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin; Archives nationales, L 971, Grangeray. — Atlas, pl. XVIII.

B. Vidimus de septembre 1282, par le bailli de Coutances; Archives nationales, L 979, parchemin; copie assez détériorée, incomplète à la fin, terminée par les souscriptions : W. de Curci, Regina de Cult. (*leg.* Reginaldo de Curtenai, avec omission des cinq dernières souscriptions et de la date de lieu). — *C.* Vidimus du 6 février 1427-1428; Archives nationales, L 979, 3e liasse, n° 152; copie médiocre. — *D.* Autre copie, Bibliothèque nationale, ms. latin 10065, fol. 130.

Souscription de Guillaume de Courcy, mort en 1176; Henri II n'est pas venu en France du commencement de mai 1175 au milieu d'août 1177.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me dedisse in perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et antecessorum meorum, monialibus sancte Marie Moritonii totum dominicum meum de Grangeré, cum omnibus pertinentiis suis in terris et hominibus. Preterea do eis et confirmo XL. solidos Cenomannensium de redditu meo Tellioli, quos pater meus eis prius concesserat, et XL. quarterios frumenti in molendinis meis de Moritonio. Quare volo et firmiter precipio quod predicte moniales habeant et teneant hec predicta, cum omnibus pertinentiis suis, bene et in pace, et libere et quiete et plenarie et honorifice, ita quod nullus eas inde vexet vel disturbet.

Testibus : H. episcopo Baiocensi, R. episcopo Nannetensi, Johanne decano Saresberiensi, comite Willelmo de Mand[evilla], Willelmo de Curci, Reginaldo de Curtenai, Johanne de Solineio, Roberto de Stutevilla, Willelmo de Albineio, Stephano de Turonis, Willelmo de Ostilli.

Apud Cadomum.

CCCCLXXV

Delisle, n° 312.

1172-1173–1175. — Caen.

Confirmation aux chanoines de Saint-Martin de Tours d'un pré acquis par un échange fait avec les frères de Grammont.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin, compris sous le n° 82 dans une vente de pièces originales faite à Paris en 1888, et dont le catalogue est intitulé : « Catalogue d'une importante collection de lettres autographes..... dont la vente aura lieu à Paris le 27 novembre 1888. Paris, Étienne Charavay, 1888, in-4° ».

B. Copie par Baluze; Bibliothèque nationale, collection Baluze, vol. 77, fol. 246 v°.

Souscription de Guillaume de Courcy, mort en 1176; Henri II, absent de France du commencement de mai 1175 au milieu d'août 1177.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Turonensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Turonie et Andegavie et Cenomannie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse canonicis Beati Martini Turonensis pratum quod fuit Petri Baillarge, quod est inter Gloriette et pontem de Chiez, in escambium bosci et terre et aque de feodo illorum que fratres de Grandi Monte fossato suo incluserunt. Quare volo et firmiter precipio quod predicti canonici habeant et teneant pratum illud bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, sicut illud habebam in manu mea, et fratres de Grandi Monte habeant et teneant in bona pace et libere et integre boscum illud et terram et aquam, sicut ea incluserunt fossato suo.

Testibus : H[enrico] Baiocensi, Arnulfo Lexoviensi, Frogerio Sagiensi episcopis, comite Willelmo de Mand[evilla], Mauricio de Creun, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Willelmo de Curci dapifero, Willelmo de Ostilli, Gilleberto Guarde Robba.

Apud Cadomum.

CCCCLXXVI

Delisle, n° 313.

1172-1173–1175. — Caen.

Concession de la moitié du marché de Villedieu aux religieuses de Notre-Dame de Lisieux.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin; Archives du Calvados, H, fonds de Saint-Désir. — Atlas, pl. XIX.

Eyton, p. 177. — Round, n° 577.

Souscription de Guillaume de Courcy, mort en 1176; Henri II est resté en Angleterre du commencement de mai 1175 au milieu d'août 1177.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis et abbatibus, comitibus et baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse monialibus Sancte Marie de Lexovio quod habeant medietatem fori Ville Dei in omnibus adquisitionibus et in nundinis quas eis concessi, et quod suum proprium servientem ibidem habeant, qui recipiat quod inde provenerit, sicut conventio fuit inter Hospital[e] et ipsas, et sicut carta patris mei, quam inde habent, testatur.

Testibus : A. Lexoviensi, Egidio Ebroicensi, Stephano Redonensi episcopis, comite Willelmo de Mandevilla, Ricardo de Humetis constabulario, Willelmo de Curci dapifero, Alwredo de Sancto Martino, Hugone de Laci.

Apud Cadomum.

CCCCLXXVII

Delisle, n° 315.

1172-1173–1175. - - Le Mans.

Confirmation de différents biens de l'abbaye de Beaubec.

A. Original perdu.

B. Copie de la fin du XIV^e^ s., aux Archives de la Seine-Inférieure, dans le coutumier de Dieppe, G 851, fol. 58 r°.

Guillaume, comte d'Arundel, qui figure ici comme témoin, est mort le 19 octobre 1176, et Henri II est resté en Angleterre du commencement de mai 1175 au milieu d'août 1177; l'acte ne peut donc pas être postérieur à 1175.

Henricus, Dei gracia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum [a], omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod ego dedi et confirmavi Deo et abbatie de Belbec et monachis ibidem Deo servientibus nemus in quo abbatia fundata est, cum omni dominico circa idem nemus, et de Mesnil Boschet, de Spineto, de Vallet[eria], de Morimont, de Caudecot, de Torny, de Courcellis, de Bouteillis, de Bosco Puteorum, de Hadencourt, de Autiz, de Sancto Oyno de Haya Goinor, de Gillekeran., de Estona et de Aristona loca, domos, terras, boscos, vineas, prata, pascua, aquas, vias et semitas, cum omnibus pertinenciis suis, et omnia maneria, tenementa, terras, villas, redditus, reddevancias, decimas, ecclesias, molendina, piscarias, gurgites, vivaria, salinas, pasturagia, pasnagia, usagia et omnes res alias et possessiones quascunque acquisierint et in futurum juste acquirent, in villis, burgis, portubus, castris, civitatibus et in cunctis aliis locis. Quare volo et firmiter precipio quod omnia et singula predicta habeant et in pace per quoscunque voluerint possideant in puram et perpetuam elemosinam, liberam penitus et quietam ab omnibus rebus ad me pertinentibus. Et do eis et omnibus servientibus eorum, presentibus et futuris, per terram et per aquam omnes libertates quas dare possum.

Testibus : W. comite Arundelle [b], R. Bertranno [c], R. de Canvilla.

Apud Cenomannum.

CCCCLXXVIII

Delisle, n° 317.

1172-1173–1175. — Pont-Audemer.

Confirmation à l'abbaye de Préaux de la terre donnée par Roger de l'Épervier et son père à l'église de Saint-Sanson d'Étréville.

A. Original perdu.

[a] Anglie, et dux Normannie et Acquitanie, et comes Andegavie *B.* — [b] comes Arundell. *B.* — [c] B. Bertrann. *B.*

B. Copie du XIII^e^ s., cartulaire de Préaux; Archives de l'Eure, H 711, fol. 28 v°. — Copie du XV^e^ s.; cartulaire de Préaux; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 1920, fol. 20 v°.

Round, n° 345.

Cette pièce porte la souscription de Jean d'Oxford, doyen de Salisbury, qui devint évêque de Norwich en 1175.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbati et monachis de Pratellis terram quam Rogerus del Esprever et pater suus rationabiliter dederunt ecclesie Sancti Sansonis de Sturvilla, que eorum est.

Testibus : H. episcopo Baiocensi, et Stephano episcopo Redonensi, Johanne decano Saresberiensi, Ricardo de Humetis constabulario, Hugo[ne] de Laci, et Henrico de Novo Burgō.

Apud Pontem Audomari [a].

CCCCLXXIX

Delisle, n° 318.

1172-1173–1175. — Quevilli.

Confirmation de la donation d'une masure sur le perré de Dieppe que Guillaume, frère du roi, avait faite à l'abbaye de Beaubec.

A. Original perdu.

B. Copie de la fin du XIV^e^ s., dans le coutumier de Dieppe, Archives de la Seine-Inférieure, G 851, fol. 57.

Souscription de Jean d'Oxford, doyen de Salisbury, qui devint évêque de Norwich en 1175.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie et Sancti Laurencii de Belbec, et monachis ibidem Deo servientibus, illam masuram

[a] Montem Audomari *dans la copie prise par M. Delisle.*

in perreio Deppe quam Guillelmus frater meus eis dedit et carta sua confirmavit. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia et monachi in ea Deo servientes predictam masuram apud Deppam habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice cum omnibus libertatibus suis, [sicut] prenominatus Willelmus, frater meus, eam ipsis dedit et sicut carta ejus testatur.

Testibus : Johanne decano Saresberiensi, Seerio de Quenceio, Roberto de Stutevilla, Hugone de Longo Campo, Reginaldo de Pavilli.

Apud Kevilli.

CCCCLXXX

Delisle, n° 319.

1172-1173-1175. — Quevilli.

Confirmation des biens et des franchises de l'abbaye du Bec.

A. Original scellé sur lacs de soie; le sceau est détruit, l'attache existe encore; British Museum, Topham charter n° 10. — Photographie de cet exemplaire dans le recueil de la Société Paléographique de Londres, *The Paleographical Society*, planche 194.

B. Autre original scellé sur une attache de peau; sceau en mauvais état; Bibliothèque Bodléienne, *Chartæ Antiquæ*, Douce, n° VI. M. Delisle en avait une copie, exécutée le 16 janvier 1883 par M. John Wordsworth, alors résidant à Brasenose College, Oxford.

C. Inspeximus de 1253 conservé au Public Record Office, Charter Rolls, 37ᵉ année de Henri III, membrane 5. — *D.* Copie au Public Record Office, *Accounts, Exchequer*, Q. R. 152, n° 2. — *E.* Vidimus d'une charte par laquelle le bailli de Rouen, en 1285, déclare avoir vu la présente charte de Henri II; Archives nationales, JJ 92, n° 58, fol. 17 v°. — *F.* Vidimus par Louis XI, donné au Plessis du Parc, lez Tours, 1479, «mense aprili» post Pascha. — *G.* Copie du xvᵉ s., dans le cartulaire du prieuré de Saint-Laurent d'Envermeu (xvᵉ s., papier), aujourd'hui perdu. — *H.* Copie, exécutée en 1770, du cartulaire de Saint-Laurent d'Envermeu; Bibliothèque nationale, ms. latin 10058, papier, p. 151. — *I.* Vidimus du 28 janvier 1333, Bibliothèque nationale, ms. latin 9211, n° 106. — *J.* Copie du xvᵉ s., Bibliothèque nationale, ms. latin 1597 B, fol. 167 v°, accompagnée d'une glose sur les termes anglo-saxons employés dans les chartes de Henri II : «Expositiones vocabulorum Anglicanorum scriptorum in preinserta carta». — *K.* Copie dans les mémoires de D. Jouvelin, Bibliothèque nationale, ms. latin 13905, fol. 21 (indiquée par Round).

a. The Paleographical Society, pl. 194; texte imprimé en regard du fac-similé. — *b. Calendar of the Charter Rolls*, t. I, p. 430, d'après *C.*

Henricus, Dei gratia rex Angl[orum] et dux Norm[annorum] et Aquit[anorum et comes Andeg[avorum], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baro-

nibus, justic[iis], vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis [a] totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbati et monachis de Becco omnes donationes terrarum et hominum et elemosinarum que eis facte sunt tam in ecclesiis quam in rebus et possessionibus mundanis. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi et eorum ministri omnes possessiones et elemosinas suas habeant et teneant cum saca et soca et toll et theam [b] et infangenethef, et cum omnibus aliis libertatibus et consuetudinibus suis liberis et quietantiis suis [c], in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis, in mariscis et piscariis, in grangis et virgultis, infra burgum et extra, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus, solutas et liberas et quietas de sir[is] et hundred[is], et placitis et querelis, et de murdro et wapent[achio] et scutagio, et geldis et danegeldis, et hidagiis et assisis, et de operationibus castellorum et pontium, et de scydwita [d] et de hengwita et de flemeneswita, et de warpeni et de auerpeni, et de blodwita et de fictwita et de hundredpeni [e] et de techimpeni, et quietas de omni theloneo et passagiis et pontagiis et lestagio et stalagio [f], et de omni seculari servitio et opere servili et omni [g] exactione, et de omnibus aliis occasionibus et consuetudinibus secularibus, excepta sola justicia mortis et membrorum. Hec omnia concessi eis in perpetuam elemosinam pro Dei amore et pro anima regis Henrici avi mei et pro anima patris mei et matris mee imperatricis et puerorum et heredum meorum.

Testibus : R[otrodo] archiepiscopo Rothomagensi, Egidio episcopo Ebroicensi, R[adulpho] canc[ellario], Johanne decano Sares[beriensi], R[oberto] decano Ebroicensi, R[oberto] comite Legrec[estrie], R[icardo] [h] de Canvilla, Simone de Tornebu [i].

Apud Chevilli [j].

CCCCLXXXI

Delisle, n° 320.

1172-1173–1175. — Rouen.

Concession aux moines du Valasse de deux cent trente acres de terre en la paroisse de Saint-Eustache, acquis du comte de Boulogne, et d'un moulin sis « in ripparia de Bollebec ».

A. Original perdu.

[a] Francis et Anglis *manque dans A.* — [b] team *B.* — [c] et liberis consuetudinibus et quietantiis suis *B.* — [d] scydwita *B.*; serwita *A.* — [e] hundrepeni *B.* — [f] stallagio *B.* — [g] omni *omis dans B.* — [h] Rad. *B.* — [i] Turnebu *B.* — [j] Chivilli *B.*

B. Cartulaire du Valasse, Archives de la Seine-Inférieure, H non coté, t. II, fol. 114 v°.

Pièce datée de Rouen et souscrite par Guillaume de Courcy, qui mourut en 1176; or Henri II n'est pas venu en Normandie du commencement de mai 1175 au milieu d'août 1177.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatie Beate Marie de Voto et monachis ibidem Deo servientibus ducentas XXX^ta^ acras terre in parrochia Sancti Eustachii, quas R. (?) comes Bolonie, nichil sui juris retinens, eis in excambium tradidit, et eciam unum molendinum in ripparia de Bollebec, ex dono comitis Gloe[ce]strie, vocatum molendinum comitis. Quare volo, concedo et firmiter precipio ut abbatia et predicti monachi in ea Deo servientes hec omnia predicta in perpetuum habeant et in elemosinam perpetuam teneant et possideant bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, cum omnibus juribus, justiciis, libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : A. Lexoviensi, R.[a] Abrincensi, R. Andegavensi episcopis, G. (*sic*) cancellario, Willelmo capellano, Willelmo Filio Radulfi, Willelmo de Curcheyo seneschallo, Petro Filio Guidonis dapifero, Fulcone de Alnoyo, Guidone de Sancto Vallerico, Willelmo Marescallo (?), Roberto de Fracinis.

Apud Rothomagum.

CCCCLXXXII

Delisle, n° 321.

1172-1173--1175. — Tours.

Mandement aux baillis et prévôts de Loches et de Montbazon pour leur notifier l'exemption du droit de fourrage accordée aux religieux de Grais.

A. Original perdu.

B. Vidimus de Philippe VI, en date de juillet 1331, au Trésor des Chartes; Archives nationales, JJ 66, fol. 319 v°, n° 766.

Souscription de Jean d'Oxford, doyen de Salisbury, qui devint évêque de Norwich en 1175.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, prepositis et baillivis suis de Lochis et de Monte Basonis, salutem.

[a] B. Abrincen. *B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Sciatis quod, pro amore Dei et pro salute anime domini patris mei et mee, clamavi quietum fratribus de Gresso forragium de proprio granagio suo. Et ideo volo et firmiter precipio quod ipsi a modo inde sint quieti, et quod nullus super hoc eos amplius vexet.

Testibus : Johanne decano Saresberiensi, comite Willelmo de Mandevilla, Stephano de Turonis.

Apud Turones.

CCCCLXXXIII

Delisle, n° 322.

1172-1173–1175. — Valognes.

Charte de sauvegarde pour les chanoines et la commune de l'église de Coutances.

A. Original perdu.

B. Copie du milieu du XIV^e^ s., dans le cartulaire du chapitre de Coutances, récemment passé des Archives de l'évêché dans celles du département de la Manche, n° 287.

Round, n° 963.

Souscription de Jean, doyen de Salisbury, qui devint évêque de Norwich en 1175. L'itinéraire d'Eyton mentionne un passage de Henri II à Valognes vers le 2 avril 1175 (p. 189).

[H.,] Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et baillivis suis de Costentino, salutem.

Precipio vobis quod custodiatis et manuteneatis et protegatis omnes res et possessiones canonicorum Constanciensium et communiam ecclesie Constanciensis, ita quod non permittatis eis injuriam aliquam fieri vel contumeliam, sed faciatis eis habere consuetudines et rectitudines suas quas habere debent et habere solebant, et precipue nundinas indictionis quas pater meus dedit eis et concessit, cum omnibus pertinenciis suis et consuetudinibus, sicut ipsas [a] eis dedit, in bona pace, et integre habere faciatis, non permittentes illis inde in ullo foro forisfieri. Et si quis super hoc injuriam eis aut molestiam intulerit, sine dilatione id eis faciatis emendari.

Teste [Johanne] decano Saresberiensi.

Apud Valonias.

[a] ipsos *B.*

CCCCLXXXIV

Delisle, n° 323.

1172-1173–1175. — Valognes.

Donation à l'abbaye de Blanchelande d'un service de chevalier à Cammeringham.

A. Original perdu.

B. Inspeximus de 1317, au Public Record Office, Charter Rolls, 11e année d'Édouard II, membrane 18. — *C.* Copie d'après un inspeximus conservé aux Archives de la Manche, Bibliothèque nationale, ms. latin 10065, fol. 95.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. III, p. 362, n° 2.

Eyton, p. 189. — Round, n° 867.

Souscription de Guillaume de Courcy, mort en 1176; Henri II n'est pas venu en Normandie du commencement de mai 1175 au milieu d'août 1177.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Anglie, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse, pro salute anime mee et antecessorum meorum, et presenti carta confirmasse canonicis regularibus de Blanca Landa in Constantino servicium unius militis, solutum et quietum, quod habebam in eorum manerio de Cambringeham. Et ideo volo et firmiter precipio quod canonici illi habeant bene et in pace servicium unius militis quod habebam in prenominata villa eorum solutum et quietum.

Testibus : Willelmo de Curci dapifero, Gilleberto Malet dapifero, Roberto Marmion, Mauricio de Creona, Hugone de Lacy, Philippo de Hastinges.

Apud Valonias.

CCCCLXXXV

Delisle, n° 324.

1172-1173–1175.

Concession à l'abbaye de Saint-Hélier de Jersey d'une charruée de terre vendue par Jourdain de Barneville.

A. Original perdu.

B. Acte inséré dans une confirmation de Henri III, roi d'Angleterre; Archives de la Manche, H 1968; pièce fort mutilée. — Photographie. — *C.* Copie fragmentaire faite par Léchaudé d'Anisy; Bibliothèque nationale, ms. latin 10068, fol. 31 v°.

Souscription du comte Renaud de Cornouailles, mort un peu avant Noël 1175 (Introduction, p. 420).

H. ..... Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus [mini]stris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatie Sancti Elerii de Gerseio et canonicis ibidem Deo servientibus, pro amore Dei et pro salute mea et liberorum meorum, in perpetuam elemosinam, totam carucatam terre, cum omnibus pertinentiis suis, quam Jordanus de Barnevilla de me tenebat in insula Gerseii, in confinio de Crapoudoit, quam carucatam predictus Jordanus coram me rationabiliter vendidit B[enjamino] abbati et canonicis Sancti Elerii, et illam terram quam eis vendidit..... et in territorio de Barnevilla. Quare volo et firmiter precipio quod eadem abbatia et canonici hec predicta habeant..... libere et quiete, et integre, et plenarie et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus.

[Testibus:] Hugone de Gundevilla, magistro Radulfo de Tamword[a], comite Reginaldo, Ricardo de Camvilla.

CCCCLXXXVI

Delisle, n° 325.

1174 ou 1175.

Confirmation des franchises accordées à l'abbaye de Préaux par Robert, comte de Meulan.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Préaux, Archives de l'Eure, H 711, fol. 28. — *C.* Exemplaire du même cartulaire écrit au XV^e^ s., Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., 1920, fol. 20 v°.

a. Delisle, Introduction, p. 261.

Round, n° 351.

Cette pièce porte la souscription de Pierre, cardinal de Saint-Chrysogone et légat du Saint-Siège; il fut envoyé en France au mois d'avril 1174, et sa mission se prolongea pendant plusieurs années. Jean, doyen de Salisbury, qui est également cité ici comme témoin, est devenu évêque de Norwich en 1175.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse, rogatu Roberti comitis de Mellento, et presenti carta confirmasse ecclesie Sancti Petri de Pratellis et monachis ibidem Deo servientibus quietanciam ab omni taillia quam jamdictus comes de Mellento eis dedit, de omni terra sua quam ipsi de eo et de antecessoribus suis tenent, et omnes alias quietantias et libertates quas idem comes et antecessores sui predicte ecclesie et monachis concesserunt, sicut carta ipsius comitis de Mellento quam inde habent testatur. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia et ejusdem ecclesie monachi habeant et teneant in perpetuum predictam quietantiam de taillia et omnes alias quietantias et libertates eis concessas et datas a prefato comite de Mellento et ab antecessoribus suis bene et in pace et libere et quiete et honorifice, sicut ipse Robertus comes de Mellento eis concessit et dedit et carta sua confirmavit.

Testibus : Petro cardinali et legato, Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, Arnulfo episcopo Lexoviensi, Egidio episcopo Ebroicensi, Johanne decano Saresberiensi, comite Willelmo de Mandevilla, Roberto comite Legrecestrie, Ricardo de Humetis constabulario, Henrico de Novo Burgo, Willelmo Malo Vicino, Seihero de Quinci.

Apud Cadomum.

CCCCLXXXVII

Delisle, n° 316.

Octobre 1174–1175. — Le Vaudreuil.

Confirmation à l'abbaye du Bec de droits d'usage dans les forêts de Rouvrai et de Bort.

A. Original scellé sur double queue; Archives de la Seine-Inférieure, fonds du Bec. — Atlas, pl. XIX. — Autre fac-similé, Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXIII.

B. Copie du commencement du XIII^e^ s. aux Archives nationales, registre de Philippe Auguste JJ 26 (Reg. E de M. Delisle), fol. 153 v°.

a. A. du Monstier, *Neustria Pia*, p. 485. — *b. Recueil des Ordonnances*, t. XVIII, p. 476. — *c.* Léchaudé d'Anisy, *Grands rôles des échiquiers de Normandie*, p. 167.

Eyton, p. 187. — Round, n° 383, « Original in collection of M. Deville ».

Cette pièce a été souscrite par Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, sacré le 6 octobre 1174, et par Jean d'Oxford, doyen de Salisbury, qui en 1175 quitta sa fonction pour devenir évêque de Norwich.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus ballivis et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbati et monachis de Becco ut accipiant in forestis meis de Roveraio et de Bord ea que necessaria sunt ad hebergagia sua de Kivilleio et de Marrethot facienda, et cum opus fuerit reficienda, et similiter boscum ad ardendum sufficienter sine wasto, et hoc per visum forestariorum meorum. Concedo etiam eis ut habeant pasturam animalibus et nutrimentis suis in eisdem forestis, et ut eorum dominici porci sint quieti de pasnagio et omnibus aliis consuetudinibus et exactionibus per omnia nemora et forestas meas totius Normannie. Quare volo et firmiter precipio ut predicti monachi habeant et teneant omnia hec predicta bene et in pace, libere et quiete imperpetuum.

Testibus : [a] R. archiepiscopo Rothomagensi, Ricardo episcopo Wintoniensi, Johanne decano Sareb[eriensi], Hugone de Cressi, Sehero de Quenc[i], Alveredo de Sancto Martino.

Apud Vallem Ruellii.

CCCCLXXXVIII

Delisle, n° 326.

Avril 1175. — Bur.

Hommage fait à Henri II par son fils Henri. Acte qui fut publié à Westminster le 20 mai.

Radulfus de Diceto; *Recueil des Historiens de France*, t. XVI, p. 652. — Le même auteur, éd. Stubbs, t. I, p. 398 et 399.

Raoul de « Diceto » nous apprend que le jeune roi Henri se réconcilia avec son père, en 1175, le 1er avril, à Bur. Or nous savons par l'itinéraire d'Eyton (p. 190) que les deux rois s'embar-

[a] *Les souscriptions des témoins manquent dans B et dans les éditions.*

quèrent à Barfleur le 8 ou le 9 mai, et que Henri II était sans doute arrivé dans ce port vers le 1er mai. La date de la présente pièce est donc : avril 1175.

Ut filii regis Anglorum, quos a sacris paternis consilia pravorum extraxerant, pristinam familiaritatem reciperent et redirent in gratiam, ad omnem sinistram suspicionem penitus amovendam, homagium atque ligantiam patri suo facere modis omnibus institerunt. Quod factum est primitus Cenomannis a Ricardo et Gaufrido junioribus filiis, in Normannia postmodum a rege filio, kalendis aprilis, apud Bur.

Universis Anglie fere majoribus apud Westmustier convocatis, XIIIo kalendas junii [1], presente rege filio, lecte sunt littere continentes hec verba.

Henricus rex, pater regis, fidelibus suis salutem. Gratias ago Deo omnipotenti et omnibus sanctis, quorum gratia, licet non de meis meritis, supra id quod credi posset me visitavit et exhilaravit. Venit ad me filius meus rex Henricus apud Burum, et die martis proxima ante Ramos palmarum [2], cum archiepiscopo Rotomagensi, et Baiocensi et Abri[n]censi et Redonensi episcopis, et cum comitibus et baronibus et fidelibus meis quamplurimis, cum multa lacrimarum effusione et singultibus multis prostravit se ante pedes meos, misericordiam postulans cum humilitate, et veniam de iis que commiserat erga me ante guerram et in guerra et post guerram ut paterna pietate ei condonarem. Rogavit etiam cum omni humilitate et quanta potuit devotione, quatinus homagium ejus et ligantiam acciperem, sicut dominus et pater, asserens se nunquam crediturum indignationem meam sibi condonatam, nisi idem ei facerem quod et fratribus suis feceram ad eorum patientie et humilitatis instantiam. Ego autem motus pietate, et intelligens eum ex corde loqui, et tandem esse compunctum et erga me humiliatum, iram ei remisi et indignationem meam, et penitus eum in gratiam paternam admisi, suscepto ab eo homagio et sacramento super sanctas reliquias appositas, quod fidem michi servabit contra omnes homines, et consilio meo in omnibus agendis suis de cetero adquiescet, et quod hominibus meis et suis qui michi servierunt in guerra ista nec malum inde perquiret quamdiu vixerit, sed eos honorabit et promovebit sicut fideles meos et suos, et quod de consilio meo totam domum suam et totum statum suum ordinabit, et de cetero in omnibus operabitur. De hoc autem dedit michi plegios et fidejussores R. Rotomagensem archiepiscopum, H. Baiocensem, R. Abri[n]censem, S. Redonensem episcopos, comitem Willelmum de Mandevilla et barones meos quamplurimos qui presentes erant. Promisit autem confidenter quod de eodem daturus est michi fidejussores dominum regem Francorum, comitem Flandrensem,

[1] 20 mai. — [2] 1er avril.

et Ricardum fratrem suum et Gaufridum, comitem Henricum, comiten Theobaldum, archiepiscopum Cantuariensem et Eboracensem, episcopos, comites et barones citra mare et ultra mare, hac conditione quod, si a predicta conventione, quod absit, exierit, mecum contra eum stabunt unanimiter, et nullum ei auxilium vel consilium, nisi ad me revertendi, prestabunt.

CCCCLXXXIX

Delisle, n° 327.

Avril 1175. — Bur.

Confirmation d'un gage de vingt marcs d'argent que Gautier de Saint-Valeri avait, à Rouen, sur la maison de Géroud Mauclerc.

A. Original perdu.

B. Copie de la fin du XIII^e^ s. dans le cartulaire de l'église de Rouen, Bibliothèque de Rouen, ms. 1193, fol. 107 v°, n° 172. — *C.* Autre copie dans le même cartulaire, fol. 107 v°, n° 171.

Cette pièce, souscrite en Normandie, en présence du roi, par Guillaume de Courci, qui est mort en 1176, ne peut pas être postérieure au 8 ou au 9 mai 1175, date à laquelle Henri II prit la mer à Barfleur, pour passer en Angleterre. D'autre part nous savons par Raoul de « Diceto » que Henri II se rencontra le 1^er^ avril 1175, à Bur, avec son fils Henri Court-Mantel, avec lequel il se réconcilia. La présente pièce est donc d'avril 1175. L'autre acte relatif à la maison de Géroud Mauclerc dont M. Delisle a donné un extrait en note de son Introduction (p. 51), et qui est du 23 juin 1175, est donc d'environ deux mois postérieur à la confirmation royale. Le texte que nous publions ici a été dressé par M. Delisle d'après *B* (n° 172), avec deux variantes empruntées à *C* (n° 171).

Henricus [a], Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Waltero de Sancto Walerico vadium viginti marcarum argenti quod pater suus habebat super domum Geroldi

[a] *Rubriques dans le cartulaire; n° 171* (*C*) : « C[arta] H. regis Angl[orum] super domum Rad[ulfi] filii Steph[ani] »; — *n° 172* (*B*) : « Alia c[arta] ejusdem de eodem. »

Mali Clerici, quod divisores rerum patris sui ei dederunt [a]. Et ideo precipio quod idem Walterus illud vadium habeat et teneat bene et in pace, donec ei reddantur [b].

Testibus : Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, H. episcopo Baiocensi, comite Willelmo de Mandevilla, Ricardo de Humetis constabulario, Willelmo de Curci dapifero, Alwredo de Sancto Martino.

Apud Burum.

CCCCXC

Delisle, n° 328.

Avril? 1175. — Valognes.

Confirmation de l'accord conclu entre l'abbaye du Mont-Saint-Michel et Guillaume du Hommet, au sujet de l'aumône de « Fucherevilla ».

A. Original perdu.

B. Copie du XII^e^ s., dans le cartulaire de l'abbaye du Mont-Saint-Michel, Bibliothèque d'Avranches, ms. 210, fol. 124 v°.

a. Robert de Torigni, éd. Delisle, t. II, p. 307. — *b. idem*, éd. Howlett, p. 355.

Round, n° 754.

Dans son Introduction, p. 86, M. Delisle établit que la date de 1175, écrite en marge de ce document dans le cartulaire du Mont-Saint-Michel, est exacte; le roi et son fils ayant été à Bur le 1^er^ avril (Eyton, p. 189), puis à Barfleur, pour s'y embarquer bientôt, vers le 1^er^ mai, on peut admettre qu'ils furent à Valognes dans le courant d'avril. La pièce a été souscrite par Guillaume de Courcy, mort en 1176.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis tocius Normannie, salutem.

Sciatis contentionem, que inter abbatem et monachos Montis Sancti Michaelis et Guillelmum de Humeto super elemosina de Fuchèrevilla vertebatur, coram me, de

[a] *La phrase est différente dans C.* Vadium quod pater suus habebat super domum Geroldi Mali Clerici, quod ei datum fuit. Et ideo... — [b] reddatur quod super domum predicti Geroldi habet *C.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

assensu utriusque partis, amicabiliter terminatam. Abbas Montis Sancti Michaelis et monachi recognoverunt elemosinam de Fucherevilla de donatione dominorum de Haia, tanquam liberam et quietam elemosinam, descendisse. Guillelmus autem de Humeto et filius ejus, qui honorem habebat de Haia, concesserunt ut abbas et monachi abbatie Beati Michaelis eam tenerent [in] liberam elemosinam et quietam ab omnibus exactionibus, salvis orationibus ecclesie Montis Sancti Michaelis, que fient pro eis tanquam pro dominis. Si piscatores de alio feudo quam de feudo abbatis predicti et monachorum in portu manerii illius cum piscibus applicuerint, piscem non vendent priusquam servientes abbatis et monachorum et Guillelmi de Humeto vel heredum de Haia ex eo quantum voluerint emerint. Postquam vero mare accesserit semel et recesserit, poterunt quibus voluerint vendere, ita quod si forisfactum aliquod de hoc emerserit, ad abbatem et monachos pertinebit inde justiciam facere. Homines autem de feudo Sancti Michaelis huic consuetudini non subjacebunt de piscibus quos ipsimet vendiderint, sed libertatem habebunt vendendi eos quibus voluerint et quando voluerint. Quare volo et firmiter precipio quod hec conventio inter eos facta rata sit et inconcussa teneatur sicut hec mea carta testatur.

Testibus : Roberto comite de Mellento, Ricardo de Hummetis constabulario, Guillelmo de Curci dapifero, Gilleberto Maleth dapifero, Mauricio de Croun, Roberto Marmiun, Bertramno de Verdum, Johanne de Sulignaco, Widone de Sancto Walerico.

Apud Valonias [1].

CCCCXCI

Delisle, n° 329.

Avril 1175. — Cherbourg.

Sauvegarde pour l'abbaye de Montebourg.

A. Original perdu.

B. Copie de 1274 dans le cartulaire de Montebourg; Bibliothèque nationale, ms. latin 10087, p. 13.

a. Publiée ci-dessus, Introduction, p. 13.

Le roi nomme, dans l'adresse, Guillaume de Courci, qui est mort en 1176; Henri II avait quitté la Normandie, pour repasser en Angleterre, le 8 ou le 9 mai. L'acte ne peut donc pas être

[1] En marge dans le cartulaire : « Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXV.

postérieur à cette dernière date. Il doit être d'avril 1175; en cette année, Henri II a été à Bur le 1er avril, à Barfleur, pour s'embarquer, le 8 ou le 9 mai, et sans doute quelques jours auparavant (Eyton, p. 190). Le passage de Henri II à Cherbourg est certainement du mois d'avril.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, Willelmo de Curceio et omnibus baillivis suis Normannie, salutem.

Sciatis quod abbatia de Monteborc et monachi et omnes res et possessiones eorum sunt in mea custodia et protectione. Et ideo volo et precipio quod predictam abbatiam et monachos et omnes res ad ipsos pertinentes manuteneatis et protegatis, neque de aliquo tenemento quod tenu[e]rint quando ultimo transfretavi ponantur in placitum quandiu ero in Anglia, nisi per preceptum meum. Et si quis eis forisfacere presumpserit, plenariam inde justiciam eis sine dilatione exhibeatis.

Teste Alveredo de Sancto Martino.

Apud Cesaris Burgum.

CCCCXCII

Delisle, n° 330.

Premiers jours de mai 1175. — Barfleur.

Confirmation à Hugues fils d'Osbert d'une terre venue d'un nommé Crabard, que Henri, évêque de Bayeux, lui avait baillée.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire du Plessis-Grimoult, transcrit en 1483; Archives du Calvados, H non coté, t. III, charte 1435.

Eyton, p. 190. — Round, n° 551.

La pièce, souscrite par Guillaume de Courci, qui est mort en 1176, ne peut pas être postérieure au départ de Henri II pour l'Angleterre (8 ou 9 mai 1175). Elle est postérieure à 1172-1173, puisqu'on y trouve la formule *Dei gratia*. Le roi avait bien passé par Barfleur, le 7 juillet 1174, se rendant en Angleterre; il avait également traversé Barfleur le 8 août 1174, en arrivant en France, mais les indications fournies par l'itinéraire du Rév. Eyton montrent qu'en ces deux circonstances il ne s'y était pas arrêté. Il paraît au contraire y avoir séjourné dans les premiers jours de mai 1175, et c'est cette date qui a été adoptée par M. Delisle.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baro-

nibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Hugoni filio Osberti et heredibus suis donationem quam Henricus, Baiocensis episcopus, consensu capituli sui, eis rationabiliter fecit de terra que fuit Crabardi, de eschaeta episcopi, tenenda in perpetuam hereditatem, pro una libra piperis et una libra cumini, dandis ipsi episcopo et successoribus suis singulis annis in feria Prati. Quare volo et firmiter precipio quod dictus Hugo et heredes sui habeant et teneant predictam terram per jamdictum servicium, in pasturis et in omnibus aliis rebus ad eam pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carta predicti episcopi testatur.

Testibus : Willelmo de Curci dapifero, Willermo de Humetis, Gilleberto Malet dapifero, Rogero Bacone, Benedicto de Angervilla, Hamone Pincerna.

Apud Barbofluvium.

CCCCXCIII

Delisle, n° 331 A.

Août 1175? — Stamford.

Franchise des droits de tonlieu pour les lépreux de Saint Lazare de Jérusalem.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, KK, n° 15. — PHOTOGRAPHIE.

Eyton, p. 31, avec la date inadmissible de « vers décembre 1157 ».

La formule *Dei gratia* prouve que cette pièce ne peut pas être antérieure à 1172-1173; d'autre part elle a été souscrite par Renaud, comte de Cornouailles, fils naturel de Henri I^er^, mort un peu avant Noël 1175. C'est probablement pour ces raisons que M. Delisle, à sa table, lui a donné la date 1172-1173–1175. Or le Rév. Eyton établit, avec beaucoup de vraisemblance, que Henri II a dû passer à Stamford vers le 12 août 1175 (Eyton, p. 194), et il ne semble pas que le roi ait pu se trouver à Stamford en 1173 ou 1174; il est donc plus que probable que la présente charte doit être datée d'août 1175.

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, baronibus, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis tocius Anglie, salutem.

Sciatis nos concessisse leprosis Sancti Lazari Jerusalem quod omnes terre et homines eorum tocius Anglie sint liberi et quieti de theloneo et passagio et omni consuetudine et scyris et hundr[edis], wapent[acis], placitis et omnibus querelis et geldis et scotagiis et danegeld[is] et omnibus aliis. . . . .[a] [ho]minibus, excepta sola justicia de murdro et latrocinio. Et si contigerit quod de murdro vel latrocinio denarios dare debuissent, sint inde omnino quieti, et sola justicia michi inde remaneat. Et prohibeo ne quis eos super hoc disturbet.

Testibus : comite Reginaldo, et Riccardo de Luci, et Riccardo de Caunvilla.

Apud Staunfford[am].

CCCCXCIV

Delisle, n° 333.

6 octobre 1175. — Windsor.

Accord entre Henri II et le roi de Connaught.

a. Gesta regis Henrici secundi, éd. Stubbs, t. I, p. 102. — *b.* Rymer, *Fœdera*, nouv. édit., t. I, pars 1, p. 31.

Nous ignorons la raison pour laquelle cette pièce, étrangère à la France, a été admise dans le recueil. De toutes façons, il suffira d'en donner un extrait.

Concordia inter regem Anglie et regem Connactensem.

Hic est finis et concordia que facta fuit apud Windeshoveres in octavis Sancti Michaelis, anno ab Incarnatione Domini M° C° LXX° V°, inter dominum regem Anglie Henricum, filium Matillis imperatricis, et Rodericum regem Connactensem, per chatholicum archiepiscopum Tuamensem, et Cantordem abbatem Sancti Brandani, et magistrum Laurentium cancellarium regis Connactensis, scilicet quod Henricus rex Angliæ concessit prædicto Roderico, ligio homini suo, regi Connacte, quamdiu ei fideliter serviet, quod sit rex sub eo, paratus ad servitium suum sicut homo suus, et quod terram suam teneat ita bene et in pace, sicut tenuit antequam dominus rex Anglie intraret Hiberniam, reddendo ei tributum, et totam aliam terram et habitatores terre habeat sub se et justiciet, ut tributum regi Anglie integre persolvant, et per manum ejus et sua jura sibi conservent. Et illi qui modo tenent,

[a] *Deux mots illisibles.*

teneant in pace, quamdiu permanserint in fidelitate regis Anglie, et ei fideliter et integre persolverint tributum et alia jura sua que ei debent, per manum regis Connacte, salvo in omnibus jure et honore domini regis Anglie et suo[1]. . . Testibus his : Ricardo episcopo Wintoniensi, Gaufrido episcopo Eliensi, Laurentio Duvelinensi archiepiscopo, Gaufrido et Nicholao et Rogero capellanis regis, Villelmo comite Exesse et Ricardo de Luci, Gaufrido de Pertico, Reginaldo de Curteneia.

CCCCXCV

Delisle, n° 334.

Mai-novembre 1175. — Woodstock.

Charte de sauvegarde pour les marchands de Cologne.

A. Original perdu.

a. Lappenberg, *Urkundliche Geschichte des Hansischen Stahlhofes zu London*, Urkunden, p. 4, n° 4, d'après un cartulaire. — *b.* Sir Travers Twiss, *The early charters granted by the Kings of England to the merchants of Cologne*, London, 1881, p. 18, n° 3.

Dans son Introduction (p. 76) M. Delisle a exposé les raisons pour lesquelles cette charte doit être datée de 1175. On observera qu'elle porte la souscription de Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, sacré le 6 octobre 1174. Henri II, qui était alors en France, ne revint en Angleterre que vers le 9 mai 1175. D'autre part, Jean, doyen de Salisbury, qui figure également ici comme témoin, a été élu évêque de Norwich le 26 novembre 1175. La pièce doit donc être datée de 1175, mai-novembre.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis terre sue, salutem.

Precipio vobis quod custodiatis et manuteneatis et protegatis cives et mercatores et homines Colonienses, et omnes res et possessiones suas, ubicunque ad vos venerint in terram meam, sicut meas proprias, ita quod nullam injuriam vel contumeliam eis faciatis nec fieri permittatis, quia homines et fideles mei sunt, et ipsi et omnia sua sunt in manu et [custodia et protectione mea. Et si quis super hoc maligne forisfecerit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis.

[1] Le reste, comme ce qui précède, est étranger aux domaines français de Henri II.

Testibus : R. Wyntoniensi [et] Hugone Dunelmensi episcopis, Johanne decano Saresb[er]iensi, Willelmo Aldelini [a].

Apud Wudestok[am].

CCCCXCVI

Delisle, n° 335.

1175? — Woodstock.

Affranchissement des droits de tonlieu, passage, pontage et autres coutumes, accordé à l'abbaye d'Aunai.

A. Original perdu.

B. Vidimus sous le sceau de la vicomté de Caen, 20 septembre 1298; Archives du Calvados, H 669. — *C.* Texte de la même pièce, dans une lettre de Robert des Ablèges, évêque de Bayeux, et de Hugues de Morville, évêque de Coutances, à Henri III, roi d'Angleterre; Archives du Calvados, H 669.

Round, n° 529.

M. Delisle a démontré (Introduction, p. 430) que les chartes de Henri II, datées de localités anglaises et portant, comme celle-ci, la souscription de Richard du Hommet, sont au plus tard de l'année 1176. En 1174, Henri II n'a fait qu'un court séjour en Angleterre, du 8 juillet au 8 août, et nous ne voyons pas qu'il ait alors été à Woodstock. Il est revenu en Angleterre le 8 ou le 9 mai 1175, et a séjourné à Woodstock vers le 15 juin, suivant le Rév. Eyton (p. 191), puis au commencement de juillet (Eyton, p. 192). Son séjour à Woodstock vers le mois de février 1176 (Eyton, p. 199) paraît moins bien établi; la date de 1175 doit donc être gardée sous toutes réserves.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, prepositis et omnibus baillivis suis tocius terre sue et portuum maris, salutem.

Precipio quod monachi de Alneto sint quieti de teloneo et passagio et pontagio et omni consuetudine que ad me pertinet, in feriis et mercatis et in omnibus aliis locis, de omnibus rebus quas ipsi vel famuli sui assecurare poterunt suas esse proprias. Et prohibeo ne quis super hoc eos disturbet vel in aliquo eis forisfaciat.

Testibus : Ricardo de Humetis constabulario, Mauricio de Croun, Seerio de Quinci.

Apud Wudestokam.

[a] Aldelmi *a.*

CCCCXCVII

Delisle, n° 336.

1175? — Woodstock.

Charte de protection et de sauvegarde pour l'abbaye d'Aunai.

A. Original autrefois scellé sur simple queue de parchemin; Archives du Calvados, H 669. — Photographie.

B. Copie de 1665, d'après l'original, *ibidem*, H 670. — *C.*, *D.*, *E.* Autres copies, Bibliothèque nationale, ms. latin 10063, fol. 134, 147 et 230.

Round, n° 533.

Cette charte, datée de Woodstock et relative à l'abbaye d'Aunai, est probablement contemporaine de la précédente. Elle a été souscrite par Guillaume du Hommet, qui en 1179 a succédé dans la charge de connétable à son père Richard du Hommet. Guillaume ne porte pas encore ici son titre de connétable; peut-être n'était-il pas encore en charge.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis quod abbas et monachi de Alneto et omnes tenure et possessiones eorum sunt in manu mea et custodia et protectione. Et ideo volo et firmiter precipio quod eos et homines suos et omnia tenementa sua et omnes res suas, sicut meas dominicas, manuteneatis et protegatis, ita quod nullam eis injuriam vel molestiam faciatis neque ab aliquo fieri permittatis, sed si quis in aliquo eis forisfecerit, plenariam inde sine dilatione justiciam eis faciatis, et non patiamini quod ipsi aliquid amittant quod habere debeant, vel quod ponantur in aliquas consuetudines vel servitia quod facere non debeant.

Teste Willelmo de Humetis.

Apud Wodest[okam].

CCCCXCVIII

Delisle, n° 338.

Vers 1175. — Winchester.

Charte de protection et de sauvegarde pour l'abbaye du Mont-Saint-Michel.

A. Original scellé sur double queue de parchemin; Archives de la Manche, H 15005. — Photographie.

Eyton, p. 197. — Round, n° 757.

Cette pièce a été souscrite par Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, qui a été sacré le 6 octobre 1174, et par le connétable Richard du Hommet; M. Delisle a établi que les chartes de Henri II portant la souscription de ce seigneur et datées d'Angleterre sont au plus tard de 1176. La date : vers 1175, a donc pour elle la vraisemblance.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis quod abbatia Montis Sancti Michaelis in periculo maris et monachi ejusdem loci et omnes eorum tenure et possessiones sunt in manu mea et custodia et protectione. Et ideo volo et firmiter precipio quod predictam abbaciam, et abbatem et monachos ipsius abbacie, et omnia tenementa sua et omnes res suas sicut meas dominicas manuteneatis et protegatis, ita quod nullam injuriam vel contumeliam eis faciatis neque ab aliquo fieri permittatis; at (*sic*) si quis in aliquo eis forisfecerit, plenariam inde justiciam sine dilatione faciatis, nec patiamini quod ipsi aliquid amittant quod habere debeant.

Testibus : Ricardo episcopo Wintoniensi, Henrico episcopo Baiocensi, Ricardo de Hum[etis] constabulario, Willelmo Filio Audel[ini] dapifero, Willelmo de Lanval[eio].

Apud Wint[oniam].

CCCCXCIX

Delisle, n° 339.

Vers 1175. — [Winchester.]

Autre exemplaire de la même charte, ayant la même teneur et souscrit par les mêmes témoins, mais pourvu d'une adresse différente.

M. Delisle mentionne une copie moderne de cette pièce, qui lui a été communiquée, mais dont

IMPRIMERIE NATIONALE.

il ne connaissait plus l'origine. Nous donnons ici l'adresse de ce texte, qui seule a pour nous un intérêt.

Henricus[1] rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis et vicecomitibus et prepositis et omnibus ministris suis Anglie et Normannie et portuum maris, salutem.

Sciatis quod.....

D

Delisle, n° 331.

1176, vers le 9 octobre. — Feckenham.

Ordre au maire et à la commune de Rouen de laisser Gautier de Saint-Valeri élever une construction sur un terrain que lui avaient engagé les fils de Géroud Mauclerc.

A. Original scellé.

B. Copie dans le cartulaire de l'église de Rouen, Bibliothèque de Rouen, ms. 1193, fol. 111 v°, n° 184.

Round, n° 44.

M. Delisle, à sa table, n° 331, a daté cette pièce de 1175, mais il doit y avoir là une confusion. Il a exposé à son Introduction, p. 52, que l'acte est de 1176. On lit en effet, dans les *Gesta regis Henrici Secundi* (t. I, p. 126), à l'année 1176 : « rex circa festum Sancti Dionysii (9 octobre) venit usque Fecheham, et ibidem venit ad eum Willelmus, rex Scotie ». L'erreur vient sans doute de ce que le Rév. Eyton (p. 196) dit, à l'année 1175 : « About this time too, if not in this very month of october, the king visited Feckenham in Worcestershire ». Et il appuie cette assertion, en note, sur une citation empruntée au Pipe Roll de la vingt-deuxième année de Henri II. Or cette vingt-deuxième année s'étend du 19 décembre 1175 au 18 décembre 1176, et c'est précisément à cette période qu'appartient l'entrevue de Henri II et du roi d'Écosse à Feckenham, vers le 9 octobre 1176. Rien ne permet d'affirmer que Henri II ait été à Feckenham en octobre 1175.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, majori et communie de Rothomago, salutem.

Precipio vobis quod permittatis Waltero de Sancto Walerico facere rationabile edificium in terra quam habet in vadio de filiis Geroldi Mali Clerici, ita quod ipsi inde nichil de jure suo amittant, et quod Bernardus de Sancto Walerico habeat in

[1] La formule *Dei gratia* n'est pas mentionnée dans la note de M. Delisle.

eadem terra quod in ea debet habere, et quod ipse Walterus nichil inde amittat quod habere debeat. Et nisi feceritis, justicia mea Normannie faciat fieri, ne inde amplius conqueri debeant.

Teste Willelmo filio Ald[elini], dapifero.

Apud Fekeham.

DI

Delisle, n° 337.

23 juin 1174–19 octobre 1176; probablement 1175. — Ludgershall.

Confirmation par Henri II des donations faites à l'abbaye du Mont-Saint-Michel par ses ancêtres les ducs Richard II, Robert fils de Richard II, le roi Guillaume I^er^ et le roi Henri I^er^.

A. Original perdu.

B. Vidimus du bailli de Cotentin, du 19 juin 1296, et de l'official de Coutances, du 7 janvier 1298 (n. st.); Archives de la Manche, H, fonds du Mont-Saint-Michel (non répertorié). — *C.* Vidimus de 1315, «die Veneris post festum Sancte Scolastice virginis»; Archives de la Manche. — Photographie. — *D.* Copies modernes; Bibliothèque nationale; ms. français 18949, p. 453. — *E.* Bibliothèque nationale, ms. latin 10072, fol. 42 et 49.

Eyton, p. 196. — Round, n° 755.

Cette pièce porte la souscription de Renaud, évêque de Bath, qui a été sacré le 23 juin 1174 (Eyton, table, p. 312), et celle de Guillaume, comte d'Arundel, qui est mort le 19 octobre 1176. D'autre part le Rév. Eyton admet (p. 196) que Henri II s'est trouvé à Ludgershall vers octobre 1175.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatie Montis Sancti Michaelis in periculo maris, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes quas eis rationabiliter fecerunt antecessores mei, scilicet comes Richardus Secundus et Gonor [a] comitissa mater ejus, et comes Robertus filius predicti Richardi, Willelmus rex Anglorum filius ejusdem Roberti et rex Henricus filius ejus, in terris et

[a] Gunnor *C.*

ecclesiis et decimis et redditibus et in omnibus aliis rebus, presertim in hiis omnibus de quibus in presente [a] saisiti sunt, sicut carte donatorum testantur. Concedo etiam predicte abbatie et monachis ejusdem abbatie et hac carta mea confirmo quicquid ego ipse eis dedi in liberam et perpetuam elemosinam, et omnia que eis ab aliis rationabiliter data sunt vel data fuerint. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et predicti monachi habeant et teneant omnia que ab antecessoribus meis prenominatis vel ab aliis eis rationabiliter data sunt, et quicquid egomet eis dedi in elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum suorum testantur.

Testibus : Joscelino [b] Saresberiensi, Henrico Baiocensi, Reginaldo Bathoniensi episcopis, comite Hugone Bigot, comite Willelmo de Arundel, Ricardo de Humetis constabulario, Willelmo de Humetis filio ejus, Willelmo Trussebut, Willelmo de Stutevilla, Willelmo Filio Johannis, Johanne Malherbe, Radulfo Filio Stephani.

Apud Lutegareshele.

DII

Delisle, n° 340.

1175-1176. — Northampton.

Donation du manoir de Letcombe à l'abbaye de Cluni [1].

A. Original perdu

B. et *C.* Confirmation de Henri III, dont deux exemplaires originaux sont à la Bibliothèque nationale, parmi les Chartes originales de Cluni, collection de Bourgogne, vol. 81, n°s 318 et 319.

a. Duckett, *Charters of the ancient abbey of Cluni*, t. I, p. 104. — *b.* Bernard et Bruel, *Recueil des Chartes de l'abbaye de Cluny*, t. V, p. 589.

Round, n° 1400.

[a] presenti *C.* — [b] Jocel. *C.*

[1] Innovation des chartes LXIV* et CCCCXLIV.

Parmi les témoins de cet acte se trouvent Jean, évêque de Norwich, sacré le 14 décembre 1175, et Guillaume, comte d'Arundel, mort le 19 octobre 1176.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ballivis et fidelibus suis Francis et Anglicis tocius Anglie, salutem.

Sciatis quod ego concedo et confirmo Deo et ecclesie Sancti Petri Cluniacensis, et monachis ibidem Deo servientibus, manerium de Ledecomba in perpetuam elemosinam, pro salute regis Henrici avi mei et omnium antecessorum meorum, et pro propria salute mea, quod manerium rex Stephanus dedit et assedit eis pro centum marcis quas predictus rex Henricus solebat dare annuatim eidem ecclesie Cluniacensi. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et monachi idem manerium bene et in pace et libere et quiete et honorifice in perpetuum teneant, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, et pratis et pasturis, et aquis et molendinis et stagnis, et hominibus et tenuris eorum, et cum libertatibus suis omnibus, sicut unquam melius et plenius et liberius tenuit illud rex Henricus in manu sua.

Testibus : R. Wintoniensi, G. Elyensi et Johanne Northwicensi episcopis, et H. episcopo Dunholmensi, comite Willelmo Arundelle, comite Willelmo de Maundevilla, Ricardo de Lucy, Ricardo de Caunvilla, Radulfo de Glaunvilla, Hugone de Cressy, Th. Bardulf, Bertramo de Verdonio, Willelmo Filio Radulfi et Radulfo Britone.

Apud Norhampton[am].

DIII

Delisle, n° 342.

1172-1173-1177 (probablement 1177). — Angers.

Confirmation aux religieuses de Fontevrault du Pont-de-Cé et des coutumes de Brissac.

A. Original au Trésor des Chartes, scellé en cire verte, sur tresse de soie rouge et jaune; Archives nationales, J 184, Fontevrault, n° 1. — Atlas, pl. XX.

AA. Original scellé sur tresse de soie rouge et jaune; la partie gauche de la pièce est rongée par l'humidité; Archives de Maine-et-Loire, fonds de Fontevrault, carton des Ponts-de-Cé. — Photographie.

B. Copie authentique; Archives nationales, J 178; Anjou, n° 49. — *C.* Copie d'après l'original des Archives de Fontevrault, Bibliothèque nationale, ms. latin 5480, t. I, p. 399. — *D.* Cartulaire de Fontevrault, fol. 25.

a. Teulet, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. I, p. 116, n° 284 (vers 1177); d'après *A.* — *b.* Marchegay, *Archives d'Anjou*, t. II, p. 255; d'après *AA.* — *C.* Extrait donné par M. Delisle, Introduction, p. 262.

Round, n° 1288.

Souscriptions de Geoffroi, évêque d'Angers, et d'Étienne, évêque de Rennes, morts l'un et l'autre en 1178; Henri II a passé à Angers la fête de Noël 1177. — Texte dressé d'après *A*, en donnant, quand il y a lieu, les variantes fournies par *AA*. Par exception, et pour la commodité du lecteur, nous avons laissé subsister ici la division en paragraphes, adoptée par M. Delisle.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ęcclesię Beatę Dei genitricis Marię de Fonte Ebraudi, et monialibus ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum pontem Saeii, ita liberum et quietum sicut aliquis antecessorum meorum eundem pontem ipsi ęcclesie melius et liberius concessit habere; vicariam etiam ejusdem pontis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad com[item] And[egavorum] pertinentibus concedo eis et confirmo.

De furto autem et sanguine et raptu et de aliis omnibus forisfactis concedo eis justiciam et omnem questum, retenta mihi per baillivos meos exsecutione justicie de vita et membris, cujus questum omnimodum do eisdem et concedo, et id mihi non retinui, nisi quia non est religiosarum personarum de vita vel membris quemquam judicare.

Sunt autem he consuetudines ejusdem pontis : pro equo et bove et vacca que trans pontem ad pascua ducuntur, excepta valeia comitis, solvet pertransiens unum denarium, et quieta erit per annum integrum et unum diem.

Concedo etiam eis consuetudinarias caritates quas servientes Fontis Ebraudi ad pontem Saeii residentes de urbe And[egavis] et de aliis locis ab ęcclesiis quibusdam et aliis locis percipere solent et debent, scilicet : de Sancto Mauricio in tribus festis, Pasche videlicet et [a] Omnium Sanctorum et Natalis Domini, in unoquoque festo duos panes, lagenam vini et duos denarios, et tres minas frumenti pro mestiva apud Daocias. De Sancto Albino, in predictis tribus festis, similiter duos panes, unam lagenam vini et II. denarios, et pro mestiva unum sextarium frumenti apud Mairon; apud Allodia I. sextarium frumenti; apud Chaugeium unam minam siliginis, apud

[a] et *omis dans AA.*

Sanctum Remigium de Varenna, I. sextarium siliginis. De Sancto Nicolao, in eisdem festis, II. panes, lagenam vini et II. denarios, et pro mestiva unum sextarium frumenti apud Mosterolium Berlai, et in Landa Verchei I. minam siliginis. De Sancta Trinitate Aquarie, in tribus festis predictis, duos panes, lagenam vini et II. denarios, et pro mestiva I. minam frumenti apud Sanctum Saturninum in Tertro. De Sancto Laudo, in singulis jam dictis festis, II. panes, lagenam vini et II. denarios, et pro mestiva I. minam frumenti apud Listreium, de eo quod ibi tenebat Gaufridus Mainer[ii]. De Sancta Maria tantumdem panis et vini et nummorum in supradictis singulis festis, et pro mestiva apud Orginneium I. sextarium frumenti. De Sancto Martino, in sepedictis festis, III. denarios et lagenam vini. De Sancto Johanne, pro mestiva ad boscum Briccii, I. sextarium frumenti. De Sancto Sergio, in antedictis singulis festis, II. panes, lagenam vini et II. denarios, et pro mestiva apud Sanctum Melanium I. minam frumenti, et apud Martinau I. minam siliginis. De Sancto Petro, pro mestiva apud Charceium, I. sextarium frumenti.

In omnibus aliis, tam in burgensibus quam in ceteris, capiunt sanctimoniales consuetudines suas libere in ponte, nec ullus liber est a consuetudine, nisi sit de domo et mensa comitis. A Beira autem crescente usque ad Beiram Israel, quicquid ex transverso aque transierit talem reddet consuetudinem, qualem redderet si per pontem transiret. De modio vini redduntur IIII. denarii. Quadriga onusta, undecunque fuerit, duos reddet denarios. Judeus, XII. denarios.

Concedo etiam eis et confirmo consuetudines de Brachesach, quas dominus Arcalos dedit ipsi ecclesie Fontis Ebraudi pro anima sua, concedente comite Fulcone. De omnibus rebus transeuntibus extra corpus castelli de Brachesach talis reddetur consuetudo ecclesie Fontis Ebraudi, qualis redderetur domino comiti si per castrum transiret.

Pro equo de Hispania, XII. denarios transiens persolvet. Pro omni alio equo, IIII. denarios. Pro equa, II. denarios. De asino, obolum. De porco, bove et vacca, pro singulis obolum. In tribus nundinis, scilicet ad Angevinam, ad Sanctum Nicolaum[a], ad Anditum, pro bove et vaca, I. denarium. Pro tribus ovibus, I. denarium. Pro tribus arietibus, I. denarium. Pro tribus capris, I. denarium. Pro pipere, XII. denarios. Pro cymino, XII. denarios. Pro omni specie aromatica, XII. denarios. Pro serica, XII. denarios. Pro pellibus omnium silvestrium animalium, XII. denarios. Pro panno in grana tincto, XII. denarios. Pro corduano, XII. denarios. Pro bazana, VIII. denarios. Carca cere, VIII. denarios. Pro pannis de Francia, VIII. denarios de singulis trosellis. Pro tacra coriorum, IIII. denarios. Pro corio tanato,

[a] Nichol. *AA.*

I. obolum. Pro pellitaria parata, de singulis trossellis, IIII. denarios. De cruda, I. denarium; si asinus tulerit, I. obolum. Summa olei, IIII. denarios. Onus mellis, IIII. denarios. Ostrearum[a], IIII. denarios. Summa balene, IIII. denarios. De omni pisce marino, summa, IIII. denarios, exceptis arentiis, sepiis et anguillis, quorum singula millenaria IIII. denarios reddent. Pro filtro tincto, trossellus[b] VIII. denarios. Trossellus albi, I. denarium, si portaverit equus; si portaverit asinus, obolum. Pro trossello de pannis Partiniaci, IIII. denarios; si post tergum equitantis trossatum fuerit, II. denarios. Pro trossello pannorum de Berceria, II. denarios; si post tergum equitantis, I. denarium. Pro trossello burellorum, I. denarium; si asinus portaverit, I. obolum. Trossellus pannorum lineorum, I. denarium; si asinus tulerit, I. obolum. De quadrigata salis, II. denarios. De quadrigata vini vel bladi, II. denarios. De equo onerato, I. denarium; de asino, obolum. De trossello fustanii, VIII. denarios. De caseis, si quadriga tulerit, II. denarios; si equus, I. denarium; si asinus, obolum. De baconibus similiter. De ferro et acerio et kamba[c], et lana, et lino, et mairamento lignorum dolatorum similiter. De culcitra, IIII. denarios. Si mulier pergens ad maritum suum secum culcitram portaverit, ita quod possit eam videre, nichil reddet; si absque ea fuerit inventa ante vel retro, IIII. reddet denarios. Si aliquis proprio collo sua mercimonia tulerit, nichil inde reddet; si conductus portaverit, quasi summarius reddet.

Et quicquid extra castrum prefatum transierit, talem, ut predictum est, reddet consuetudinem, qualem si per medium transiret.

He sunt iterum consuetudines pontis Saeii que subscripte sunt, quas cum suprascriptis consuetudinibus ejusdem pontis ipsi ecclesie et sanctimonialibus concedo et confirmo. Quadriga, quicquid deferat, reddet ad pontem II. denarios, et vacua, I. denarium. Omnis summarius vel equus oneratus, I. denarium; vacuus, si ad lucrandum proficiscitur, I. obolum; cum vero redierit oneratus, alium exsolvet. Mestiva alicujus messoris non reddet nisi obolum a festo Sancti Johannis usque ad festum Sancti Michaelis, nisi quadriga deferatur, quia tunc reddet duos denarios. Equus vel equa, bos vel vacca, I. denarium. Asinus, porcus, I obolum. Quattuor[d] oves, vel arietes, vel capre, I. denarium.

Omnes burgenses civitatis infra muros vel extra manentes eandem reddent consuetudinem de omnibus rebus, quam alii, his exceptis : De XI. deneriatis panis et de volucribus, quas aliquis amico suo detulerit vel miserit, nichil reddetur. De summa napium, et de his que aliquis homo transligerinus[e], miles vel alius, dans

[a] hostrear *AA*. — [b] trosellus *AA*, *en divers endroits*. — [c] kanba *AA*; kanaba *a*. — [d] quatuor *AA*. — [e] transliggerinus *AA*.

mestivam ponti, amico suo citra pontem miserit, accepta fiducia ab eo qui detulerit quod dono mittatur, nichil. De summa etiam fabe vel alterius leguminis, et de his que aliquis filio suo ad victum pertinentia miserit, carne videlicet mortua, pane, volucribus, data inde fide, nichil. De porcis etiam qui ad pasnagium comitis solummodo transibunt, nec de bestiis que sola guerra comitis vel violentia alia transierint, nisi plus mense uno ultra pontem moram fecerint, nichil. In omnibus aliis capiunt sanctimoniales consuetudines suas libere in ponte.

Quare volo et firmiter precipio quod ipsa ecclesia Fontis Ebraudi et sanctimoniales in ea Deo servientes omnia predicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut ea ipsis concessi et carta mea confirmavi.

Testibus : Guillelmo Cenomannensi, G. Andegavensi, Rotberto Nannetensi, Stephano Redonensi episcopis, Richardo et Gaufrido filiis meis, comite Willelmo de Mandevilla, Fulcone [a] de Mastach seneschallo Pict[avensi], St. de Tur[onis] sen[eschallo] Andegavensi, Mauricio de Croun, Pagano de Vegg[ia], Gaufrido Perticensi, Petro Filio Guidonis, Willelmo de Ostilli, Durando Pincerna, Gilleberto Guarderobba [b].

Apud Andegav[im].

DIV

Delisle, n° 343.

1172-1173–1177. — Argentan.

Confirmation de la gilde des tanneurs de Rouen.

A. Original perdu.

B. Copie d'après un registre de la Chambre des Comptes; Bibliothèque nationale, ms. latin 9067, fol. 154.

a. Chéruel, *Hist. de Rouen*, t. I. p. 34.

Round, n° 108 : « ap. Arquas ».

Souscriptions de Gilles, évêque d'Évreux (1170-1179), et de Nicolas d'Estouteville, mort en 1177.

[a] Fulchone *AA.* — [b] Guisleberto Guardarobb. *AA.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta mea confirmasse tanatoribus meis de Rothomago gildam suam, et pillanum, et tannum, et uncerium suum, et omnes consuetudines et rectitudines gilde sue, libere et quiete, plenarie et honorifice, quod nullus operetur de officio eorum in Rothomago nec infra leucatam Rothomagi, nisi per eos, pro servitio quod ipsi tanatores mihi faciunt. Quare volo et firmiter precipio quod nullus eos vexet nec disturbet nec in placitum ponat de officiis eorum, nisi coram me.

Testibus : Egidio Ebroicensi episcopo et Nicholao de Stutevilla.

Apud Argentomum.

DV

Delisle, n° 341.

Mars 1177.

Sentence arbitrale de Henri II, portant règlement des difficultés existant entre les rois de Castille et de Navarre.

a. Gesta regis Henrici Secundi, éd. Stubbs, p. 151. — *b.* Rymer, *Fœdera*, nouv. éd., pars. I, p. 34.

D'après les *Gesta*, t. I, p. 144, c'est le premier dimanche du carême 1177, soit le 13 mars, que se réunit à Londres le synode devant lequel furent réglées les contestations des rois de Castille et de Navarre. Trois jours après, le 16 mars, « post triduum » (*Gesta*, p. 146), les parties présentèrent leurs mémoires, et il semble que la sentence arbitrale ait été prononcée le même jour. L'acte de Henri II, portant le texte de cette sentence, ne peut donc pas être antérieur au 16 mars 1177; rien, d'autre part, n'autorise à croire qu'il lui soit sensiblement postérieur.

EPISTOLA REGIS AD PREDICTOS REGES HISPANIE.

Henricus, Dei gratia rex Anglie et dux Normannie et Aquitanie, et comes Andegavie [a], carissimis amicis suis Aldefonso regi Castelle et Sanctio regi Navarre, salutem.

Sicut ex litterarum vestrarum tenore, et fidelium vestrorum Johannis episcopi Tirasonensis, Petri de Areis, Gutteri, Petri de Rinoso, relatione, et nunciorum vestrorum episcopi Palentini, comitis Gumes, Lobdiez, Gomes Garsie, Garsi Garsi,

[a] *Nous conservons, dans cette adresse, les terminaisons données par le texte des* Gesta.

Petri Petri, Gotter Fernanz, episcopi Pampelune, Garsie Bermeri, Sanctii Ramiri, Espaignol de Taisonal, Petri Ramiri, Acenarii de Chalez, assertione cognovimus, placuit utrique vestrum querimonias inter vos habitas super quibusdam castellis et terris cum earum terminis et pertinentiis judicio nostro terminari. Nos vero, fidelibus et nunciis vestris ea qua decuit veneratione susceptis, pacem inter vos honori Dei et toti Christianitati plurimum profuturam attendentes, divine pietatis et communis utilitatis intuitu negotium hoc in nos suscepimus. Fidelibus itaque a vobis communiter electis et procuratoribus et advocatis causarum vestrarum in presentia nostra et episcoporum et comitum et baronum nostrorum constitutis, petitiones et allegationes utriusque partis diligenter audivimus et intelleximus. Proponebant siquidem ii, quibus causa Aldefonsi, regis Castelle, commissa fuerat, Sanctium regem Navarre memorato regi Castelle, dum adhuc pupillus esset et orphanus, castella et terras, scilicet Logronium, Navarret, Antlena, Aptol, Agosoio, cum omnibus terminis et pertinentiis suis, que pater suus die qua decessit, et ipse post, aliquot annis, quiete possederat, injuste et violenter abstulisse, unde et eorum sibi fieri restitutionem postulabant. Illi vero, quibus causa Sanctii regis Navarre commissa fuerat, nihil eorum que ab aliis proposita fuerant contradicentes, asserebant Aldefonsum, prefatum regem Castelle, Sanctio prenominato regi Navarre castella, scilicet Legin, Portol, et castellum quod tenet Godin, per guerram et injuste abstulisse, et, parte altera in nullo contradicente sibi, eorum sibi restitutionem pari petebant instantia. Preterea in scripto vestro continebatur communi vos trevias inter vos usque in septennium fide interposita firmasse, et hoc ipsum nuncii vestri in jure palam sunt protestati. Habito igitur cum episcopis, comitibus et baronibus nostris, cum deliberatione consilio, pacem inter vos ad fidem Christianorum propagandam et ad inimicorum Christi confusionem necessariam fore considerantes, plenam etiam tam ex scriptis vestris, quam nunciorum assertionibus fiduciam concipientes, quod in pace firmanda et conservanda consilio nostro et precepto parebitis, ante judicii pronuntiationem super prescriptis querelis et treviis, mandamus vobis per nuncios vestros et consulimus et precipimus, et adhuc etiam scripto presenti mandamus, ut pacem inter vos firmetis et in perpetuum fideliter observetis. Super querelis vero pretaxatis de castellis et terris cum omnibus terminis et pertinentiis hinc inde violenter et injuste ablatis, cum nihil contra violentiam utrinque objectam a parte alterutra alteri responderetur, nec quicquam quominus restitutiones quas petebant faciende essent allegaretur, plenariam utrique supradictorum, que in jure petita erant, restitutionem adjudicavimus. Adjunximus etiam ex judicio trevias prefatas inter vos, ut predictum est, fide firmatas, sicut ex scripto vestro, et nunciorum vestrorum publica confessione in jure facta, nobis constitit, usque ad constitutum inter vos terminum invio

labiliter observandas. Volumus etiam et precipimus pro bono pacis ut rex Aldefonsus, dilectus filius noster, donet Sanctio regi Navarre, avunculo suo, singulis annis usque ad decennium tria millia marabotinorum, ad tres terminos in anno Burgis recipienda, scilicet ad [finem] quatuor primorum mensium post predictam restitutionem utrinque factam, mille marabotinorum, et ad finem quatuor mensium proximo sequentium, mille marabotinorum, et ad finem quatuor mensium tertio sequentium, mille marabotinorum, ita ut, singulis de decem annis sequentibus predictam restitutionem, solvantur tria millia marabotinorum ad eosdem terminos, et in loco prenominato, Sanctio regi Navarre. Preterea nuncii utriusque vestrum juraverunt ante sententie pronuntiationem vos predictum judicium nostrum tam de restitutionibus quam de treviis similiter observaturos, et nisi feceritis, quod corpora sua reddent in manum nostram et potestatem.

Testibus his : Ricardo archiepiscopo Cantuarie, Hugone Dunelmensi episcopo, Gaufrido Elyensi episcopo, Rogerio Wigorn[i]ensi episcopo, Bartholomeo Exoniensi episcopo, Gileberto Lundoniensi episcopo, Waltero Rofensi episcopo, Reginaldo Battoniensi episcopo, Johanne Norwicensi episcopo, Johanne Cicestrensi episcopo, Rodberto Herefordensi episcopo, episcopo de Sancto David Wallie, et Adam episcopo de Sancto Asaf, et episcopo de Pangor, et Christiano episcopo Candide Case de Galveia, et Gaufrido filio regis comite Britannie, et Willelmo comite Albemarlie, Roberto comite Leircestrie, et Willelmo de Mandavilla comite de Essexa, et Roberto comite Glaucestrie, et Willelmo de Arundel comite Sutsexe, et comite Cestrie, et comite de Ferrers; et de baronibus Anglie, Ricardo de Luci, et Willelmo de Vesci, Odenello de Dumframvilla, Roberto de Vallis, Rogero de Mumbrai, Roberto de Stutevilla, Philippo de Chima, Rogerio Bigot, et aliis quampluribus tam clericis quam laicis de regno Anglie.

DVI

Delisle, n° 345.

21 septembre 1177. — Ivry.

Traité avec le roi de France et projet de croisade.

a. Gesta regis Henrici Secundi, éd. Stubbs, t. I, p. 191. — *b. Gervasius Cantuariensis*, éd. Stubbs, t. I, p. 272. — *c.* Rymer, *Fœdera*, nouv. édit., t. I, pars 1, p. 35. — *d. Recueil des Historiens de France*, t. XIII, p. 171.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Lodovicus, Dei gratia rex Francorum, et ego Henricus eadem gratia rex Anglie, volumus ad omnium tam

presentium quam futurorum notitiam pervenire nos, Deo inspirante, promisisse et jurasse quod simul ibimus in servitium Christianitatis et crucem suscipiemus ituri Jerosolimam, sicut in scripto de susceptione crucis inter nos facto continetur. Volumus etiam quod omnes sciant quod sicut sumus et amodo volumus esse amici, quod uterque nostrum alteri conservabit vitam et membra, et terrenum honorem suum, contra omnes homines, pro posse suo. Et si quecunque persona alterutri nostrum malum facere presumpserit, ego Henricus juvabo Lodovicum regem Francie, dominum meum, contra omnes homines, pro posse meo. Et ego Lodovicus juvabo Henricum regem Anglie contra omnes homines, pro posse meo, sicut hominem et fidelem meum, salva fide quam debemus hominibus nostris, quamdiu ipsi fidem nobis servabunt. Et neuter nostrum amodo retinebit inimicum alterius in terra sua ex quo requisitus inde fuerit. Et ut inter nos amodo tollatur omnis materia discordie, concessimus ad invicem quod de terris et possessionibus et aliis rebus, quas quisque nostrum modo possidet, alter adversus alterum inde nihil amodo petet, excepto eo de Alvernia, unde contentio inter nos est, et excepto feudo de Castro Raulfi, et exceptis minutis feudis et divisis terrarum nostrarum de Berria, si homines nostri aliquid inde interceperint inter se vel adversus alterum nostrum. Si autem super his que superius excepta sunt per nosmet ipsos convenire non poterimus, ego Lodovicus rex Francorum elegi tres episcopos, Claremontensem, Nivernensem, Trecensem [a], et tres barones, comitem Theobaldum, et comitem Rodbertum et Petrum de Curteneia fratres meos, et ego Henricus rex Anglie elegi tres episcopos, Willelmum Cenomannensem, Petrum Petragorensem, et R. Namnatensem, et tres barones, Mauricium de Croum, Willelmum Mangot et Petrum de Monte Rabel, ex parte mea, qui inquisita diligenter hinc inde veritate, tam per seipsos quam per juramenta hominum terrarum illarum, predicti episcopi in verbo veritatis assevera-bunt, et laici jurabunt, quod quecunque cognoverint de jure cujusque nostrum esse, hoc inter nos dicent, et nos eorum dicto bona fide firmiter stabimus. Si vero omnes illi episcopi quos ego Lodovicus elegi interesse non poterunt, nihilominus stabimus dicto illorum duorum qui intererunt; et si omnes barones ex parte mea nominati non interfuerint, pro eo non remanebit quin stemus dicto illorum duorum qui interfuerint; et similiter erit de illis quos ego rex Henricus elegi, tam de episcopis quam de baronibus. Juravimus etiam quod nullum malum faciemus eis propter hoc quod veritatem inde dixerint. Et si forte, quod Deus avertat, inter nos de terris nostris aliqua querela amodo oriatur, per eosdem bona fide et sine malo ingenio sine dilatione terminetur. Si autem aliqua predictarum personarum interim mortua

[a] Treternensem *a b*; Treverensem *c*.

fuerit, altera loco ipsius substituatur. Si vero alteruter nostrum ante susceptionem crucis iter peregrinationis arripere voluerit, alter qui remanebit terram illius, qui in peregrinatione erit, et homines sicut sua propria et dominica fideliter custodiet et manutenebit. Postquam vero, Deo volente, crucem susceperimus, homines nostros qui nobiscum ibunt faciemus jurare quod, si alteruter nostrum in via decesserit, quod Deus avertat, ita illi qui superstes erit fideliter servient, sicut servirent domino suo si vivus esset, quamdiu in terra Jerosolimitana morari voluerit. Pecuniam vero defuncti habebit vivus ad faciendum servitium Christianitatis, preter illam partem quam ante iter suum certis locis et certis personis dandam decreverit. Et si uterque nostrum decesserit, eligemus, si nobis Deus spatium indulserit, de probis et fidelibus hominibus nostris, quibus committetur pecunia utriusque nostrum, ad faciendum servitium Christianitatis, et qui ducent et regent homines nostros. Antequam etiam iter arripiamus post susceptam crucem, faciemus illos jurare, quos custodes et gubernatores constituemus terrarum nostrarum, quod ipsi bona fide cum omni posse suo, si necesse fuerit, se invicem juvabunt, ad defendendum terras nostras, cum ab invicem requisiti fuerint, ita quod illi quos ego Henricus, rex Anglie, prefecero ad gubernandum terras meas, cum omni posse suo juvabunt ad defendendum terras Lodovici regis Francie domini mei, quemadmodum terras meas defenderent si civitas mea Rothomagi obsessa esset, et eodem modo, quod illi, quos ego Lodovicus rex Francie prefecero ad gubernandum terras meas, cum omni posse suo juvabunt ad defendendum terras Henrici regis Anglie, quemadmodum terras meas defenderent, si civitas mea Parisius obsessa esset. Volo etiam quod mercatores et omnes homines, tam clerici quam laici, de terra sua cum omnibus rebus suis securi sint et pacem habeant per omnes terras meas; et ego Henricus rex Anglie similiter volo quod mercatores et omnes homines, tam clerici quam laici, de terra regis Francie, domini mei, cum omnibus rebus suis sint securi, et pacem habeant per omnes terras meas. Hec autem suprascripta nos firmiter observaturos promisimus et juravimus, in presentia venerabilis Petri, tituli Sancti Chrysogoni presbyteri cardinalis, Apostolice Sedis legati, et in presentia Ricardi Wintoniensis episcopi, et Johannis Carnotensis episcopi, et Henrici Baiocensis episcopi, et Frogerii Sagiensis episcopi, et Egidii Ebroicensis episcopi, et Henrici regis, Henrici regis Anglie filii, et comitis Theobaldi, et comitis Rodberti, et Petri de Curteneia, et comitis Symonis, et Willelmi de Humez, et multorum aliorum tam clericorum quam laicorum [1].

[1] Dans les *Gesta*, la date de lieu et la date de jour sont données dans les lignes qui précèdent cette pièce; l'auteur rapporte que Henri II, décidé à faire la paix avec Louis VII,

DVII

Delisle, n° 345 A.

Fin de septembre 1177. — Verneuil.

Ordonnance de Henri II, rendue à la demande des religieux de Grammont, portant que, dans les provinces françaises de ses états, ses sujets ne seront pas obligés de servir de cautions à leurs seigneurs.

A. Original perdu.

a. Analyse de la pièce dans les *Gesta regis Henrici Secundi*, éd. Stubbs, t. I, p. 194. — *b. Recueil des Historiens de France*, t. XII, p. 172.

L'analyse de cette pièce est donnée par les *Gesta* à la suite du traité conclu avec le roi de France le 21 septembre et avant la mention d'un naufrage qui eut lieu le 27 septembre.

« colloquium de pace et concordia cum eo cepit inter Yveri et..., in festo Sancti Mathei apostoli ». M. Stubbs ajoute en note, d'après Raoul de Diceto, que cette localité, sise entre Ivry et une autre localité non désignée, est Nonancourt. Quelques lignes plus loin (p. 191), les *Gesta* reviennent sur la date de l'entrevue : « Adveniente igitur festo Sancti Mathei apostoli, scilicet undecimo kalendas octobris, prefati reges ad terminum et locum colloquii prenominatum venerunt,... et postea hanc pacem et concordiam... fecerunt inter se. » L'arrangement entre les deux rois, cité par Raoul de Diceto (éd. Stubbs, t. I, p. 421-422), est bien daté de Nonancourt, mais il est du 25 septembre (VII° kalendas octobris). Il est fort différent du texte arrêté le 21 septembre; nous le donnons ici en note.

« Ego Ludovicus, rex Francorum, et ego Henricus, rex Anglorum, volumus ad omnium notitiam pervenire nos Deo inspirante promisisse et jurasse quod simul ibimus in servitium Christianitatis et crucem suscipiemus ituri Jerusalem. Volumus etiam quod omnes sciant quod sic sumus et amodo volumus esse amici, quod uterque nostrum alterutri nostrum conservabit vitam et membra et terrenum honorem contra omnes homines pro posse suo. Et si quæcunque persona alterutri nostrum malum facere præsumpserit, ego H. juvabo L. regem Francorum dominum meum contra omnes homines pro posse meo; et ego L. juvabo H. regem Anglorum contra omnes homines pro posse meo, sicut hominem et fidelem meum, salva fide quam debemus hominibus nostris quamdiu ipsi nobis fidem servabunt.

Hæc acta sunt apud Nonancurt, VII° kalendas octobris. »

Cette pièce est mentionnée dans la *Table chronologique des Diplômes* de Bréquigny, t. III, p. 524.

Le Rév. Eyton (p. 219) admet que l'acte du 21 septembre peut être daté d'Ivry ou peut-être de Nonancourt, peut-être aussi du Gué de Saint-Remy. La mention d'Ivry, donnée à la table par M Delisle, est vraisemblable, sinon certaine.

Et ipse ivit ad Vernolium, et ibidem intuitu divini amoris, et prece et petitione Bonorum hominum de Grandi Monte motus, statuit coram Ricardo Wintoniensi episcopo, et Henrico Baiocensi episcopo, et Egidio Ebroicensi episcopo, et Frogero Sagiensi episcopo, et coram Simone comite Ebroicensi, et Rodberto comite Leircestrie, et coram multis aliis comitibus et baronibus regni sui, ne quis pro debito domini res hominis capere presumeret, nisi homo ejusdem debiti debitor aut plegius exstiterit, sed redditus quos homines reddere deberent dominis suis reddantur creditori dominorum suorum et non dominis; cetere vero res hominum proprie sint in pace, neque eis pro dominorum debitis liceat cuique namtire. Hoc statutum et consuetudinem statuit dominus rex, et teneri precepit in omnibus villis suis, et ubique in potestate sua, scilicet in Normannia et Aquitania, et Andegavia et Britannia, generale et ratum. Et ut hoc statutum firmiter teneretur et ratum permaneret, scripto commendari et sigilli sui auctoritate confirmari fecit [1].

DVIII

Fin de septembre 1177. — Verneuil?

Lettres de Henri II, convoquant à l'ost la noblesse de Normandie à Argentan, pour le 9 octobre.

Mentionnées dans les *Gesta regis Henrici Secundi*, éd. Stubbs, t. I, p. 195.

Et postea summonere fecit comites et barones Normannie per litteras suas, quod essent apud eum apud Argentomium, in festo Sancti Dionysii, parati equis et armis remanendi secum in servitio suo. His itaque gestis venit ipse usque Alenziun, *etc.*

DIX

Delisle, n° 346.

1172-1173–décembre 1177. — Angers.

Confirmation des biens de l'église Saint-Laud d'Angers.

A. Original très mutilé, et en trop mauvais état pour être lu; Bibliothèque d'Angers, ms. 757, recueil de chartes du chapitre de Saint-Laud.

[1] Cette dernière phrase mentionnant l'apposition du sceau est insolite. Si l'auteur des *Gesta* l'a vue dans un document, ce document doit être considéré comme rédigé en dehors de la chancellerie, ou même tenu pour suspect.

B. A côté de l'original, copie du XVII^e^ s., présentant quelques lacunes.

a. Delisle, Introduction, p. 321, édition partielle.

Souscriptions de Geoffroi, évêque d'Angers, et d'Étienne de Fougères, évêque de Rennes, morts l'un et l'autre en 1178; Henri II a passé à Angers la fête de Noël 1177.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, [et] comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse cappellanie Beate Genovefe virginis et Beati Laudi confessoris, intra muros civitatis Andegavensis ante fores comitalis aule posite, et clericis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum, foragium et decimam vinearum et terre arabilis quam modo habent pro dimidia parte panagii quam habebant in foresta Vitrearia de dominio comitis, et boscum ad coquinam et vineas et pistrinum, et VIII. arpenta vinearum in alodio Peluchardi, que fuerunt [Theobaldi Aure]lianensis, et nonum in Angularia in terra Sancte Gemme, et consuetudines ceterarum vinearum, si quas clerici comparaverint, vel ad usum ecclesie vel ad suum, tali conditione ut vineas illas quas proprias tenuerint post decessum suum ecclesia [possideret]. Concedo etiam eis et confirmo V. quarterios vinee super flumen Meduane, juxta prata Aquarie, qui fuerunt Galterii Gurmari. Ad bucam Meduane terram que fuit Gosberti de Mariaco, cum aquis et pratis et molendinis, absque ulla consuetudine, et de bosco ipsius Gosberti dimidiam partem, hoc est totius boschi qui dicitur communialis octavam, et in aqua Sancti Albini subtus Pontem Sigeii unum locum molendini et alium locum inter arcas predicti pontis et decimum denarium de moneta Andegavensi; in castello Losdunensi, ad villam que dicitur Vivrai, octo arpenta terre arabilis ad censum solvendum et pratorum arpenta duo et dimidium, et vinee arpenta tria allodialia, et ibidem operam unam ad censum, in suburbio ipsius castelli unam mansionem; item in eadem castellaria terrulas que[a] per concambium comutate fuerunt ab . . . . . milite de Campis, quarum hec sunt nomina : Angularis, Trio et Valleia; item[b] in aliis locis quatuor mediatorias in villa que dicitur Buca Meduane. In pago Andegave[nsi] ecclesiam in honore Sancti Symphoriani martiris, cum villa et terris et pratis ad eam pertinentibus, ... et foragio et omnibus consuetudinibus terre et fluminis a Rupe Colubraria usque ad ductum, a ducto vero usque ad vallem que terminat predictam terra[m], a rupe illa que

[a] quas *B.* — [b] item, *répété B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

dicitur Bocherella. Concedo eis similiter omnes consuetudines terre et fluminis et vicariam de illis fossatis que in ripa contigua terre illi facta erunt, et de navibus tam majoribus quam minoribus unam minam salis et dimidiam partem commendationis; in loco qui dicitur Gosia, ipsum boscum et terram, et iterum terram que dicitur Anfraniacus, simul cum pratis ad eam pertinentibus; in foresta mea cui nomen est Camberiis, exsarta que ducuntur ad illum brachium, et simul decimas de tota terra forestarii Gosfridi cognomento Boschïri, et prope ipsum locum exemptationem quam comes Gosfridus, predecessor meus, promisit[a] facere Johanni clerico suo in eadem foresta absque ulla consuetudine. In parrochia que dicitur Branus concedo eis vicariam et alias consuetudines meas de terris quas comparaverant vel deinceps comparabunt ibi vel aliis locis predicte ecclesie clerici. Concedo etiam eis..... quam de liberandis collibertis habebat predictus comes Gosfridus, ubicumque liberaretur, si quidam ex clericis ecclesie adesset. In Augularia juxta civitatem Andegavensem loco Genestulio terram que fuit Ursonis militis de Carnono, cum vicaria et vinagio et ..... vinearum et forragio pro quo Johannes magnum ciphum vini bibit, quem Garinus cellararius prefato comiti pretulerat. In flumine Ligeris ductum unum, cum piscaria et omni consuetudine et molendinis duobus de presenti, et quatuor aliis post obitum Theobaldi Aurelianensis eis concessis, simul cum septem quarteriis vinee que sunt juxta Spaltum. In loco qui dicitur Lupellus pratorum arpenta septem, et totidem in villa quam nominant Fossas, et quatuor [in] Insula Longa. Quare volo et firmiter precipio quod ipsa capella Sancte Genovefe virginis et Sancti Laudi, et clerici in ea Deo servientes omnia supradicta habeant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in terris et vineis et redditibus, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in consuetudinibus et libertatibus, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut predictus comes Gosfridus concessit eis et dedit et carta mea testatur.

Testibus : Gaufrido Andegavensi, Roberto Nannetensi, Stephano Redonensi episcopis, Ricardo et Gaufrido filiis meis, comite Guillelmo de Mandavilla, Fulcone de Mastach[io] seneschalo Pictavie, Mauricio de Croun, Pagano de Vegg., Stephano [de T]uronis seneschalo Andegavie, Guidone de Lavalle, Gauffrido Perticensi, Hugone Galler., Gwillelmo de Ostili, Gilleberto Garderobbe.

Apud Andeg[avim].

[a] *leg.* permisit?

DX

Delisle, n° 344.

1177. — Le Mans.

Donation de l'église de Malleville à Richard de Malpalu, clerc de maître Gautier de Coutances, au temps où l'abbaye de Jumièges était vacante.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire *A* de Jumièges, Archives de la Seine-Inférieure, H non coté, p. 144, n° 228. — *C.* Copie d'après un cartulaire, Bibliothèque nationale, collection Moreau, vol. 73, fol. 183.

Mentionnée : Aug. Le Prévost, *Mémoires et notes pour servir à l'histoire du département de l'Eure.* — Charpillon, *Dictionnaire historique du département de l'Eure.*

Round, n° 162.

Cette pièce est relative à une donation faite par Henri II pendant la vacance de l'abbaye de Jumièges; Roger I^er^, abbé de Jumièges, étant mort le 16 août 1176, l'abbaye resta vacante jusqu'à l'élection de son successeur Robert, élu en 1177. Les mots «dum abbatia erat in manu mea» indiquent que la vacance est passée. Or, en 1177, Henri II s'est embarqué pour la Normandie le 18 août; il a dû se trouver au Mans vers la fin de l'année.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta mea confirmasse Ricardo de Mala Palude, clerico meo et clerico magistri Walteri Constanciensis, clerici et fidelis mei, ecclesiam de Malevilla[a], cum omnibus pertinentiis suis, quam ei dedi dum abbatia Gemmeticensis, ad quam pertinet, erat in manu mea, et donatio inde ad me spectabat. Quare volo et firmiter precipio quod idem Ricardus, clericus meus et prefati magistri Walteri, thesaurarii Rothomagensis ecclesie et archidiaconi Oxenefordie, eandem ecclesiam habeat et teneat bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus que ad eam pertinent in terris et

[a] Marevilla *B.*

decimis et in omnibus aliis rebus, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : G. Eliensi et R. Bathoniensi episcopis, Willermo Filio Radulfi, Sehero de Quinci[a], Hugone de Creissi, Fulcone Paienello[b], Roberto de Mortuo Mari.

Apud Cenomanum.

DXI

Delisle, n° 336 A.

1172-1173–juillet 1178 (peut-être 1175). — Saint-Lô?

Exemption de péages pour les bourgeois de Dublin.

A. Original perdu.

B. Copie vue par lord Lyttelton au XVIII^e^ s.

a. Lyttelton (George lord), *History of the life of king Henry the Second*, in-4°, tome IV (1767), appendix n° II. *From the mss. of the late bishop Sterne.*

La forme : apud Sanctum Laudinum, est sans doute pour : apud Sanctum Laudum; le texte publié par lord Lyttelton est en général peu correct. Il s'agit donc probablement de Saint-Lô. — La pièce, portant la formule *Dei gratia*, est au plus tôt de 1172-1173; le connétable Richard du Hommet, qui l'a souscrite, est mort en 1179, mais Henri II était alors en Angleterre depuis le milieu de juillet 1178. Henri II a été à Cherbourg en avril 1175, avant de s'embarquer à Barfleur au début du mois de mai suivant; c'est sans doute pour cette raison que M. Delisle admet la date probable de 1175.

Henricus, rex Anglorum, dux Normannorum et Acquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, baronibus, justiciis[c], vicecomitibus, et omnibus hominibus terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse burgensibus meis de Dublin quod sint quieti de tholonio et passagio et pontagio et omni consuetudine per totam terram meam Anglie, Normannie, Wallie et Hibernie, ubicunque venerint ipsi et res eorum. Quare volo et firmiter precipio quod habeant omnes libertates, quietancias et liberas consuetudines suas plene et honorifice, sicut mei liberi et fideles homines, et sint quieti de tholo-

[a] Quici *B.* — [b] Paeinello *B.* — [c] Anglie... Normannie... Aquitanie... Andegavie... justiciariis *a.*

neo, etc. Et prohibeo ne quis eos super his disturbet[a] contra hanc chartam meam, super decem librarum forisfacturam (*sic*).

Testibus : Ricardo de Hum[etis] constabulario, Reginaldo de Courteneys, Ricardo de Camvilla, Willielmo de Lanvelleys[b].

Apud Sanctum Laudinum.

DXII

Delisle, n° 346 A.

1172-1173–1178. — Bur.

Concession du domaine d'Upton, près de Northampton, à Robert, fils de Sawin, de Northampton.

A. Original; British Museum, Addit. 22486. — Photographie.

B. Inspeximus de 1325 au Public Record Office, Charter Rolls, 18e année d'Édouard II, membrane 2.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. III, p. 478, d'après *B.*

Souscription de Richard du Hommet, mort en 1179 à l'abbaye d'Aunai. Le roi, après un séjour en France qui a duré d'août 1177 au mois d'avril 1178, n'est pas retourné sur le continent en 1179; cette pièce, qui est datée de Bur, ne peut donc pas être postérieure à 1178.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse Roberto filio Sawini de Nordh[antona] pro servitio suo et presenti carta confirmasse Uppetonam juxta Nordh[antonam] cum pertinentiis suis et duas hidas terre in Nordh[antona], quas Willelmus de Balio tenuit de comite Simone cum pertinentiis suis, et pratum de Kingeshala, sibi et heredibus suis tenenda de me et heredibus meis, si hec sunt de dominico meo et ea rationabiliter dare possum. Preterea concedo et confirmo ei omnia alia tenementa sua que rationabiliter perquisivit. Quare volo et firmiter precipio quod ipse et heredes sui omnia hec predicta habeant et teneant cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus

[a] deturbet *a.* — [b] Lannelleys *a.*

aliis locis infra burgum et extra, et in omnibus aliis rebus ad ea pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice.

Testibus : H. episcopo Baiocensi, comite Willelmo de Mandevilla, Ricardo de Humetis constabulario, Unfrido de Bohun, Reginaldo de Curtenai, Ricardo de Canvilla, Seihero de Quinci, Roberto Marmion, Bertram de Verduno.

Apud Burum.

DXIII

Delisle, n° 347.

1172-1173–1178. — Caen.

Confirmation des biens de l'abbaye de Saint-Évroul (acte suspect).

A. Exemplaire original ou tout au moins exemplaire ancien, en très mauvais état et dont la lecture est aujourd'hui impossible, portant un débris de sceau qui paraît avoir été frauduleusement attaché; Archives de l'Orne, H 564.

B. Copie dans le cartulaire de Saint-Évroul, exécutée vers la fin du XIII^e^ s.; tome I de ce cartulaire, Bibliothèque nationale, ms. latin 11055, fol. 21 v°, n° 21. — *C.* Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 10075, fol. 14; recueil de Léchaudé d'Anisy.

Eyton, p. 22, n° 1, à l'année 1157; mais Eyton indique la charte comme se rapportant, non pas à l'abbaye de Saint-Évroul, mais à celle de Saint-Étienne de Caen. — Round, p. 223, n^os^ 638 et 639.

M. Delisle a exposé (Introduction, p. 316) les raisons pour lesquelles il considère cette charte comme suspecte. Si elle est authentique, la souscription de Richard du Hommet, connétable (et non sénéchal, comme le porte la pièce), ne permet pas de la considérer comme postérieure à 1178. Richard est mort en 1179, et Henri II avait alors quitté la France depuis le mois d'avril 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum[a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, justiciis et baillivis suis, salutem.

Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse abbati et monachis Sancti Ebrulfi in liberam et quietam elemosinam ab omni terreno servitio quicquid

[a] rex Angl., dux Normannie et Aquit., comes Andeg. *C. Nous suivons, sauf les corrections qui s'imposent, la copie du ms. latin 10075, et donnons en note les variantes du cartulaire de S.-Évroul.*

habent in castris meis de Molins et de Bonmolins [a], et in tota ballia eorumdem castrorum, ecclesiam videlicet Sancti Laurentii de Molins cum manerio et hominibus et terris, pratis et aliis pertinentiis suis, ecclesiam de Maheru [b] cum omnibus pertinentiis suis et hominibus et juribus; decimam de Bonmolins [c] cum mansura Roberti le Charon [d] et mansura magistri Roberti presbyteri, et ecclesias Sancte Columbe et Sancte Gauburgis cum omnibus pertinentiis suis, et in forestis de Molins et de Bonmolins [e] et de Maheru et in Brolio [f] calfagium monachorum de Molins de mortuo bosco et de branchis [g] et de arboribus furcatis sine liberatione forestariorum, et ad herbergagium suum per liberationem forestariorum, et molendinum Herout habendum in liberam et quietam elemosinam ad petitionem et donum Willermi de Aspris militis mei et Willermi de Blavo, concedentibus et condonantibus Waltero dicti Willelmi de Aspris filio et Bartholomeo de Ferraria capitali domino supradicti Willermi de Blavo, cum tota villa que Heroderia dicitur et pertinentiis suis, sicut eam de me tenuerat sepefatus Willermus de Aspris, et cum tota molta totius terre sue de parrochia Sancte Columbe et Sancti Hilarii super Rislam, et feodi preconis Mauritannie et feodi Aveline quod Chavateria dicitur, et feodi Guigani Heron et Jordani fratris ejus, ipsis petentibus et concedentibus et districtionem et emendas omnium supradictarum moltarum, sicut eas habebant supradicti donatores, et in supradictis forestis quitantiam pasnagii et herbagii, et unam fagum ad Natale Domini ad opus monachorum de Molins. Concedo preterea ut omnes homines quos habent idem abbas et monachi in predictis castris et in tota baillia eorum liberi sint et quieti ab omnibus consuetudinibus et theloneis et tailliis et auxiliis et carragiis, muragiis et escuagiis, avenagiis et fossatis, et omnibus aliis districtionibus de me et de successoribus meis. Volo etiam et firmiter precipio ut dicti abbas et monachi in eisdem hominibus et in omnibus terris suis habeant quicquid in eis habebamus in omnibus rebus et exitibus et obventionibus, exceptis placitis que sunt de spata mea cum pertinentiis suis. Adhuc autem precipio ut omnis victus et vestitus predictorum abbatis et monachorum liber sit et quietus, et omnes res eorum per totam terram meam Anglie, Normannie et comitatus Andegavensis et Cenomanensis, et maxime in portibus maris, ab omnibus passagiis meis et consuetudinibus et theloneis, sicut poterunt affidari esse proprie eorumdem et famulorum suorum qui de proprio pane eorumdem abbatis et monachorum vivunt, et prohibeo ne quis eos inde disturbet super decem libris forisfacture. Concedo etiam eisdem

[a] Bomolins *B.* — [b] *Dans le cartulaire* (*B*), *les mots* eccl. de Maheru – et juribus *ont été effacés et remplacés au* XVI^e^ *siècle par* ecclesiam Sancti Dionysii de Maheru. — [c] Bomolins *B.* — [d] Charron *B.* — [e] Bomolis *B.* — [f] Blolio *C.* — [g] branchiis *B.*

abbati et monachis quitanciam pasnagii et herbagii et calfagium et herbergagium omnibus monachis suis apud Nogionem et apud Novum Mercatum et apud Altifagum commorantibus in omnibus forestis meis et haiis de Leonibus et de Aevi. Preterea sciatis quod Ricardus Bordet recognovit coram me abbati et monachis Sancti Ebrulfi dominatum totius ville de Cueleio et ecclesiam ejusdem cum omnibus pertinentiis suis, totam decimam garbarum lini, canabi et leguminum et molendini ejusdem ville, et dimisit eis quicquid juris vendicabat et clamabat in eisdem decimis et straminibus et custodia earum, predicti vero abbas et monachi receperunt eum et Bernerium filium suum in ordine suo et monasterio intuitu pietatis et precum mearum interventu. Johannes etiam Cornet recognovit in presentia mea apud Falesiam quod tenebat de eisdem abbate et monachis duas partes decime parochie de Barra ad firmam unius modii tertionarii ad mensuram de Barra. Sciatis etiam me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse eisdem abbati et monachis Sancti Ebrulfi subscriptam conventionem et concordiam inter eos et Rogerum de Bachenc.[a] militem eorum in presentia mea factam super molendino quod idem abbas et monachi habent in feodo Brit. et aliorum septem hominum quos quidam milites tenent de monachis ipsius Sancti Ebrulfi, et tandem[b] de consilio amicorum suorum totum clamorem suum dimisit et quitavit memoratis abbati et monachis in presentia mea, et idem abbas concessit ut si forte molendinum illud caderet vel molere non posset, quod tota supradicta moltura ad alia molendina[c] Sancti Ebrulfi veniret, et medietatem illius haberet Rogerius, donec abbas et monachi molendinum suum in illo loco vel alibi in feodo Berit.[d] reedificarent, et reedificare licebit quandocunque[e] et ubicunque voluerint super aquam Carentone per totam terram suam de feodo Brit.; et pro hac conventione firmiter tenenda donavit predictus abbas memorato Rogerio unum palefridum centum solidorum Andegavensium. Quare volo et firmiter precipio ut hec conventio et concordia in presentia mea facta, sicut in hac presenti carta continetur, ab utraque parte inconcusse et integre teneatur; et quia molendina eorumdem abbatis et monachorum et predicti Rogerii penuria aque multotiens cessabant et molere non poterant, indulsi eis et concessi ut aquam suam in suis vivariis integre tenerent et conservarent, quotiens sibi viderint[f] expedire ad opus molendinorum suorum et abbatie, et hanc meam indulgentiam et concessionem hac presenti carta mea confirmavi. Et quia inter eos duellum erat vadiatum super serviciis que dictus Rogerus debebat prenominatis abbati et monachis de feodo unius lorice quod est apud Bauquenchai[g] et apud Sanctum

[a] Bauchenc. *B.* — [b] de monachis apud Sanctum Ebrulfum sed tandem *B.* — [c] ad duo mol. *B.* — [d] Brit. *B.* — [e] reedificarent, quod etiam eis licebit q. *B.* — [f] viderent *B.* — [g] Bauchencay *B.*

Nicolaum, et de quadam vavassoria terre que est inter Tolquentam et Carentonam, taliter fuit concordatum illud duellum coram me et Ricardo de Humeto senescallo (*sic*) meo Normannie apud Cadomum in eskecario[a] meo, quod memoratus Rogerus serviet sepedictis abbati et monachis de feodo unius lorice cum equis et armis in exercitibus meis quotiens de mandato meo ab eis submonitus fuerit, et de predicta vavassoria serviet[b] suis stipendiis de servitio unius equi sepefatis abbati et monachis in negociis suis, quotiens ab eis submonitus fuerit. Concedo insuper et confirmo omnes ecclesias, decimas, homines et nemora et terras et redditus et libertates et quitancias quas eisdem abbati et monachis donaverunt, concesserunt et cartis suis confirmaverunt de donis progenitorum suorum et suis Willermus comes Pontivi, Robertus comes Legrecestrie, Galerannus comes Mellenti, Willermus de Sancto Serenico et Symon comes Ebroicensis, et Willermus de Romara[c], et Ricardus de Altifago et Richerius de Aquila, et Ricardus Fresnel et Gualquelinus[d] de Ferrariis et Amalricus de Gaceio. Quare volo et firmiter precipio ut supradicti abbas et monachi suprascripta omnia que hac presenti carta mea continentur ita pacifice et quiete teneant sicut umquam aliquis hominum[e] aliquid de me melius et honorificentius tenuit.

Teste meipso, et Arnulfo Lexoviensi episcopo, Ricardo de Humetis senescallo (*sic*) Normannie, et Roberto de Harecort, et Godardo de Vaus.

Apud Cadomum.

DXIV

Delisle, n° 348.

1172-1173-1178. — Caen.

Confirmation à l'abbaye de Saint-Sauveur de ses biens situés en Angleterre.

A. Original perdu.

B. Inspeximus de 1313 au Public Record Office, Charter Rolls, 7ᵉ année d'Édouard II, membrane 17.

a. Monasticon Anglicanum, t. VI, vol. II, p. 1105, d'après *B.* — *b. Calendar of the Charter Rolls*, t. III, p. 222, pièce 40; simple mention, d'après *B.*

[a] eschekario *B.* — [b] serviet singulis diebus de servicio *B.* — [c] Rumara *B.* — [d] Galque linus *B.* — [e] homo *B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Eyton, p. 19, à la date de 1156.

Ce document, qui a été classé par Eyton (p. 19) à l'année 1156, est postérieur à 1172-1173, ainsi que le prouve le *Dei gratia;* la souscription du connétable Richard du Hommet prouve qu'il est au plus tard de 1178. Voir la note chronologique de la pièce précédente.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, vicecomitibus, justiciis et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse abbacie Sancti Salvatoris de Constantino et monachis ibidem Deo servientibus capellam Sancte Margarete de Sabyndone, cum decimis et elemosinis eidem capelle pertinentibus, et cum oblationibus curie Willelmi, filii Willelmi Filii Johannis, que idem Willelmus eidem abbacie dedit, et conredii sui decimam in eadem villa, et pannagium XX. porcorum suorum liberum, et ad usus suos de bosco prefati Willelmi unaquaque die fessum unius hominis, vel duobus diebus unam summam equi. Si vero monachus qui ibi moratur absens fuerit, cum redierit et habere voluerit, habebit quantum ei inde in absentia sua retro fuerit, insuper XVI. acras terre in eadem villa ad prefatam capellam pertinentes. Item concedo et confirmo predicte abbatie ecclesiam Omnium Sanctorum de Alingeham, cum capella Sancte Marie, et cum omnibus beneficiis ad eandem ecclesiam pertinentibus; et preterea in eadem villa dimidiam carucatam terre, et viginti acras prati, et tres acras juxta ecclesiam ad edificium domorum suarum, sicut Willelmus de Solariis eidem abbacie dedit. Concedo etiam eis et confirmo terram quam Baldewinus de Porteseia in insula de Porteseia eis dedit concessu domini sui Ade de Port, dimidiam scilicet hidam et tres acras terre. Insuper dedi eis et concessi per totas terras meas ut in forestis meis accipiant de mortuo bosco quantum eis necesse est ad focum suum et ad claudendum haias suas, et pannagium dedi eis liberum in forestis meis. Et volo ut non respondeant de hiis omnibus alicui nisi coram me vel justiciis meis. Hec omnia dedi eis et concessi in perpetuam elemosinam pro amore Dei et pro anima Henrici regis, avi mei, et aliorum antecessorum meorum.

Testibus : Ricardo de Humetis, Jordano Tesson, Willelmo Filio Johannis, Nicholao de Vayens, Willelmo Filio Hamonis.

Apud Cadomum.

DXV

Delisle, n° 349.

1172-1173-1178. — Cherbourg.

Confirmation des biens de l'abbaye de Saint-Sauveur.

A. Original en très mauvais état; Archives de la Manche, H, fonds de Saint-Sauveur-le-Vicomte (non répertorié). — PHOTOGRAPHIE.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Saint-Sauveur-le-Vicomte, Archives de la Manche, H non coté, n° 1. — *C.* Texte altéré de la même charte, cartulaire de Saint-Sauveur, n° 6. — *D.* Copie au Trésor des Chartes, Archives nationales, J 164, fol. 14 r°, n° 24; vidimus de Charles VI, août 1409. — *E.* Copie de l'an 1461, à Caen, collection Mancel, vol. IV du recueil de chartes, fol. 193. — *F.* Copie moderne, aux Archives de la Manche, en caractères gothiques, portant au bas la date de 1163, vue autrefois par M. Delisle, non retrouvée. — *G.* Fragments relatifs aux biens situés dans l'île de Jersey, insérés dans l'enquête de 1309 : *Placita de quo waranto; Rolls of the assizes held in the Channel islands, a. D. 1309,* p. 228.

Eyton, p. 24. — Round, n° 980.

Voir à l'Introduction, p. 322-325, la dissertation consacrée par M. Delisle à ce document et aux falsifications dont il a été l'objet. — Dans l'établissement de ce texte, M. Delisle a suivi l'exemplaire original (*A*) et la copie insérée sous le n° 1 dans le cartulaire de Saint-Sauveur (*B*), en mettant en *italiques* les passages qui n'existent plus ou ne sont plus lisibles dans l'original; pour ces derniers passages il a suivi la copie (*B*) du cartulaire, n° 1. Il donne en note les modifications ou falsifications qui se rencontrent dans la 2^e^ rédaction du document, cartulaire de Saint-Sauveur, n° 6 (*C*). — L'acte ne peut pas être postérieur à 1178; il a été souscrit : 1° par Richard de Bohon, évêque de Coutances, mort en novembre 1180 ou plus probablement en 1179; 2° par Jean Fils de Luc, devenu évêque d'Évreux huit ou neuf ans avant la fin du règne; 3° par Jourdain Taisson, mort en 1178; 4° par Richard du Hommet, mort en 1179. Henri II a repassé de Normandie en Angleterre en juillet 1178, et n'a pas quitté l'Angleterre jusqu'au milieu d'avril 1180.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris *et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra, salutem* [a].

[a] *Cette ligne, comme tous les autres passages imprimés en italiques, est conforme au texte B (cartulaire de S.-Sauveur, n° 1).*

*Sci*atis quod ego habeo in manu et protectione mea, sicut meam dominicam, abbaciam Sancti Salvatoris de Constantino cum omnibus rebus et possessi*onibus eidem abbatie pertinentibus, sicut presens carta in subsequentibus declarat.* Concedo etiam predicte abbatie et hac carta mea confirmo ut sit libera et quieta ab omnibus rebus, et per totam terram meam Anglie et Normannie quietantiam suam *de omnibus rebus suis in civitatibus et castellis et villis et nundinis et mer*catis, et in portubus maris de pontagio apud Hantoniam et apud Sorham, et per totam terram suam le werec[a], et in omnibus aliis consuetudinibus. Similiter *do eis pasnagium suum in omnibus nemoribus meis et haiis, et quicquid ego ipse* eis dedi in perpetuam elemosinam concedo et confirmo, videlicet forum apud ecclesiam Sancte Marie de Podiis in die Veneris, et nundinas in die festi Sancti Geo*rgii et in quarta feria Rogacionum. Item do et concedo bernagium et greveriam* meam de Torgistorp et nundinas festi Sancti Michaelis, apud Sanctum Hermelandum *nundinas in die festo ejusdem sancti, et capellam Sancti Leodegarii de Martreneio cum terris et elemosinis eidem capelle pertinentibus, et nundinas in festo* ejusdem sancti. Concedo etiam et confirmo ecclesias de feodo de Bruis, videlicet ecclesiam ejusdem ville cum[b] capellis suis Sancti Petri, Sancti Dyonisii et Sancti Thome, et ecclesiam Sancte Marie de Covilla[c], et ecclesiam Sancti Martini le Girart[d], et ecclesiam Sancti Christofori cum pertinentiis suis. Concedo etiam et confirmo omnes ecclesias quas predicta abbatia tenet in insula de Gerseio[e], videlicet totam ecclesiam Sancti Broelarii cum quinque partibus decime et cum terris eidem ecclesie pertinentibus, totam ecclesiam Sancti Petri de Deserto cum medietate decime et terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, [et in eadem parrochia, de dono Symonis de Haga, terram ad unum aratrum et terram quam dedit Rannulfus presbiter, totam ecclesiam Sancti Helerii cum medietate decime et cum terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus;][f] totam ecclesiam Sancti Clementis cum quinque partibus decime et cum terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus; et in eadem parrochia de dono Willelmi de Hasneriis unam minam frumenti; totam ecclesiam Sancti Johannis de Quercubus cum capella Sancte Marie de Bona Nocte et terris et elemosinis ecclesie et capelle pertinentibus, et in eadem parrochia terram ad unum aratrum de dono Heudonis de Sotewast, quam tenent les Hordelluns, et in omnibus aliis ecclesiis ejusdem insule sextam partem garbarum. Concedo etiam et confirmo omnes donationes quas Rogerus vicecomes, qui eamdem incoavit abbatiam, et omnes ejus successores eidem abbatie fecerunt in ecclesiis, in

[a] lenurec, *leg.* le wrec *D.* — [b] *Ici et dans beaucoup d'endroits de cette charte, la préposition* cum *est figurée par les lettres* co *surmontées d'un signe d'abréviation.* — [c] de Rauvilla *C, texte altéré.* — [d] Le Girat *D.* — [e] Gersoio *D.* — [f] *Ce passage, que nous mettons entre crochets, manque dans le texte altéré C.*

decimis, in terris, in nemoribus, in aquis, in molendinis, in pratis, et in quibuscumque donariis eidem abbatie manum misericordie porrexerunt. De donatione autem predicti Rogeri hec sunt : in burgo Sancti Salvatoris donavit ecclesiam Sancti Johannis cum pertinentiis suis et unum molendinum cum tercia parte aque, et ducentas XL. acras terre in eadem villa, et quinque prata, unum inter virgultum et aquam, aliud pratum del Parc, et pratum de Valle Hosber, *et pratum Soain et pratum camerarii, apud Haumaisnil*[a] *duo prata, unum subter terram Vavassoris, aliud juxta* maresc et tres piscarias in aqua que vocatur Unva; decimam vero totius victus domus sue in pane, in carnibus, in piscibus, in volatilibus et in omnibus aliis rebus que ad cibum pertinent, decimam omnium reddituum ejusdem ville, molendini, telonei, nundinarum et furni, decimam de pasnagio omnium nemorum suorum et haiarum, et de venatione et de arietibus, de maresc[b] et de venditione omnium nemorum, qualicumque modo vendantur, [et de bosco ad suum opus, scilicet ad suum ignem omne jacens viride et stans siccum et materiem[c] ad suum herbergementum quantum eis convenit sicut ipse dominus habet, et ut porci monachorum in nemoribus et haiis cum porcis domini sui communem habeant pasturam[d]], et decimam de piscariis [quas habebat in suo dominio, in aqua que vocatur Unva, et de aliis piscariis][e] quas homines de illo tenebant concessit abbatie et monachis usque ad eum locum qui vocatur Longa Racha, et ecclesiam Sancti Petri de Treauvilla cum decimis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, et unam acram terre que est in media villa, et totum locum tam in domibus quam in virgultis et ortis qui juxta eamdem ecclesiam situs est, et decimam molendinorum suorum[f] in eadem villa existentium. [Item Gaufridus filius Willelmi[g] in eadem villa dedit decimam unius molendini][h]. Dedit etiam Rogerus vicecomes predicte abbatie ecclesiam Sancti Germani de Direth[i] cum pertinentiis suis, et in eadem parrochia unam vavassoriam terre, et dimidiam ecclesiam Sancte Marie de Podiis cum medietate decime, et terram Willelmi Floridi et feodum Hair[on], et ecclesiam de Hainevilla cum pertinentiis suis, et decimam unius molendini et dimidiam acram terre et vavassoriam quam tenet presbiter; ecclesiam Sancti Martini de Gerovilla cum pertinentiis suis et duas vavassorias quas tenent Estricus et Folin. [Ecclesiam Sancte Marie de Valle Segie cum pertinentiis suis et quartam partem ejusdem ville cum quarta parte molendini, ecclesiam Sancti Johannis de Bosco cum pertinentiis suis, medietatem ecclesie Sancti Audoeni de Catevilla cum pertinentiis suis;][j] ecclesiam

[a] Haumasnil *D.* — [b] et del maresc *D.* — [c] materiam *D.* — [d] *Le passage entre crochets est omis dans le texte altéré C.* — [e] *omis dans C.* — [f] *D omet :* suorum. — [g] *mot d'une lecture douteuse sur l'original A.* — [h] *omis dans C.* — [i] Direch *D.* — [j] *passage omis dans C.*

Sancti Salvatoris de Petra Ponte cum pertinentiis suis et tres acras terre quas Malus Vicinus et fratres ejus dederunt; ecclesiam Sancti Remigii [cum capella Sancti Christofori et cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancte Marie de Columba cum pertinentiis suis, et terram ad unum aratrum quam Rogerus camerarius dedit; ecclesiam Sancti Stephani de Auvers cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Martini de Levilla[a] cum pertinentiis suis, et sex acras terre; duas partes ecclesie Sancti Hermelandi[b] de Botevilla cum pertinentiis suis; medietates ecclesiarum Sancti Martini de Fredevilla et Sancti Martini de Escallevilla cum pertinentiis suis, et in utraque villa terram ad unum aratrum][c]. Ecclesiam Sancti Hylarii de Buschervilla cum pertinentiis suis; [ecclesiam Sancti Germani de Tornebusc cum pertinentiis suis, et vavassoriam terre quam presbiter tenet[d]. In villa de Briquebosc XVII. vavasores et unum molendinum; in Radulfi Villa terram unius militis quam Serlo Loher tenet et unam vavasoriam quam Ricardus presbyter tenet, et aliam quam Salomon tenet]. Concedo etiam et confirmo dona que Willelmus Rogonis filius eidem abbatie fecit, videlicet totam terram quam habebat in Fontaneto juxta Vada, [et quicquid habebat in ecclesia ejusdem ville, et unam minam frumenti quam habebat in molendino de Warovilla[e], et in Haga terram quam tenebat de eo Willelmus Migellun][f]. Concedo et confirmo ecclesias Sancti Martini et Sancti Medardi de Goé [quas Gaufridus Juas et Rogerus de Magneville et Robertus de Dic[g] predicte abbatie liberas et quiet dederunt cum decimis et terris et elemosinis eisdem ecclesiis pertinentibus. Concedo etiam et confirmo ecclesiam Sancti Michaelis de Salomonis Villa cum appenditiis suis, quam dedit Radulfus de Siffrewast, et in eadem villa medietatem unius molendini, et de dono Gaufridi de Sortoovilla[h] et Johannis de Anslevilla ecclesiam Sancti Petri de Architeecclesia cum pertinentiis suis][i]. Concedo etiam et confirmo ecclesiam Sancte Marie de Hulmo, quam Helias de Agnis et Aelitz de Aubemara eidem abbatie dederunt cum appendiciis suis; et ecclesiam Sancti Sansonis de Anslevilla[j] cum appendiciis suis, quam Radulfus de Pirou et Willelmus Suen eidem abbatie dederunt. In Anglia, de dono Willelmi de Solariis, concedo et confirmo ecclesiam Omnium Sanctorum de Alingueham[k] et capellam Sancte Marie

[a] Lieville *D.* — [b] Hermeladi *D.* — [c] *omis dans C.* — [d] *Dans le texte altéré C, on lit :* « Concedo et confirmo dona que fecit Eudo vicecomes eidem abbatie, videlicet ecclesiam et decimam S. Germani de Tournebu et vavasoriam quam tenet presbiter». *Le reste du passage entre crochets est omis dans C.* — [e] Varovilla *D.* — [f] *Passage omis dans C.* — [g] Deldic *D.* — [h] Sortovilla *D.* — [i] *Ce passage est omis dans le texte altéré C, et il a été remplacé dans ce texte par l'addition suivante :* « Concedo etiam et confirmo donationes quas eidem abbatie misericorditer fecit Algarus episcopus in ecclesiis et terris et quibuscunque decimis et elemosinis eisdem ecclesiis pertinentibus.» — [j] Annevilla *D.* — [k] Aligehan *D.*

cum appendiciis suis, et LXIII. acras terre et XX. prati [a]. De dono Willelmi Filii Johannis capellam Sancte Margarite de Babintonia cum decimis et terris et elemosinis eidem capelle pertinentibus. Apud Porteseiam, de dono Balduini, ejusdem ville, sexaginta acras terre. Concedo etiam et confirmo donum quod Paganus de Wellebof fecit eidem abbatie, videlicet quicquid habebat in Nova Villa que est juxta Trincort [b] in ecclesia et nemore et terris et molendino et prato, ut illud monachi predicte abbatie libere et quiete habeant. Concedo autem predicte abbatie et monachis ejusdem abbatie et hac carta mea confirmo omnes suprascriptas donationes in liberam et perpetuam elemosinam. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et predicti monachi omnia que eis tam a me quam ab aliis rationabiliter data sunt habeant et teneant cum omnibus pertinentiis suis bene et in pace, libere et quiete, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus hiis : Ricardo *Constanciensi episcopo, Johanne* Filio Luce, Jordano Taxon[is], Willelmo de Vernone, Ricardo de Haia, Hengugier de Bohun, Ricardo de Hum[etis], Hosber de Hosa.

Apud Cesaris Burgum.

DXVI

Delisle, n° 350.

1172-1173-1178 (vers 1178?) — Chinon.

Confirmation de l'acte par lequel Payen de Mange a donné à l'abbaye de Fontevrault le tiers du minage de Saumur.

A. Original perdu.

B. Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 1480, t. I, p. 74. — *C*. Cartulaire de Fontevrault, Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 2414, fol. 24. — *D*. Fragment, d'après le cartulaire, ms. latin 5480, t. II, p. 49.

Voir l'Introduction, p. 293, note.

Round, n° 1074.

Cette pièce, postérieure à 1172-1173, peut avoir été rédigée vers 1178, ainsi que l'indique la table (n° 350), mais le fait n'est pas certain.

[a] viginti acras prati *D*. — [b] *Dans l'original, les deux premières lettres de ce mot ont disparu.*

H., Dei gratia rex Anglorum[a], et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Beate Marie de Fonte Ebraudi[b] et monialibus ibidem Deo servientibus terciam partem omnium reddituum Pagani de Mange et Dionisie uxoris ejus[c] in minagio suo Salmuri et in aqua in perpetuam elemosinam, quam terciam partem reddituum et aque idem Paganus et ipsa Dionisia, uxor ejus, et Willelmus et Philippus, filii eorum, dederunt eidem ecclesie et monialibus predictis, in presentia mea, et in perpetuam elemosinam concesserunt, ita quod prefatus Paganus et filii sui habebunt duas partes, in quibus ecclesia prefata habebit decimam quiete et pacifice, quam prius possidebat in elemosina, sibi ab Herveo[d] Rabel data et legitime concessa, de omnibus redditibus ipsius Pagani, ita[e] eciam quod iste due partes non tradantur ad firmam alicui nisi monialibus, quamdiu ipse tantumdem dabunt quantum alius aliquis pro eis rationabiliter daret. Quare volo et firmiter precipio quod eadem ecclesia et moniales predicte redditum prenominatum et aquam habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, sicut prenominatus Paganus et Dionisia uxor ejus et filii eorum ea ipsa[f] dederunt et concesserunt in presentia mea et sicut hec carta mea testatur.

Testibus : Stephano de Turonis seneschallo[g] Andegavensi, Mauricio de Croun, Roero de Roech[h], Nivardo de Rocheforti, et Nicolao de Sancto Paerno preposito Salmuri.

Apud Chinonem.

DXVII

Delisle, n° 350 A.

1172-1173–1178 (vers 1178?) — Chinon.

Texte de la même charte, arrangé au XVI^e^ siècle.

B. Copie. Archives de Maine-et-Loire, fonds de Fontevrault, minage de Saumur, fol. 2. — *C.* Autre copie, *ibid.*, fol. 1 v°, avec des altérations différentes.

Round, n° 1074.

[a] Anglie *C.* — [b] Ebraldi *C.* — [c] sue *C.* — [d] Herveio *C.* — [e] et ita *C.* — [f] ipsi *B*; ipsa *C.* — [g] senescallo *C.* — [h] Roorg. de Koech. *C.*

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Neustrie et Aquitanie, et comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Notum facimus omnibus nos Deo et ecclesie Beate Marie de Fontebraldo et monialibus in ea divinum numen pie et sancte colentibus, tertiam partem redituum Pagani de Mange et Dionisie uxoris ejus de medimnario Salmuriensi et aquario in perpetuam elemosinam concessisse, quam tertiam partem redituum dictus Paganus, uxor et Guillelmus et Philippus, filii, ecclesie et supradictis monialibus presentibus in perpetuam elemosinam erogarunt. Relique sunt dicto Pagano due partes ejusdem medimnarii, de quibus decimas prefata obtinebit ecclesia, sicut de omnibus dicti Pagani reditibus, gratia et liberalitate Hervei Kabel, antehac obtinebat. Nolumus etiam ut due iste partes nisi prefatis sanctis monialibus locentur, dummodo tamen rationabili pretio fructum earum exequent. Volo preterea et qua valeo authoritate precipio ut prenominatum duplicem reditum, medimnarii scilicet et aque, prefata ecclesia et dicte moniales pacifice, quiete, integre, plene et honorifice excipiant, quemadmodum dictus Paganus, uxor et filii concesserunt.

Testibus : Stephano de Turonis seneschallo Andegavensi, Mauricio de Creon, Roosq. de Rooch (*sic*), Nivardo de Rochefort, Nicolao de Sancto Paerno preposito Salmuriensi.

Apud Chinon.

DXVIII

Delisle, n° 351.

1172-1173–1178. — Gisors.

Confirmation de l'acte par lequel Guillaume de Saint-Jean a donné à l'abbaye de Fontevrault trois marcs d'argent sur le domaine de Compton[1].

A. Original mutilé, scellé sur double queue; Archives de Maine-et-Loire, fonds de Fontevrault, titres d'Angleterre, liasse 1, charte 27. — PHOTOGRAPHIE.

B. Extrait d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 5480, t. I, p. 269.

a. Delisle, Introduction, p. 264.

Round, n° 1073.

Souscription de Geoffroi, évêque d'Angers, mort en 1178.

[1] La table porte par erreur Crompton.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatisse et monialibus Fontis Ebraudi donationem quam Willelmus de Sancto Johanne, pro anima matris sue et antecessorum suorum, eis fecit de tribus marcis argenti, singulis annis habendis de redditu suo Cuntone, de termino Sancti Michaelis, ut die sancti Benedicti, qua mater sua obiit, moniales inde reficiantur. Quare volo et firmiter precipio quod predicte moniales habeant bene et in pace et integre illas tres marcas singulis annis de redditu jam dicti manerii, ad prenominatum terminum, sicut carta Willelmi de Sancto Johanne, quam inde habent, testatur.

Testibus : R. archiepiscopo Rothomagensi, W. episcopo Cenomannensi, G. episcopo Andegavensi, comite Willelmo de Mandevilla, Hugone de Laci, Seihero de Quinci, Reginaldo de Paveilli, Roberto de Stutevilla.

Apud Gisorcium.

DXIX

Delisle, n° 352.

1172-1173–1178. — Le Mans.

Confirmation des franchises et des coutumes des bourgeois de La Rochelle.

A. Original perdu.

B, C, D. Copies modernes; Bibliothèque nationale, mss. français 16906-16908 et 18970.

a. P. Marchegay, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, 1858, p. 156. — *b.* Callot, *La Rochelle protestante*, 1863, p. 4; le texte, p. 89.

Round, n° 1251.

Souscription d'Étienne de Fougères, évêque de Rennes (1168-1178).

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum [et] Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Burdegalensi, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Pictavie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse omnibus burgensibus meis de Rupella, pro fideli servicio suo quod michi fecerunt, omnes illas libertates et liberas consuetudines quas comes Willelmus Pictavie eis concessit, sicut carta Ludovici regis Francorum, quam inde habent, testatur, eo retento quod si aliquod magnum forisfactum ibi emerserit, unde querela ad me vel ad dominum Pictavie, heredem meum, perveniat, quod ego velim audire, vel dominus Pictavie, heres meus, loquela inde coram me vel domino Pictavie, herede meo, tractetur. Concedo etiam eis ut habeant communiam, ad defensionem et securitatem ville sue et rerum suarum, salva fide mea et honore meo, et domini Pictavie, heredis mei, quamdiu eam rationabiliter tractaverint. Preterea concedo eis et confirmo hac carta mea quod quislibet de eis, qui confessus et testatus decesserit, stabilem et ratam suarum rerum habeat divisam, et sicut eam fecerit firmiter teneatur. Si vero aliquis illorum colli fractione vel submersione vel aliquo alio casu subita morte preventus fuerit, et spatium confitendi non habuerit, concedo ut, secundum rationabilem dispositionem et considerationem parentum et amicorum suorum, res sue distribuantur, et elemosine fiant pro anima ipsius. Prohibeo autem ne quis super hoc aliquam eis injuriam vel violentiam sive molestiam inferre presumat. Hec autem supradicta a me predictis burgensibus meis concessa sunt, Richardo filio meo presente, herede meo Pictavie, et assensum prebente.

Testibus : Willelmo Cenomannensi, et Stephano Redonensi episcopis, Richardo filio regis, Mauricio de Creone, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Fulcone Painello, Josberto de Precigneio, Fulcone de Mastacio, Philippo de Sauconeio, Philippo de Hastingis, Gerardo de Canvilla, Gaufrido de Perchia, Petro Filio Widonis, Willelmo de Ostilli, Herveo panetario, Imberto fratre Templi.

Apud Cenomannum.

DXX

Delisle, n° 353.

1172-1173–1178. — Le Mans.

Confirmation d'un échange de terrains entre les chanoines de Saint-Martin de Tours et les Bonshommes de Grammont établis à Bois-Rahier.

A. Original autrefois scellé sur double queue; Archives d'Indre-et-Loire, fonds de Saint-Martin.

Souscription d'Étienne de Fougères, évêque de Rennes (1168-1178).

H. Dei gratiâ rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Turonensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Turonie et Andegavie, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta confirmasse canonicis Sancti Martini de Turonis prata mea que sunt inter Gloriet[am] et pontem de Cher in excambio pro bosco quod ipsi concesserunt bonis hominibus de Grandi Monte qui manent in Bosco Reher. Et ideo volo et firmiter precipio quod predicti canonici habeant et teneant predicta prata bene et in pace, et libere et quiete et honorifice, et boni homines de Grandi Monte boscum pro quo in excambio dedi jamdictis canonicis supradicta prata mea, ita quod nullus a modo eos inde vexare presumat.

Testibus : W. archiepiscopo Burdegalensi, W. episcopo Cenomannensi, R. episcopo Nannetensi, Stephano episcopo Redonensi, Stephano de Turon[is] senescallo And[egavie], Roberto Marmion, Gaufrido de Perchia.

Apud Cenom[annim].

DXXI

Delisle, n° 354.

1172-1173–1178. — Quevilli.

Concession des coutumes de Breteuil aux hommes de l'évêque d'Évreux établis à Condé.

A. Original perdu.

B. Premier cartulaire du chapitre d'Évreux, XIII^e^ s., Archives de l'Eure, G 122, n° 186. — *C.* Second cartulaire du chapitre d'Évreux, XV^e^ s.; Archives de l'Eure, G 123, n° 188.

Round, n° 300.

Souscription de Richard du Hommet, mort à l'abbaye d'Aunai en 1179, alors que Henri II se trouvait en Angleterre, où il était rentré en 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse hominibus qui manent apud

Condatum sub episcopo Ebroicensi, vel qui ibi masuras receperint, omnes illas consuetudines et libertates et quietancias quas habent illi de Britolio.

Testibus : R. Rothomagensi archiepiscopo, Willelmo comite de Mandevilla, Ricardo de Humetis constabulario, Unfrido de Bohun, Reginaldo de Cortenai, Hugone de Laci, Seherio de Quinci, Ricardo de Vernone, Roberto Marmion, Ricardo de Clavilla, Widone de Sancto Walerico, Willelmo Malo Vicino, Gerardo de Clavilla.

Apud Chivili.

DXXII

Delisle, n° 354 A.

1172-1173–1178 (probablement 1173). — Quevilli.

Donation du manoir de Boxley à l'abbaye de Boxley, dépendance de l'abbaye de Clairvaux.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., Public Record office, *Cartæ Antiquæ*, C. n° 1.

Cette pièce, à la table, a été datée de 1172-1173 à 1178; or elle porte la souscription de Roger, comte de Clare, mort en 1173. Lors même qu'il y aurait une faute de copie dans la transcription des *Cartæ Antiquæ*, ce qui est possible, il faut observer que Guillaume, comte d'Arundel, également témoin de l'acte, paraît être le seigneur de ce nom qui est mort le 19 octobre 1176 (Introduction, p. 471). En tout cas, cette charte est au plus tard de 1178; on y voit encore comme témoins Gilles, évêque d'Évreux, mort vers le 9 septembre 1179 (Introduction, p. 363), et Guillaume, comte d'Aumale, mort en 1179 (Introduction, p. 470). En 1179, Henri II n'a pas été en France.

CARTA ABBATIE DE BOXLEG[IA].

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum, Aquitanorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse in perpetuam elemosinam, pro salute mea et antecessorum meorum, abbatie de Boxleia et monachis ibidem Deo servientibus totum manerium meum de Boxleia cum omnibus pertinentiis suis, sicut rex H[enricus], avus meus, manerium illud tenuit, excepto parco et XVII. solidis et II. denariis que retineo de manerio illo. Et concedo quod ipsa

abbatia de Boxleia subdita sit abbatie Clarevall[ensi], ordinanda et tenenda secundum formam ordinis Cisterciensis. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia de Boxleia et monachi in ea secundum ordinem Cisterciensem Deo servientes prenominatum manerium habeant et teneant cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illud pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, ita bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, sicut illud eis dedi et hac carta mea confirmavi.

Testibus : H. Rothomagensi archiepiscopo, A. episcopo Lexoviensi, Egidio episcopo Ebroicensi, comite Willelmo de Albemar[la], Rogero comite de Clar[a], comite Willelmo de Mand[evilla], comite Willelmo de Arund[el], Hugone de Longo Campo, Hugone de Creissi, Waltero de Dunst[anvilla].

Apud Chivilli.

DXXIII

Delisle, n° 355.

1172-1173–1178. — Quevilli.

Concession aux Templiers de la maison de Sainte-Vaubourg.

A. Original scellé d'un fragment de sceau en cire jaune, sur courroie; Archives nationales, S 5198, n° 1. — PHOTOGRAPHIE.

a. Normanniæ Nova Chronica, p. 13, note 5 (*Mém. de la Soc. des Antiquaires de Normandie,* t. XVIII), à l'année 1173.

La chronique normande indiquée ci-dessus mentionne à l'année 1173 la concession faite par Henri II, et l'exactitude de cette date n'est pas infirmée par l'emploi, dans l'original, de la formule *Dei gratia;* on peut affirmer en tout cas que l'acte n'est pas antérieur à 1172-1173. M. Delisle n'a pas considéré comme certaine cette date de 1173, puisqu'il donne, à sa table (n° 355), la date 1172-1173–1178. Ce qui est certain, c'est que la pièce ne peut pas être postérieure à 1178; en effet, elle est souscrite par Gilles, évêque d'Évreux, mort vers le 9 septembre 1179 (Introduction, p. 363); or Henri II, qui a émis sa charte en Normandie, a repassé de France en Angleterre en 1178, pour y rester jusqu'en avril 1180.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me dedisse in perpetuam elemosinam et presenti carta confirmasse Deo et fratribus Templi Salomonis domum Sancte Waeburge, que fuit regis H[enrici] avi mei, cum terra et bosco, sicut claustura parci continuit, assensu abbatis et totius conventus Becci. Quare volo et firmiter precipio quod supradicti fratres Templi habeant et teneant prefatam domum cum terra et bosco et cum communi pastura foreste mee et cum omnibus aliis pertinentiis suis, bene et in pace, et libere et quiete, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : R. archiepiscopo Rothomagensi, E. episcopo Ebroicensi, Hugone de Laci, Seihero de Quinci.

Apud Chivilli.

DXXIV

Delisle, n° 356.

1172-1173–1178. — Quevilli.

Concession aux lépreux du Mont-aux Malades d'une foire à tenir en la première semaine de septembre.

A. Original, Archives de la Seine-Inférieure, fonds du prieuré du Mont-aux-Malades. — Photographie. — Fac-similé, Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXIV.

B. Vidimus du 7 mars 1386-1387; Archives de la Seine-Inférieure, fonds du prieuré du Mont-aux-Malades. — Photographie. — Fac-similé, Chevreux et Vernier, pl. XLVIII. — *C.* Autre vidimus; Bibliothèque nationale, ms. français 26476. — *D.* Copie; Archives nationales, S 4889, n° 7.

a. Langlois, *Hist. du prieuré du Mont-aux-Malades*, p. 399; d'après l'original.

Souscription de Gilles, évêque d'Évreux, mort vers le 9 septembre 1179; Henri II en Angleterre depuis 1178.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse in perpetuam elemosinam et presenti carta confirmasse pro salute regis H[enrici], avi mei, et domini patris mei G[aufridi], comitis Andegavorum, et M[athildis] imperatricis, matris mee, et pro salute mea et omnium antecessorum meorum, leprosis de Monte Infirmorum super Rothomagum feriam singulis annis in perpetuum habendam a primo die Septembris usque ad

festum Sancte Marie in eodem mense, tali scilicet conditione, quod dimidietas proficui nobis succedat in usum, et alia dimidietas predictis infirmis. Et quicquid infra hos predictos dies ferie ad Rothomagum aut per terram aut per aquam venerit, quod consuetudinem debeat, nobis sit medietas, et alia infirmis. Et cum talibus consuetudinibus sit feria statuta, quales sunt juste consuetudines Rothomagi, salvis libertatibus civium Rothomagi. Concedo etiam et confirmo eis LX. libras et VI. solidos et VIII. denarios Romesinorum, annuatim ad festum Sancti Michaelis habendos de[a] vicecomitatu meo Rothomagi, et tria milia de eodem vicecomitatu in capite jejunii, et tres modios frumenti annuatim habendos ad festum Sancti Michaelis de molendinis meis Rothomagi, nominatim his qui in loco predicto voluerint religiose vivere. Preterea concedo eis et confirmo septies XX. acras terre in foresta de Leon[ibus], et totum Buielin, et terram de Calcio[b], que est inter Nointot et viam de valle que vadit inter Bolebec et Milevillam et se extendit usque ad lapides de Bolebec et usque ad Brunam Maram[c], et versus Milevillam usque ad vallem de Brilleio, et omnes elemosinas alias que eis rationabiliter date sunt in elemosinam. Quare volo et firmiter precipio quod predicti infirmi omnia hec predicta habeant et teneant bene et in pace, et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : R. archiepiscopo Rothomagensi, E. episcopo Ebroicensi, A. episcopo Lexoviensi, comite Willelmo de Mand[evilla], Hugone de Laci, Seher[o] de Quinci, Johanne de Soligni, Willelmo de Sancto Johanne, Roberto de Stut[evilla], Bernardo Cumin, Johanne Filio Luce.

Apud Chivilli.

DXXV

Delisle, n° 357.

Octobre 1174–1178. — Rouen[1].

Sauvegarde pour le prieuré de Saint-Martin de Sigi.

A. Original; Archives de la Seine-Inférieure. — PHOTOGRAPHIE. — FAC-SIMILÉ, Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXVI.

[a] de, *dans B, manque dans A, dont le bord est déchiré.* — [b] Calcio, *B; déchirure dans A.* — [c] Brunamaram, *B.*

[1] La table porte, par erreur, Quevilli.

B. Copie; Bibliothèque nationale, collection Moreau, vol. 77, fol. 44. — *C.* Autre copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10055, fol. 107 v°.

a. Pommeraye, *Hist. de Saint-Ouen*, p. 463. — *b.* D. Gurney, *The record of the house of Gournay*, p. 35.

Round, n° 265.

L'acte ne peut pas être antérieur au 6 octobre 1174, date à laquelle Richard, évêque de Winchester, qui figure ici comme témoin, a été sacré. La souscription de Gilles, évêque d'Évreux, mort en 1179, alors que Henri II avait passé en Angleterre en 1178, prouve que cette pièce est au plus tard de 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis quod prioratus Sancti Martini de Sigeio et monachi ibidem Deo servientes et omnes tenure et possessiones eorum et homines sunt in manu mea et custodia et protectione. Et ideo volo et firmiter precipio quod predictum prioratum et monachos ejusdem loci et omnia tenementa eorum et homines et omnes res suas sicut meas dominicas custodiatis et manuteneatis et protegatis ita quod nullam injuriam vel contumeliam eis faciatis, neque permittatis quod Hugo de Gurnai vel aliquis alius aliquod gravamen sive molestiam eis inferat. Sed si quis in aliquo eis forisfecerit, plenariam inde justiciam sine dilatione fatiatis, et non patiamini quod Hugo de Gurnai vel aliquis alius eos ponat in aliquas consuetudines vel servitia que facere non debeant vel ab eis quicquam exigat quod sit contra jus et rationem vel quod ipsi aliquid amittant quod habere debeant.

Testibus : Ricardo Wintoniensi, Henrico Baiocensi, Egidio Ebroicensi, Frogerio Sagiensi episcopis, Simone de Turnebu, Ricardo de Aufai, Alwredo de Sancto Martino.

Apud Rothomagum.

DXXVI

Delisle, n° 358.

1172-1173–1178. — Rouen.

Confirmation des libertés et des franchises de la ville de Rouen.

A. Original perdu.

IMPRIMERIE NATIONALE.

B. Anciennes copies aux Archives municipales de Rouen. — *C.* Copie d'après l'original, Bibliothèque nationale, ms. français 5350, p. 11. — *D.* Autre copie, Bibliothèque nationale, ms. latin 10057, fol. 10 v°. — *E.* Copie d'après un vidimus du xv[e] s.; ms. latin 10057, fol. 55 v°. — *F.* Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 1246, fol. 131.

a. Chéruel, *Hist. de Rouen*, t. I, p. 247.

Round, n° 110.

Souscriptions de Gilles, évêque d'Évreux, mort en 1179, de Roger, abbé du Bec, mort au commencement de 1179, de Richard du Hommet, mort la même année. Henri II n'a pas été en France en 1179.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra et ultra, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse civibus et hominibus meis Rothomagensibus libertatem et quietanciam, per totam terram meam citra mare et ultra, de omnibus que ad me pertinent consuetudinibus, tam per aquam quam per terram, et quod omnes terre Rothomagenses, quacumque in consuetudine, sint solute et quiete ab omni consuetudine, salvis modiationibus vini et redditibus de molendinis et bolengariis. Concedo etiam eis quod non placitent de vadiis et achatis et de debitis et hereditatibus suis nisi intra civitatem Rothomagi, et super his fiat judicium per legitimos homines civitatis coram baillivo meo, et quod habeant transversum suum de Dunegata in Londonio, sicut habere solebant tempore Henrici avi mei, et quod nulla navis moveat de Normannia, secundum antiquam consuetudinem Normannie, ad eundum in Hiberniam, nisi de Rothomago, preter unam a Cesaris Burgo semel in anno, nec aliquis ducat vinum pretereundo Rothomagum ad eundum in Angliam, nisi sit manens in Rothomago. Et prohibeo ne quis inde vexet eos vel disturbare presumat.

Testibus : Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, Henrico Baiocensi, Arnulpho Lexoviensi, Egidio Ebroicensi episcopis, Rogerio [a] abbate Becci, Radulfo [b] cancellario, comite Willelmo de Mandevilla, Ricardo de Homet constabulario, Reginaldo [c] de Cortenaio, Roberto Marmion, Hugone de Laci, Ricardo de Vernone, Henrico de Novo Burgo, Seherio de Quinci, Hugone de Cressy, Ricardo de Canvilla [d], Willelmo Malo Vicino, Reginaldo de Pavilly, Simone de Tornebu, Girardo de Canvilla.

Apud Rothomagum.

[a] Roberto *a.* — [b] Roberto *a.* — [c] Ricardo *a.* — [d] Carvilla *a.*

DXXVII

Delisle, n° 359.

1172-1173–1178. — Rouen.

Confirmation des biens de l'abbaye de Jumièges.

A. Original scellé de cire rouge sur lacs de soie verte; Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Jumièges, série H non classée.

B. Copie du commencement du XIII^e^ s., dans le grand cartulaire (A), conservé aux Archives de la Seine-Inférieure, p. 282, n° 511. — *C.* Inspeximus d'Édouard [II], roi d'Angleterre, du 21 mai 1318, original scellé en cire verte, aux Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Jumièges, série H non classée. — *D.* Autre copie du XIII^e^ s., *ibidem.* — *E.* Copie de la fin du XIII^e^ s. ou du commencement du XIV^e^ s., dans le petit cartulaire (B) de Jumièges, fol. 101 v°, n° 147, *ibidem.*

Autres copies, conservées aux Archives de la Seine-Inférieure et à la Bibliothèque nationale, les premières existant dans le fonds de Jumièges, série H non classée, et dont nous devons l'indication à M. Jules Vernier, archiviste de la Seine-Inférieure : *F.* Vidimus de *A*, du 12 septembre 1404, sous le sceau de Jean Ségouin, garde du scel aux obligations de la vicomté de Rouen. — *G.* Inspeximus de Henri V, roi d'Angleterre, du 27 mars 1420 (l'original est perdu). — *H.* Vidimus du 20 juin 1442, sous le scel aux obligations de la vicomté de Rouen. — *I.* Vidimus de *A*, du 6 décembre 1452, sous le grand scel aux causes du bailliage de Rouen. — *J.* Vidimus de *A*, du 29 juillet 1455, sous le grand scel aux causes du bailliage de Rouen. — *K.* Vidimus de *C*, de 1470. — *L.* Vidimus de *G*, du 24 juillet 1476, sous le scel aux obligations de la vicomté de Pacy, Nonancourt et Ézy. — *M.* Vidimus de *A*, du 9 mai 1493, sous le scel aux obligations de la vicomté de Pont-Authou et Pont-Audemer. — *N.* Copie de *A*, du XV^e^ s., dans le cartulaire C (cartulaire en papier), fol. 31. — *O.* Autre copie de *A*, du XV^e^ s., dans le cartulaire E, *Registre contenant plusieurs chartes et enseignements*, fol. 4 r°. — *P.* Copie de *C*, du XV^e^ s., dans le cartulaire C, fol. 25 r°. — *Q.* Copie collationnée sur l'original le 15 mars 1526-1527, à la requête de M^e^ Nicole Duquesnay, procureur des abbé et religieux de Jumièges. — *R.* Copie de *A*, collationnée sur l'original le 22 septembre 1531, au greffe du bailliage de Caux. — *S.* Copie de *C*, du XVI^e^ s., dans le cartulaire F, fol. 14 r°. — *T.* Copie de *G*, du XV^e^ s., dans le cartulaire *C*, fol. 44 v°. — *U.* Copie de *C*, du 20 mai 1690. — *V.* Autre copie de *C*, du XVII^e^ s., dans le cartulaire I, *Recueil pour l'exemption des droits de passage et grandes entrées des vins et provisions de l'abbaye de Jumièges*, fol. 25 r°. — *X.* Copie du XVII^e^ s., d'après *G*, dans le cartulaire G, p. 295. — *Y.* Copie fragmentaire de *C*, du XVII^e^ s., pour Gaignières, Bibliothèque nationale, ms. latin 5424, p. 43-44. — *Z.* Copie de *H*, collationnée le 25 février 1711 (Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Jumièges, série H non classée). — *AA.* Copie du XVIII^e^ s., par Dom

Lenoir, Bibliothèque nationale, Moreau, t. 77, fol. 45. — *BB.* Autres copies du XVIII^e^ s., Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 1245, fol. 196-199. — *CC.* Copie du XVIII^e^ s., Recueil de l'abbé Le Brasseur, Bibliothèque de Rouen, ms. Y17, n° 2792, fol. 102. — *DD.* Copie partielle de *C*, du XVIII^e^ s., Bibliothèque nationale, Moreau, t. 274, p. 86 (d'après Gaignières). — *EE.* Copie de *G*, du XVIII^e^ s., extrait de la Chambre des Comptes (Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Jumièges, série H non classée).

a. A. du Monstier, *Neustria Pia*, p. 323-325 (d'après *G*). — *b. Monasticon Anglicanum*, éd. de 1846, t. VI, p. 1087-1088, d'après *C*.

Mentionné dans : le cartulaire D, XV^e^ s., *Recueil des chartes et autres pièces à Jumièges concernant Longueville*, p. 8 (Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Jumièges, série H non classée). — Le cartulaire E, XV^e^ s., fol. 12 v° (*ibidem*). — *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Pierre de Jumièges* (édit. abbé J. Loth), I, 280. — Aug. Le Prévost, *Mémoires et notes pour servir à l'hist. du département de l'Eure*, I, 150, 376; II, 108, 249, 296, 367, 412, 536, 571, 574; III, 84, 114, 173, 314, 347, 375. — Charpillon, *Dictionnaire historique du département de l'Eure*, I, 925; II, 261, 325, 363. — Round, n^os^ 161 et 1285.

Souscription de Gilles, évêque d'Évreux, et de Richard du Hommet, morts tous deux en 1179, alors que Henri II se trouvait en Angleterre depuis 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Beate Marie et Sancti Petri de Gemmetico, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes elemosinas que eis rationabiliter date sunt, in ecclesiis et terris et decimis et in omnibus aliis rebus, scilicet : Ex dono Willelmi Rollonis filii, villam Gemmetici, cum ecclesiis et omnibus appendiciis ville, et aque decursum a loco qui dicitur Belinguetwit usque ad Josephessart, excepto quod domini Wiville, Anneville et Berville habent, usque ad filum aque, quantum terre eorum durant. Ewenvillam etiam cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis, et capellas de Tractu, Davidvillam, Durclerum cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis, et terram ex integro usque ad Sanctum Martinum de Spineto, et ejusdem ville terciam partem cum tota ecclesia; molendinum unum in Caudebec, Nutrivillam cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis, et portum qui dicitur Tuuit cum ecclesia et villa; Chileboum et Waniburgum cum ecclesiis et portu et theloneo, et quicquid ex his ad fiscum suum pertinebat, cum integritate aque ex parte terre monachorum, et graspeis, si forte capiatur; haiam que adheret Brotonne, a vacaria usque ad haias, Goiacum, Warsiel, Carisi, Rouvrei, cum ecclesiis et omnibus appendiciis. Ex dono vero Roberti archiepiscopi Rothomagensis, assensu ducis Ricardi

secundi, omnes consuetudines que ad ducatum pertinebant in Goiaco et Warsiel. Ex dono ducis Ricardi filii Willelmi filii Rollonis, Haretelvillam; apud Hanisias octo hospitia, et in Gisiniaco viginti hospitia, cum ecclesia ejusdem ville et decimis, et in his duabus villis duas carrucatas terre; Vimonasterium cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis; terram totam et nemus usque ad viam Asinariorum; Cruptas cum ecclesia et omnibus aliis ville pertinentiis, exceptis duabus vavassoriis, et quartam partem de Mesnillo Renuardi; boscum quod est inter Vimonasterium et Cruptas, et terram usque ad pontem de Vie, sicut via dividit que vadit ad Montem Sancti Michaelis; Oysiacum et Vadum Fulmerii, cum ecclesiis illarum et aliis appendiciis, et Meisnillum quod est juxta villas illas; apud Condé unam carrucatam terre. Ex dono autem secundi Ricardi, Pontem Arche cum ecclesia et omnibus ville appendiciis; et ecclesiam de Dans cum tribus hospitiis; et in Longa Villa, Altiz, cum ecclesia et omnibus aliis pertinentiis; Cantalupum cum capella et aliis pertinentiis; comparationes de Brovilla; terciam partem omnium decimarum Sancti Marcelli et Sancti Justi; ecclesiam de Turvilla, et totam terram ad ecclesiam pertinentem et decimas ville; capellam de villa que dicitur Goiacus, et decimas ville que dicitur Altaria, et ejus que dicitur Grutiacus; apud Rothomagum mansum pertinentem ad turrim Alwredi, cum ipsa turre, et duas domos juxta pratum Belli, et in suburbio ipsius civitatis ecclesiam Sancti Andree, cum virgulto et quatuor hospiciis; molendinum unum apud Lillebonam; Turovillam, cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis; boscum a portu qui dicitur Twit usque ad vallem Furneville; ecclesiam de Coluncellis cum majori parte ville et decimarum; Voiri, Escorces, Seranz, et quartam partem territorii de Trum; ecclesiam de Poteria, vavassorias quas tenent de ecclesia Robertus de Ansgervilla, Robertus Sanson, Hugo de Urticato, Alanus de Falesia, Reign[er] Burdon, Girardus de Meisnillo, Gilo de Baillolo et alii in eadem provincia; molendinum unum et dimidium juxta Coluncellas; partem de Waipre, de Ulmeto, de Mannevilla; ecclesiam de Manere, cum omnibus decimis, et unum vavassorem; decimam septimanam civitatis Baiocarum et vicecomitatus Baiocassini; juxta Cheus, molendinum unum, et quatuor salinas apud Huneflotum; apud Divetam vel Waravillam, sedecim salis sextarios. Ex dono Roberti Bertranni, septem summas salis. Ex dono autem Radulfi comitis Ebroicensis, molendinum unum super fluvium qui vocatur Itun, cum uno arpento terre, et apud Gravigni hospitem unum; apud Caburgum octo hospitia cum mariscis et suthulmum. Ex dono vero Cristiane de Lucerna eandem villam, cum ecclesia et aliis appendiciis, exceptis vavassoribus. Ex dono Turgoti, quicquid ipse habebat in Fridevilla, et apud Watetot tenementum Herberti de Sancto Albino. Ex dono regis Willelmi, in Anglia majorem partem insule Harengee, cum ecclesia, et decimas totius insule, exceptis decimis

leguminis et avene in terra episcopi Wintoniensis, et in eadem insula saccam et socham et toll et team et infannethef, cum aliis omnibus consuetudinibus; et apud Leugam juxta Sanctam Fidem, dimidiam hidam; apud Wintrebornestrohc, ecclesiam et unam carrucatam terre et quinque hospites, cum decimis totius parrochie; apud Chiwetonam, viginti duos hospites, et unam carrucatam terre in dominico, et ecclesiam cum decimis totius parrochie, et sex capellas de Amleberga, et de Peltona, et de Estona, et de Ferendona, et de Weletona. Et in Normannia, partem Pontis Altou, sicut Risla dividit, cum ecclesia et molendino; et homines ejusdem ville quieti sunt ab omni consuetudine in leuca Brionie; et duas acras et dimidiam prati inter Sanctam Mariam Prati et Sechanam; terciam etiam partem de Madevilla, et medietatem de Trubevilla, cum ecclesia et decimis; apud Malevillam et Parcum, ecclesiam et capellam, cum decimis et feodo quod tenet Hugo le Bigot; apud Amundevillam, unam carrucatam terre, et ecclesiam Sancti Vedasti, cum decimis totius parrochie et cum boscho et viginti acras alodii in Belnaco, et tenementum Girardi et Walteri et Malgerii et Hugonis; decimam etiam de feodo Galfridi. Ex dono Rogeri filii Ricardi, ecclesiam de Cothewrart, cum decimis totius parrochie in bosco et plano, et dimidiam carrucatam terre, et boscum Druelle, cum decima molendini de Rosei; ecclesiam de Bosco Berengarii, et decimas de Grosmeisnillo et de Brolio. Ex dono autem Reginaldi, Matill[idis] regine capellani, tenementum quod ipse habebat infra urbem Baiocarum et extra. Ex dono Gilleberti Crispini et Gilleberti Stricarii, quicquid ipsi habebant apud Hausvillam. Ex dono Willermi de Watevilla, ecclesiam de Croismara, cum tota decima in nundinis, in terris et in omnibus aliis rebus. Ex dono regis H[enrici] avi mei, silvulam que dicitur Dudela, et apud villam que dicitur Lura tredecim summas salis, et hospites qui custodiunt salinas. Quietantiam in omnibus portibus Anglie et Normannie, monachis et propriis servientibus suis, et rebus de dominico ecclesie. Pasnagium etiam quietum in omnibus forestis suis, et quietantiam in tota Anglia et Normannia de omnibus rebus ad usagium ecclesie pertinentibus. Ex dono Thome filii Girardi, apud Bretevillam, decimas feodi sui, et quicquid tenebat apud Tostas, et apud Pontem Sancti Petri tenementum Bartholomei de Plaissicio. Ex dono Walonis, medietatem Scotarum juxta Rothomagum. Ex dono antecessorum Roberti de Bonesboz, molendinum de Cornevilla. Ex dono Alberti Divitis, villam que vocatur Donne Marie, cum ecclesia et omnibus aliis ville pertinentiis, et apud Paeleriam partem quam in ea habebat; apud Vernolium, domum unam quietam et alteram ad censum. Ex dono Willermi de Canvilla, ecclesiam de Hotot, cum decimis totius parrochie, et terram que dicitur sororis Osberti in eadem villa. Ex dono Radulfi et Gaufridi filii Gripponis partes duas decimarum de Winemervilla. Ex dono Roberti de Scacherlun, decimas feodi sui apud

Flamenvillam. Ex dono Ascelini, decimam feodi sui apud Burrevillam. Ex dono Willermi de Foliniaco, decimam feodi sui in eadem villa. Ex dono Giroldi, ecclesiam de Puteolis, cum tercia parte decimarum, ecclesiam de Gauvilla, cum decimis totius parrochie. Ex dono Walteri de Anfrevilla, decimam feodi sui apud Miseri. Ex dono Willermi de Lunda, decimam Vallis Merdose. Ex dono Walteri de Belmes, decimam feodi sui apud Frollancurt et apud Warengervillam; decimas omnes in parrochia Sancte Marie, et terciam partem decime in parrochia Sancti Petri; apud Alnetum molendinum unum super stagnum Durcleri. Ex dono Baldrici de Bosco, terciam partem decimarum de Maseriis et de Bosco Rogeri. Apud Leireium, ex dono Roberti de Watevilla, sedecim solidos et unum arpentum vinee. Et ex dono Gilleberti Caletot, apud Buteilles, unum modium salis. Ex dono Radulfi filii Ricardi, decimam feodi sui apud Asprevillam. Ex dono Hugonis de Mara, XXX. solidos in suo molendino. Ex dono Ricardi de Morevilla, terram que vocatur Boscum Halduci juxta Nutrivillam. Quare volo et firmiter precipio quod predicta Gemmeticensis ecclesia et monachi ejusdem loci habeant et teneant omnes prenominatas elemosinas, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illas pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, Henrico Baiocensi, Egidio Ebroicensi episcopis, comite Willermo de Mandevilla, Ricardo de Humetis constabulario, Reginaldo de Curtenai, Roberto Marmion, Ricardo de Canvilla, Hugone de Creissi, Seihero de Quinci, Reginaldo de Paveilli, Willermo Malo Vicino, Ricardo de Vernone, Hugone de Laci, Hugone de Longo Campo, Roberto de Stutevilla, Alwredo de Sancto Martino, Gilleberto Malet, Girardo de Canvilla.

Apud Rothomagum.

DXXVIII

Delisle, n° 360.

1172-1173–1178. — Rouen.

Exemption de droits de tonlieu pour l'abbaye de Jumièges.

A. Original autrefois scellé sur lacs de soie verte; Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Jumièges, série H non classée. — PHOTOGRAPHIE.

B. Copie du XIII^e^ s. (Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Jumièges, série H non classée). — *C.* Copie du commencement du XIII^e^ s. dans le grand cartulaire (A) de Jumièges, p. 281, n° 508 (fonds de Jumièges). — *D.* Copie du XV^e^ s. dans le cartulaire C de Jumièges (cartulaire en papier), fol. 34 v°, n° 19 (fonds de Jumièges). — *E.* Vidimus de 1531, scellé du scel aux obligations de la vicomté de Rouen, à la requête des tabellions royaux André d'Anneville et Sandrin Enguenoult (fonds de Jumièges). — *F.* Copie du XVII^e^ s., pour Gaignières, Bibliothèque nationale, ms. latin 5424, p. 43 (ex originali). — *G.* Copie du XVIII^e^ s., Bibliothèque nationale, collection Moreau, vol. 73, fol. 175 (d'après *C*). — *H.* Autre copie du XVIII^e^ s., Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 1245, fol. 209.

Round, n° 160.

La pièce, souscrite par Richard du Hommet, est au plus tard de 1178.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, nominatim portuum maris, totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse monachis de Gemmetico et propriis servientibus suis et rebus que ad usagium ecclesie sue pertinent, quietantiam de theloneo et passagio et pontagio, et de omnibus aliis consuetudinibus que ad me pertinent, per totam terram meam Anglie et Normannie. Et ideo prohibeo ne quis eos super hoc vexet vel disturbet super forisfacturam meam.

Testibus : R. archiepiscopo Rothomagensi, Henrico Baiocensi et Egidio Ebroicensi episcopis, comite Willelmo de Mandevilla, Ricardo de Humetis constabulario, Roberto de Stutevilla.

Apud Rothomagum.

DXXIX

Delisle, n° 361.

1172-1173–1178? — Rouen.

Confirmation à l'abbaye du Valasse[1] *des biens qui lui avaient été donnés tant par Henri II et sa mère l'impératrice Mathilde que par le comte Gautier Giffard et Galeran, comte de Meulan.*

A. Original autrefois scellé sur cordonnet, ayant à sa partie supérieure une déchirure qui a enlevé les premiers mots; acte écrit à la chancellerie de Henri II; Archives de la Seine-Inférieure,

[1] Eyton et le *Monasticon*, à propos de cette pièce, confondent l'abbaye du Valasse avec Notre-Dame du Vœu, près de Cherbourg.

fonds de l'abbaye du Valasse. — PHOTOGRAPHIE faite pour M. Delisle. — FAC-SIMILÉ; Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXV.

AA. Autre original, autrefois scellé sur une attache tressée; acte écrit en dehors de la chancellerie, mais conforme au précédent par son texte et ayant tous les caractères de l'authenticité; Archives de la Seine-Inférieure, fonds du Valasse. — PHOTOGRAPHIE faite pour M. Delisle. — FAC-SIMILÉ; Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXVI.

B. Cartulaire du Valasse, aux Archives de la Seine-Inférieure, t. I, fol. 15.

a. *Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. II, p. 1110, d'après les rôles de Henri V. — *b*. Sommenil, *Chronicon Valassense*, p. 97. — *c*. Analyse dans la *Neustria Pia*, p. 852.

Eyton, p. 107. — Round, n° 259.

Cette pièce porte la souscription de Gilles, évêque d'Évreux, mort vers le 9 septembre 1179 (Introduction, p. 363). Elle ne peut pas être postérieure à 1178, Henri II ayant quitté la France cette année et n'y étant pas retourné l'année suivante. Ainsi que M. Delisle l'a fait remarquer dans une note jointe à sa copie, l'original porte aussi la souscription de A., comte d'Évreux. Or Robert de Torigni (Éd. Delisle, t. II, p. 103) nous apprend que Simon, comte d'Évreux, mourut en 1182, et eut pour successeur son fils Amauri. M. Delisle se demande si cet Amauri n'aurait pas pu être qualifié comte d'Évreux du vivant de son père.

H., Dei gratia rex Anglorum, et [a] dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis [b], vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis tam presentibus quam futuris, salutem.

Sciatis me et dominam matrem meam M[athildim] imperatricem, H[enrici] regis filiam, fundasse abbaciam Sancte Marie de Voto, de ordine Cisterc[iensi], pro amore Dei et pro anima predicti regis, avi mei, et pro anima G[aufridi] comitis Andeg[avorum], patris mei, et aliorum parentum et antecessorum nostrorum, et pro salute nostra et heredum nostrorum, et pro stabilitate et pace Anglie et Normannie. Et huic abbacie et monachis in ea Deo servientibus dedimus in elemosinam perpetuam et confirmavimus totum dominium nostrum ipsius vallis in qua fundata est inter Insulam Bonam et Bolebec. In foresta etiam Fiscanni totam terram quam mete ibi posite demonstrant, scilicet : Belfaiellum et boscum, sicut via Gireville dividit, que dirigitur per magnam vallem usque ad Tyliam Anlupi, cujus totius terre divise sunt iste : vallis predicta, vallis de Casa Orgri, vallis de Sturnello, usque ad Cantelupum, et exinde per vallem que dicitur vallis Sequane usque ad calceiam in divisis de

[a] *Les premiers mots manquent dans A.* — [b] justiciis, *en toutes lettres dans AA.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Theboltot, et sicut termini Gireville dividunt usque ad viam supradictam. Dedimus etiam terram de Parvo Becco, cujus partem quandam venerabilis imperatrix M[athildis], mater mea, emit a monachis de Briostel pro C. et XX. libris Belvacensium, et terram et boscum quod ego eis addidi de foresta mea, sicut divise demonstrant, que sunt : cheminum quod dirigitur a Bolebec ad Milevillam, et exinde juxta terras Boseville usque ad calceiam, dehinc per vallem Comitisse et vallem Magnam usque ad Fractum Monasterium, inde juxta terras infirmorum usque ad predictum cheminum. Insuper concessimus eis et in elemosinam perpetuam confirmavimus in utraque foresta Insule Bone et Fiscanni omnia aisiamenta sua, cum omnimoda libertate pasnagii et pasture, et ligna, et materiem ad domos suas faciendas et ad alias res usui suo necessarias. Preterea concessimus eis et confirmavimus omnes donationes que eis in elemosinam date sunt, sicut carte donatorum testantur. Ex dono Walteri comitis Giffardi unum pondus salis apud Luram singulis annis. Ex dono Waleranni comitis Mell[enti] et Roberti filii ejus totam haiam de Lintot cum omnibus pertinentiis suis, et sex milia allectium, et hospitem unum apud Pontem Audomari, et quecumque de cetero juste adquirere poterunt vel eis in elemosinam data fuerint, concedimus et confirmamus. Quare volumus et firmiter precipimus ut abbacia predicta et monachi in ea Deo servientes hec omnia predicta habeant et in elemosinam perpetuam teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et quietantiis suis de theloneo et passagiis et assisis, et de omnibus aliis consuetudinibus.

Testibus : R. archiepiscopo Rothomagensi, A. Luxoviensi [a] episcopo, E. Ebroicensi episcopo, comite Willelmo de Mandevilla, A. comite Ebroicensi, Nicolao de Stutevilla [b], Hugone de Longo Campo, Reginaldo de Curtenai, Reginaldo de Pavilli, Roberto de Stutevilla [c].

Apud Rothomagum.

DXXX

Delisle, n° 362-363.

1172-1173–1178. — Séez.

Confirmation des biens, privilèges et franchises de l'abbaye de Saint-Évroul.

A. Original perdu.

[a] Lexoviensi *AA.* — [b] Stot. *AA.* — [c] Stotev. *AA.*

B. Copie du XIII^e^ s.; cartulaire de Saint-Évroul, t. I, Bibliothèque nationale, ms. latin 11055, fol. 23, n° 22.

Round, n° 642.

Dans la table de M. Delisle, cette pièce porte le double n° 362-363; la pièce à laquelle M. Delisle avait d'abord donné le n° 363 a été reportée par lui au n° 404. — Dans son Introduction, p. 317, M. Delisle établit que la présente pièce, comme une autre charte pour Saint-Évroul classée dans sa table au n° 347, doit être considérée comme suspecte, à cause du titre de *sénéchal*, donné dans les deux actes à Richard du Hommet, connétable de Normandie. Si cette pièce, telle que nous la connaissons, a été réellement expédiée par la chancellerie royale, on doit admettre tout au moins que la mention relative au *sénéchal* Richard du Hommet, comme d'autres irrégularités de rédaction, n'aura pas été remarquée par les clercs de la chancellerie. — La souscription de Richard du Hommet prouve qu'en tout cas l'acte ne peut pas être postérieur à 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, justiciis et omnibus ministris suis, salutem et pacem.

Sciatis me, ad petitionem et preces dilecti et fidelis mei Roberti Geroiani, domini Sancti Serenici Eschalfoii et Musterelli, et W. filii sui primogeniti et Geroii de Musterello et Rogerii Golafre et Rogerii de Mouaio et Thome de Longo Ponte et W. de Tremonz et W. de Foumucon et Gervasii de Planchis et W. Belli Vicini, militum suorum et meorum, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et Beato Ebrulfo et abbati et monachis ejusdem loci in perpetuam, liberam et quietam elemosinam ab omnibus rebus terrenis ad me et ad predictos milites pertinentibus, exceptis placitis de spata mea, omnes libertates et quitancias et ecclesias, decimas, homines et terras, et alios quoslibet redditus et possessiones universas, prout in presencia mea pertinere recognoverunt prefato abbati et monachis Sancti Ebrulfi, et sicut in hac presenti carta mea continentur : ecclesiam videlicet Sancti Andree de Eschalfoio cum quatuor capellis suis de Sancta Maria, de Sancto Laurencio, de Sancto Martino et de Sancto Germano, cum omnibus decimis et terris aliisque pertinenciis suis, et decimam tocius prepositure et omnium exituum et reddituum qui modo sunt vel provenire ex eadem villa poterunt, et pertinenciis suis; decimam quoque tocius foreste ejusdem ville de omnibus pasnagiis et herbagiis de tota vendicione et venacione, haracio et herbagio, et de omnibus fructibus et eventibus qui sunt vel qui ex ea provenire poterunt, etiam si ad agriculturam fuerit redacta, et herbagium et pasnagium ad omnes porcos suos et ad omnia alia averia sua in eadem foresta; ipsam quoque forestam ad calfagium suum et domorum et ecclesiarum suarum edificationem et manerii de Veteri Mesnil, et ad necessaria omnia, de vivo scilicet bosco et de mortuo, absque omni liberatione forestariorum et contradictione domi

norum Eschalfoii et heredum eorum. Apud Sanctum Andream vavassoriam unam cum pertinenciis suis et feodum de Rocheio et de Nigra Aqua. Apud Busseriam vavassoriam unam cum pertinenciis suis et vavassoriam de Doit Moussu, liberam et quietam ab omnibus rebus terrenis cum pertinenciis suis, et totam decimam molendini de Alneio et viginti solidos, et molendini de Logis. Apud Belmesnil et alibi in parrochia Sancti Andree, quinque hospites de dono Gervasii de Planchis. Apud Belfai duas partes quarumdam decimarum et hospitem unum, ecclesiam Sancti Petri de Nidis cum decimis et terris aliisque pertinenciis suis. Apud Sanctum Serenicum, ecclesiam cum omnibus pertinenciis suis habendam et tenendam in usus proprios, et decimam totam annone et vinearum, lini, canabi et leguminum et omnium molendinorum que modo sunt vel esse poterunt in eadem villa et pertinentiis suis, et omnium reddituum et transituum et obventionum et agmentorum que modo sunt vel esse poterunt in eadem villa et pertinenciis suis, ita quod decimam de furnis, de foro et theloneo et aliis supradictis rebus omnibus habebunt monachi in eadem villa manentes, unaquaque ebdomada in die Dominico, et piscationem in Sarta quantum durat terra monachorum, et totam decimam piscationum tocius aque Sancti Serenici, et manerium unum in eadem villa juxta ecclesiam, cum vineis et terris et pratis aliisque pertinenciis suis. Apud Radon, de concessione et assensu Willelmi comitis Pontivi, ecclesiam et terras et decimas et homines plures in eadem villa. Ecclesiam de Alta Rippa cum decimis et manerio juxta eam et terris et pratis aliisque pertinenciis suis, et quatuor acras terre et duas prati de donis Beroldi de Mesnil. Ecclesiam de Baquenceio cum decimis et terris aliisque pertinenciis suis, et decimam molendinorum et totum dominatum ejusdem ville et Sancti Nicholai cum ecclesia et omnibus decimis et aliis pertinenciis suis. Apud Sanctum Martinum le Hugon, ecclesiam cum decimis et terris aliisque pertinenciis suis, et decimam molendini ejusdem ville, et manerium quod Tilleia dicitur cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Sappo Andree cum decimis et terris aliisque pertinenciis suis, et decimam molendini ejusdem ville. In parrochia Sancti Germani de Alneio, duas partes decime tocius feodi Hugonis Croc et Roberti de Mesnil Renart. Ecclesiam de Ternant cum decimis et terris aliisque pertinenciis suis, et medietatem molendini ejusdem ville, et in molendino folerez quinque solidos Andegavensium. Ecclesiam de Moenaio cum decimis et terris aliisque pertinenciis suis. Ecclesiam de Essartis cum decimis et terris et aliis pertinenciis suis. Ecclesias Sancti Pauli et Sancte Marie de Vernuciis cum manerio et decimis et terris et aliis pertinenciis suis, et totum molendinum ejusdem ville cum omnibus pertinenciis suis. Capellam de Bosco Herberti cum decimis et terris et aliis pertinenciis suis. Ecclesiam de Augeron cum decimis et terris et aliis pertinenciis suis. Ecclesiam de Mosterol cum omnibus decimis bladorum et leguminum et prepositure et viva-

riorum et furnorum, nisi in propria manu eos tenere voluerint monachi, et terras et homines plures in eadem villa, et decimam omnium reddituum qui modo sunt in eadem villa et pertinenciis suis, vel qui esse poterunt in omnibus exitibus et redditibus et agmentis ejusdem ville. Ecclesiam Sancti Laurencii de Chesneduit cum decimis et terris et aliis pertinenciis suis. Ecclesiam de Golafreria cum decimis et terris et aliis pertinenciis. Ecclesiam Sancti Leodegarii de Reuvilla cum decimis et terris et aliis pertinenciis suis; consuetudines quoque ab abbate et monachis Sancti Ebrulfi et dominis Mosterelli et Pagani de Mosterol approbatas et ab utrisque partibus per juramentum in perpetuum confirmatas, quas Sanctus Ebrulfus debet habere in villa de Mosterol et pertinenciis suis, huic presenti carte nostre duximus apponendas, totas videlicet supradictas decimas, exceptis duobus molendinis bladariis, de quibus ecclesia ejusdem ville habet decimam, et Sanctus Ebrulfus habet decimam anguillarum vivariorum et gurgutuum (?) et de molendino folerez et taneret, et de furnis, si pro defectu monachorum venerint in manu dominorum Mosterolli; et si homines monachorum aliquando forte injuriam fecerint dominis ejusdem ville vel hominibus suis, rationabiliter emendabitur in una platea quam ad hoc habent monachi in eadem villa. Similiter erit de dominis et hominibus suis. Famuli vero dominorum nullam submonitionem vel justiciam facere poterunt super homines monachorum. Si vero homines monachorum de toto honore Mosterolli et de eadem villa aliquid in villa vel extra vendiderint in tota ballia ejusdem ville in tota ebdomada, costuma erit monachorum. Similiter et de extraneis qui in terra monachorum aliquid emerint vel vendiderint excepta quarta feria a vespera usque in crastinum ad occasum solis, propter mercatum Mosterelli; mercatores vero de terra monachorum et bordarii in predicto termino solvent costumam in eodem mercato de omnibus que ibi emerint vel vendiderint, nisi ad victum vel vestitum suum pertineant, et in omnibus aliis diebus tam ipsi quam vavassores vel menbrum vavassorie tenentes in Mosterello et in tota ballia ejus nullam costumam solvent nisi monachis. Homines vero dominorum Mosterelli et extranei qui aliquid emerint vel vendiderint in tota terra monachorum extra prefixum terminum costumam inde solvent monachis vel ballivis suis. Alii vero homines monachorum de Tanesia et de Mesnil Bernat qui sunt de feodo de Grentemesnil ibunt ad molendinum monachorum, si idem monachi voluerint, et se aquitabunt in mercato Mosterolli sicut extranei homines, quia non sunt de distrinctione ejus nec aliquo sunt ei obnoxii. Platea vero in qua emendationes utriusque partis debent fieri dicitur masura Radulfi de Sagio, et de assensu et de concessione supradictorum militum licebit prefatis abbati et monachis de omnibus rebus suis que in hac presenti carta continentur operari et tractare, et ea pro posse suo et voluntate multiplicare et crescere, sicut sibi et domui sue melius

et utilius viderint expedire, absque omni contradictione vel reclamatione predictorum militum vel heredum suorum, in quocunque tempore ipsis monachis facultas se ingesserit. Preterea sciatis quod dilectus et fidelis meus Robertus de O, miles, recognovit in presentia mea Roberto abbati et monachis Sancti Ebrulfi jus patronatus ecclesie Sancti Martini de O, cum omnibus decimis et pertinenciis suis, et quod in eadem villa et apud Mortereiam tenebat quasdam terras de abbate et monachis, de quibus debebat eis unam procurationem annuam sufficientem et honestam et relevamentum secundum consuetudinem patrie, et quod Gaufridus frater ejus, clericus, presentatus fuerat ab abbate Sancti Ebrulfi ad predictam ecclesiam, et a Frogerio Sagiensi episcopo receptus et canonice institutus. Willelmus quoque de Feugeriis, miles, et uxor ejus, recognoverunt et reddiderunt eisdem abbati et monachis jus patronatus ecclesie de Radon cum omnibus pertinenciis suis, et inde habuerunt centum solidos Andegavensium de prefato abbate in presencia mea. Et quia molendina eorumdem abbatis et monachorum multociens pro penuria aque cessant et molere non possunt, eis concessi auctoritate regia ut aquam in suis vivariis integre teneant et conservent quociens sibi viderint expedire ad opus molendinorum suorum et abbatie sue; et eis licenciam donavi vendendi omnia nemora sua que modo habent et habituri sunt in Normannia et in Anglia, quociens voluerint et necessitatem habebunt, absque omni contradictione mei vel heredum meorum. Et sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse sepedictis abbati et monachis omnes libertates et quitancias, ecclesias, decimas, homines, terras et redditus alios quos Robertus comes Leicestrie, W. comes Pontivi et Robertus comes, nepos ejus, et Willelmus de Sancto Serenico et Petrus de Gaceio et Ricardus Fresnel et Gualquelinus de Ferrariis et Willelmus de Merula et Ricardus de Altifago et Johannes filius ejus, Willelmus de Rumara dominus Novi Mercati et Symon comes Ebroicensis et Almaricus filius ejus, et Galeranus comes Mellenti eis fecerunt et donaverunt et cartis suis confirmaverunt, quas vidi et audivi, ita videlicet quod de omnibus elemosinis, quas tam de donis antecessorum meorum habent quam de suis, nullum, preter Deum, servicium facere teneantur. Et volo atque precipio ut omnis victus et vestitus eorumdem abbatis et monachorum et famulorum eorumdem, qui de proprio pane eorum vivunt, liber sit et quietus ab omni passagio et theloneo et costuma per totam terram meam, in Anglia videlicet, in Normannia et in comitatu Andegavensi et Cenomannensi, et maxime in portubus maris. Et prohibeo ne quis eos inde audeat perturbare de sicut (*sic*) poterit affidari esse proprium eorumdem monachorum videlicet et famulorum super decem lib[ras] Andegavensium forisfacture. Quare volo et firmiter precipio ut supradicti abbas et monachi hec supradicta omnia que hac presenti carta mea continentur ita pacifice

et quiete possideant, sicut unquam aliquis homo aliquid de me vel antecessoribus meis melius et honorificencius tenuit et possedit.

Teste meipso, Ernulfo Lexoviensi, Frogero Sagiensi episcopis, et Ricardo de Humez tunc temporis senescallo meo Normannie.

Apud Sagium.

DXXXI

Delisle, n° 364.

1172-1173–1178.

Confirmation des biens et des franchises de l'abbaye de la Trinité et Sainte-Catherine-du-Mont de Rouen.

A. Original perdu.

B. Inspeximus de 1285 au Public Record Office, Charter Rolls, 13e année d'Édouard Ier, membrane 21. — *C.* Copie d'après un registre Normand de la Chambre des Comptes; Bibliothèque nationale, ms. latin 9067, fol. 156 v°.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. II, p. 302, d'après *B.*

Quoique cette pièce ne porte pas de date de lieu, il semble vraisemblable qu'elle a été rédigée en Normandie. Elle porte la souscription de Gilles, évêque d'Évreux, mort vers le 9 septembre 1179; Henri II était alors en Angleterre depuis l'été de 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbati et monachis Sancte Trinitatis Sancteque Katerine de Monte Rothomagi omnes donationes elemosinarum, terrarum et hominum que facte sunt eis, tam in ecclesiis quam in rebus et possessionibus mundanis. Quare volumus et firmiter precipimus [a] quod dicti abbas et monachi et ministri eorum teneant et habeant omnes elemosinas et possessiones suas, cum socha [b] et sacca et thol et theam et infangenethief [c], et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietanciis suis [d], in bosco et plano, et pratis et pasturis [e], in mariscis et piscariis, in vivariis et stagnis, in aquis et molen-

[a] *Sic B C.* — [b] sacha *B C.* — [c] infangenetheft *B.* — [d] ejus *C.* — [e] pascuis *C.*

dinis, in virgultis et grangiis, extra burgum et infra, in viis et semitis, et in omnibus aliis rebus et aliis locis, quietas, liberas et solutas de sciris et de hundredis, et placitis et querelis, et de murdris [a] et de wapentachiis, et scutagiis [b] et geldis et danegeldis [c] et assisis et hidagiis [d] et de operationibus pontium et castellorum, et de leyrewite et de hengewite, et de fleamcameswite, et de blodwyte et de fithwyte, et de averpeni et de hundredispeni et de wardpeni, et quietas de omni pontagio, theloneo et passagio et lestagio [e] et stallagio [f], et de omni servicio seculari et servili opere et exactione, et de omnibus occasionibus et secularibus consuetudinibus, excepta sola justicia mortis et membrorum. Hec omnia concessimus dictis abbati et monachis in puram et perpetuam elemosinam, pro Dei amore et animabus omnium antecessorum et successorum nostrorum.

Testibus : R. Rothomagensi archiepiscopo, E.[g] episcopo Ebroicensi.

DXXXII

Delisle, n° 365.

1172-1173–1178.

Confirmation des biens donnés aux moines du Bec établis dans l'église du Pré, à Rouen, par une charte de Henri I^er^, datée de Winchester en 1122.

A. Original perdu.

B. Copie du commencement du XIII^e^ s. dans le registre de Philippe Auguste (reg. E de M. Delisle) conservé aux Archives nationales sous la cote JJ 26, fol. 154. — *C.* Copie d'après un registre Normand de la Chambre des Comptes, Bibliothèque nationale, ms. latin 9067, fol. 66 v°. — *D.* Autre copie d'après le même registre, ms. latin 9067, fol. 143. — *E.* Vidimus aux Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Bonne-Nouvelle.

a. La Roque, *Histoire de la maison de Harcourt*, t. III, p. 182. — *b.* A. du Monstier, *Neustria Pia*, p. 612. — *c. Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. II, p. 1100, d'après un inspeximus des Norman Rolls, lettres patentes, 8^e^ année de Henri V, p. 1, n° 16.

Eyton, p. 107 et 108.

Souscription de Richard du Hommet, mort en 1179. L'acte ne porte pas de nom de lieu, mais il doit avoir été rendu en Normandie; Henri II a quitté ce pays dans l'été de 1178, pour

[a] mind. *C. En cet endroit comme en plusieurs autres, le texte C est visiblement altéré. Nous suivons le texte B.* — [b] seuragio *C.* — [c] gildis et danegildis *C.* — [d] hidrigis *C.* — [e] leferagio *C.* — [f] et stallagio *omis dans C.* — [g] E[gidio] *B;* G[ilone] *C.*

l'Angleterre, où il est resté jusqu'en 1180. — Le texte a été dressé par M. Delisle sur *B* et *E*, avec variantes empruntées aux autres manuscrits et aux éditions.

On trouvera ci-dessous, en note, la charte de Henri Ier, sur laquelle a été calquée la charte de Henri II, telle que M. Luce l'a copiée à la demande de M. Delisle, sur l'original conservé aux Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Bonne-Nouvelle; elle est datée de 1122, à Winchester [1].

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baro-

[1] Henricus, rex Anglorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, justiciis, baronibus et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse in perpetuam elemosinam, pro salute mea et heredum meorum, et pro animabus patris mei Willelmi regis et matris mee Mathildis regine et omnium antecessorum meorum, Deo et ecclesie Sancte Marie de Prato Rothomagi et monachis in ea Deo servientibus, ex dono Mathildis regine, matris mee, Maisnillum et Becdane et molendinum de Carevilla, quod vocatur molendinum Regine, cum omni libertate sua, et ecclesiam de Auborvilla et decimam; et ex dono meo manerium in Normannia quod vocatur Bures, et omnia ei pertinencia cum omnibus libertatibus suis, et prata mea de Valle Fenili et famulum qui custodit ea; et in parco meo Rothomagi totam decimam feni et centum solidos de foresta mea de Roumare, scilicet decimam per annum, et tenuram Radulfi Pentecostes in Renelmi Villa et Lamberti Villa et a Foumuchon, et in foresta mea de Rovrei quicquid eis necessarium fuerit, et nundinas Hermentruville et libertates earum in omnibus locis et in omnibus rebus, et in unoquoque anno quadraginta modios vini de cellario meo Rothomagi, scilicet de modiatione mea, et sex modios de elemosina patris mei et matris mee de decima Sancti Audoeni Rothomagi; et Estiventonam in Anglia cum omnibus ei pertinentibus et cum omnibus libertatibus suis. Has tenuras et omnes alias tenuras suas, quecunque sint et de quibuscunque habeant, volo et firmiter precipio ut ita teneant bene et in pace, et integre et plenarie et honorifice, et libere et quiete ab omnibus rebus et ab omnibus querelis et sine aliqua contradictione, et ad mare et ad terram, et in pratis et in aquis et in molendinis et in viis et in semitis, et in civitatibus et in villis et in domibus et in forestis et in nemoribus et omnibus locis, nunc et usque in sempiternum, sicut ecclesia in regno meo potest liberius tenere, et insuper sicut mea propria. Et preter hoc concedo et confirmo eis in perpetuam elemosinam tres mansuras terre et domos desuper, quas Anfrida de Ponte Audomari tenet in Rothomago, quietas de omni censu et consuetudine et omni alia re, excepta sola modiatione mea de vino. Et ut hec omnia et alia omnia que fideles Christi eis contulerunt et in futuro contulerint inconcussa et incontradicta remaneant nunc et usque in sempiternum, regia hec auctoritate confirmo et sigilli mei impressione et subscriptorum testimonio corroboro.

Testibus : G. archiepiscopo Rothomagensi, et W. episcopo Wintoniensi, et A. episcopo Salesberiensi, et R. comite de Mellento, et G. de Clintonia, et N. de Albineio, et R. Basset, et R. cancellario, et A. de Ver.

Apud Wintoniam, anno incarnationis dominice millesimo centesimo vicesimo secundo, regni vero mei vicesimo primo.

IMPRIMERIE NATIONALE.

nibus, justiciis et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse in perpetuam elemosinam, pro salute mea et heredum meorum, et pro animabus patris mei et matris mee Mathildis imperatricis et omnium antecessorum meorum, Deo et ecclesie Sancte Marie de Prato Rothomagi, et monachis Becci ibi Deo servientibus : ex dono Mathildis regine [1], Mesnillum et Becdane, et molendinum de Karevilla [a], quod vocatur molendinum Regine, cum omni libertate sua, et ecclesiam de Auborvilla [b] et decimam. Et ex dono Henrici avi mei, pii amatoris et fundatoris ejusdem loci, manerium in Normannia quod vocatur Bures, et omnia ad illud pertinencia, cum toto dominio et cum omnibus regiis [c] libertatibus, consuetudinibus et quitanciis ad me pertinentibus. Et in forestis meis Auvi [d] et de Alihermont [e], quicquid ad opus ejusdem [f] manerii necessarium fuerit ad ardendum et ad edificandum, et plenariam pasturam et pasnagium quietum [g] sibi et hominibus suis in eisdem forestis; et de parco [h] Rothomagi totam decimam feni; et decimam de foresta de Romare; et prata sua de Valle Fenili [i] et famulum qui custodit ea [j]; et in foresta de Roboreto [k] quicquid eis opus fuerit ad ardendum, et ad omne quod sibi necessarium fuerit faciendum et edificandum; et plenariam pasturam liberam et quietam omnibus animalibus suis per totam predictam forestam, et pasnagium quietum per omnes forestas meas de Normannia, sibi et hominibus suis de manupastu eorum, nisi negociatores fuerint. Et nundinas de Ermentruvilla [l], et libertates earum in omnibus locis et in omnibus rebus, et in unoquoque anno XL. modios vini de cellario meo Rothomagi, scilicet de modiatione mea, reddendos sine contradictione; et VI. modios de modiatione de Waeneio [m], reddendos apud Gwerni [n]. Et manerium in Anglia quod vocatur Estiventona [o], et omnia ad illud pertinencia, cum omnibus regiis [p] libertatibus et consuetudinibus et quitanciis ad me pertinentibus. Et in foresta Fiscanni, de dono Mathildis imperatricis, matris mee, et meo, totum campum de Wilerville [q], a profundo vallis de Bernovilla [r] usque in profundum vallis de Petrafike [s], per divisionem terre Nicholai de Estotevilla et divisionem terre Roberti de Joveneio [t], in ministerio

[a] Quarvilla *B;* Karevilla *C;* Carevilla *D;* Kareville *c;* Barevilla *a.* — [b] Aubourvilla *C;* Auberville *c;* Ambourvilla *a.* — [c] regis *B.* — [d] Yavi *B;* Anni *a, c.* — [e] Aliermont *B.* — [f] ejus *B.* — [g] quitum *B.* — [h] prato, *C, a.* — [i] Valle Fenilli *B;* Valle Femli *c;* Valle Senict *a.* — [j] ea *omis dans B.* — [k] Rouvereyo *C;* Rovrerio *c;* Romireyo *a.* — [l] Ermentrimille *c.* — [m] Gaani *B;* Vuaenio *a.* — [n] Giwergni *B;* Guerni *C.* — [o] Estiventona *E;* Estmentone *c;* Eseiventonus *a.* — [p] regis *B.* — [q] in Villarville *a.* — [r] Enonville *a;* Bernovile *B.* — [s] Prefica *c;* Prisica *a.* [t] Jovigni *B;* Juveio *a.*

[1] Mathilde, mère de Henri I^er^.

de Estrutart, et duas capellas cum elemosinis ad eas pertinentibus; et de dono matris mee, IIII. libras apud Pontem Arche de piscatoribus, quas annuatim reddere solebant pro libertate piscationis sue. Et preter hoc concedo eis et confirmo in perpetuam elemosinam decem libratas redditus [a] in manerio de Wesberia [b] de elemosina Guillelmi Deffublati [c]. Et ex dono Richardi presbyteri, ecclesiam de Fuletot [d], cum terris et decimis ad eandem ecclesiam pertinentibus, sicut idem Richardus umquam melius eam et plenius tenuit. Has teneuras et omnes alias teneuras suas, quecumque sint et ubicumque sint et de quibuscumque habeant, sive in Normannia sive in Anglia, volo et firmiter precipio ut habeant et teneant bene et in pace, integre et plenarie, honorifice, libere et quiete, in omni potestate mea, ab omni theloneo et passagio et modiatione et omni alia consuetudine et de omni seculari servicio et opere servili et exactione et servitio [e] hominum de manupastu eorum, et de omnibus querelis et occasionibus et sine aliqua contradictione, et ad mare et ad terram, et in pratis et in aquis et in molendinis, in viis et in semitis, et [f] in civitatibus et in villis, et in castellis et in domibus, et in forestis et in nemoribus, et in pasturis et in essartis [g], et in vivariis et in stagnis, et in omnibus locis, nunc et in sempiternum, sicut aliqua ecclesia in regno meo potest liberius tenere, et insuper sicut teneo mea propria, cum multro et morte hominis et plaga et mehaing et sanguine, et duello et latrone et aqua et rato [h], et cum omnibus aliis regiis [i] libertatibus et consuetudinibus ad me pertinentibus. Et preter hec concedo et confirmo eis in perpetuam elemosinam tres masuras terre, et domos desuper, quas Aufrida de Ponte Audomari tenet [j] in Rothomago, quietas de omni censu et consuetudine et omnia alia re, excepta sola mea modiatione de vino. Et ut hec omnia et omnia alia que fideles Christi eis contulerunt et in futurum contulerint inconcussa et incontradicta remaneant, nunc et usque in sempiternum, regia hac auctoritate confirmo [k] et sigilli mei impressione et subscriptorum testimonio corroboro.

Testibus : Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, Ricardo de Hommetis constabulario [l], Roberto comite Mellenti, Warino Filio Geroldi camerario, magistro Alveredo, Gocellino Crispin et Guillelmo filio ejus, Hugone de Gournayo et Roberto de Haricuria [m].

[a] redditus *omis dans B.* — [b] Wesbire *B;* Westberia *c;* Vesbereia *a.* — [c] Deflubati *c.* — [d] Fulecot *B;* Fulecote *c.* — [e] et foagio *E;* et foagio *B, corrigé en surcharge par-dessus* servitio; et fouagia *a.* — [f] *la préposition* et *omise plusieurs fois dans B.* — [g] exsarctis *B.* — [h] rapo *E.* — [i] regis *B.* — [j] tenet *omis dans B.* — [k] *Ici s'arrête le texte B.* — [l] *Ici s'arrête le texte du* Monasticon (*c*). — [m] *Les dernières souscriptions sont dénaturées dans l'édition de La Roque* (*a*). *Aucun des textes qui nous sont parvenus ne donne le nom de lieu.*

DXXXIII

Delisle, n° 366.

1172-1173–1178.

Confirmation d'un accord passé entre l'abbaye de Fécamp et Simon de Tourneba au sujet des églises du Vauvray et du Vaudreuil.

A. Original; Archives de la Seine-Inférieure. — PHOTOGRAPHIE.

B. Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, collection Moreau, vol. 67, fol. 148.

Souscription de Richard du Hommet, mort en 1179. L'acte est au plus tard de 1178.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, abbati et conventui de Fiscanno, salutem.

Sciatis quod concedo et confirmo concordiam que facta est inter vos et Simonem de Turnebu de ecclesia Sancti Petri et Sancti Stephani de Waverei de Valle Rodolii. Et precipio quod sicut facta est rata sit et firmiter teneatur.

Teste Ricardo de Humetis constabulario.

Apud . . . . . [a].

DXXXIV

Delisle, n° 368.

19 mars 1178. — Le Bec.

Donation d'une rente de cent livres sur la vicomté de Rouen, faite à l'abbaye du Bec le jour où a été célébrée la dédicace de son église.

A. Original perdu.

B. Copie de Dom Bénigne Thibault; Bibliothèque nationale, ms. latin 12884, 2e partie, p. 115. — *C.* Copie de Dom Jacques Jouvelin; Bibliothèque nationale, ms. latin 13905, fol. 9.

a. Arthur du Monstier, *Neustria Pia*, p. 485, d'après une confirmation de Henri V. — *b.* La Roque, *Histoire de la maison de Harcourt*, t. IV, p. 1345.

[a] *Le bas de l'acte ayant été arraché, le nom de lieu a disparu.*

Eyton, p. 222. — Voir, dans l'Introduction (p. 78), les raisons prouvant que cette charte est du 19 mars 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me pro salute anime mee et antecessorum meorum dedisse et concessisse ac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Beate Marie de Becco et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam centum libras usualis monete Normannie annuatim percipiendas de vicecomitatu Rothomagensi. Hanc autem donationem feci in die qua predicta ecclesia dedicata fuit. Quare volo et firmiter precipio quod prenominata ecclesia et monachi in ea Deo servientes habeant et teneant in perpetuam elemosinam predictas centum libras bene et in pace, libere et quiete, plenarie et honorifice.

Testibus : Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, Henrico Baiocensi, Egidio Ebroicensi, Richardo Abrincensi episcopis, Simone comite Ebroicensi, comite Roberto de Mellento, comite Henrico de Augo, Henrico de Novo Burgo.

Apud Beccum.

DXXXV

Delisle, n° 368 A.

1178, avant le 15 juillet.

Par lettres datées de Vincennes, le roi Louis VII prend sous sa garde les possessions françaises de son frère Henri II, au cas où ce prince passerait en Angleterre ou partirait en voyage pour un pays lointain.

A. Original inconnu.

a. Gesta regis Henrici Secundi, éd. Stubbs, t. I, p. 198.

M. Delisle a donné place dans son recueil à cet acte de Louis VII, parce qu'il implique un arrangement intervenu entre le roi de France et Henri II. On en trouvera l'analyse dans les *Études sur les actes de Louis VII*, de M. Luchaire, n° 739. On observera que le texte de cette pièce, tel que nous l'a livré l'auteur des *Gesta regis Henrici Secundi*, est incorrect, tout au moins au début. Henri II a repassé en Angleterre le 15 juillet 1178 (Eyton, p. 222).

Lodowicus rex Francie, omnibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem.

Noverit universitas vestra quod nos recepimus in custodiam nostram totam terram Henrici regis Anglie, carissimi fratris nostri, in cismarinis partibus sitam, si contigerit eum in Angliam transfretare vel peregre proficisci, ita quod quando ballivi sui de terra transmarina nos requisierint, prestabimus ad ejusdem terre defensionem et protectionem, bona fide et sine malo ingenio, eis consilium et auxilium.

Actum apud Vicenas.

DXXXVI

Delisle, n° 367.

Vers 1178. — Argentan.

Envoi à l'abbaye de Cluni d'une somme de mille marcs.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire D de Cluni, aujourd'hui disparu. — *C.* Copie faite par Baluze, d'après *B*, Bibliothèque nationale, ms. latin 5459, p. 116.

a. Attribué à Henri I^er^ par Duckett, *Charters of the ancient abbey of Cluni*, t. II, p. 199. — *b.* Bernard et Bruel, *Chartes de Cluny*, t. V, p. 613, d'après *C*.

Round, n° 1399.

M. Eyton, p. 220, admet un séjour de Henri II à Argentan au commencement d'octobre 1177; de là, le roi est allé en Berri et en d'autres pays; rentré ensuite en Normandie au printemps de 1178, il a repassé en Angleterre le 15 juillet de cette année (Eyton, p. 222). La lettre est adressée à Guillaume, abbé de Cluny, devenu abbé en 1176 ou 1177, mort le 11 janvier 1179, soit probablement 1180. Quoi qu'il en soit de cette dernière date, la pièce peut avoir été faite, soit au commencement d'octobre 1177, soit dans la première moitié de 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, Willermo, eadem gratia abbati Cluniacensi et conventui ejusdem loci, salutem et dilectionis plenitudinem.

Ad nostram pervenit notitiam plurium certissima relatione quod monasterium Cluniacense, anteactis temporibus, multis ad ipsius afflictionem causis contingentibus, pro rerum ad ipsum pertinentium varia dissipatione, et hostilis incursus crebra oppressione, supra modum debitorum sit multitudine obligatum. Caritatis igitur monitu calamitati ipsius pie compatiens, mille marcas vobis misi per abbatem

de Sancto Basilo et magistrum Herbertum de Ramesia, quas ad omnem vestri allevationem vos recipere volo, hac conditione ut, si eas voluero repetere, mihi reddantur cum ipsas repetiero. Si autem quoad vixero illas non repetiero, concedo et volo ut illas in perpetuam habeat elemosinam abbatia vestra, pro salute anime mee et meorum, in portione testamenti mei.

Teste meipso, et Willermo Filio Radulfi, Alveredo de Sancto Martino, Ricardo Giffard.

Apud Argentomum.

DXXXVII

Delisle, n° 367 A.

Vers 1178? — Rouen.

Confirmation par Henri II d'une donation portant sur quatre acres de terre, faite par le connétable Richard du Hommet à Roger Barré.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII[e] s.; Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, OO, n° 21. — PHOTOGRAPHIE.

Eyton, p. 234, d'après *B.*

Cet acte confirme une donation de Richard du Hommet, qui a quitté la vie active en 1178, pour se retirer à l'abbaye d'Aunai, où il est mort en 1179.

CARTA ROGERI BARRÉ [1].

Henr[icus], Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus forestariis et ballivis suis Anglie, salutem.

Sciatis quod quietavi Rogero Barr[é] et heredibus suis quatuor acras terre [2] de essartis apud Kecenam, quas Ricardus de Humez constabularius dedit ipsi Rogero pro servicio, et quietant[ur] essarti inde concessi eis, et presenti carta mea confirmavi. Quare volo et firmiter precipio quod idem Rogerus et heredes sui post eum

[1] Cette mention est en marge. — [2] En marge les mots : «De foresta in comit[atu] Rotelandie».

easdem quatuor acras quietas habeant de essartis et de rewardo pro essartis. Et prohibeo ne quicquam amodo ab eis inde exigatur pro essartis, quia eos inde quietos clamavi.

Testibus : Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, et Bertramo de Verdun. Apud Rothomagum.

DXXXVIII

Delisle, n° 369.

1178.

Donation aux chanoines du chapitre de Bourges d'une pension de cent livres, pour la garde d'un fief que tenait d'eux Raoul de Déols, jusqu'à ce que la fille dudit Raoul soit mariée.

A. Original perdu.

B. Copie remontant à la première moitié du XIII^e^ s., dans le cartulaire du chapitre de Bourges, rédigé par Étienne de Gallardon; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., ms. 1274, p. 63.

a. Raynal, *Hist. du Berry*, t. II, p. 550.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, universis ad quos presens scriptum pervenerit, salutem.

Sciatis me dedisse canonicis Bituricensibus centum libras Andegavensis monete, pro tutela et custodia feodi quod Radulfus de Dolis tenebat de eis apud Sanctum Carterium habenda et tenenda donec filia predicti Radulfi maritata sit; et cum maritata fuerit, maritus ejus faciat predictis canonicis quod eis facere debuerit de feodo illo. Et si prefatam puellam mori contigerit, ille qui terram habebit faciat predictis canonicis quod eis facere debuerit de feodo suo. Ne vero super hiis possit in posterum dubitari, presenti scripto et sigilli mei auctoritate volui confirmari.

Actum anno ab incarnatione Domini M° C° LXXVIII° [1].

[1] La confirmation de cet acte par Alexandre III se trouve dans le cartulaire d'Étienne de Gallardon (Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., ms. 1274, p. 33); copie tronquée; la fin manque.

DXXXIX

Delisle, n° 341 A.

Août 1177 ou premiers jours d'avril 1179. — Winchester.

Remplacement des religieuses d'Ambresbury par des religieuses de l'ordre de Fontevrault.

A. Original perdu.

B. Inspeximus de 1270 au Public Record Office, Charter Rolls, 55ᵉ année de Henri III, membrane 11.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. II, p. 157.

Cette pièce porte la date de 1179, intercalée dans le texte. Elle a été souscrite par Roger, évêque de Worcester, mort le 9 août 1179; Richard de Lucé, qu'on y voit également comme témoin, a quitté la vie publique cette même année 1179, aussitôt après Pâques, et est mort à Lesnes au mois de juillet suivant (Eyton, p. 226; Delisle, Introduction, p. 435). L'acte a été donné à Winchester, où Henri II, d'après le Rév. Eyton, a passé la fête de Pâques, 1ᵉʳ avril 1179. Il y a donc lieu de croire qu'elle est de cette année, et des premiers jours d'avril. Cependant M. Delisle l'a datée de 1177; peut-être la date intercalée ne lui inspirait-elle pas confiance. Peut-être aussi a-t-il remarqué que plusieurs des témoins nommés au bas de l'acte se sont également trouvés auprès de Henri II au milieu d'août 1177, par exemple Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, Barthélemy évêque d'Exeter, Jean évêque de Norwich, Richard de Lucé, Renouf de Glanville (Eyton, p. 218). — Il est donc possible que la pièce soit d'août 1177, mais plus probable qu'elle est des premiers jours d'avril 1179.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis[a], vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Franciscis (*sic*) et Anglis totius terre sue, salutem.

Sciatis moniales de Ambresbyria circiter triginta propter vite turpitudinem et ordinis sui dissolutionem et infamiam que devulgabatur pupplice, mandato domini pape Alexandri, voluntate etiam mea, consilio quoque et providentia Ricardi Cantuariensis archiepiscopi, Apostolice Sedis legati, et Jocelini Saresberiensis et Bartholomei Exoniensis et Rogeri Wygorniensis et Gilberti Londoniensis et aliorum pluri-

[a] justiciariis *a.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

morum episcoporum et magnatum et baronum meorum, a monasterio suo fuisse amotas, et in aliis monasteriis collocatas, et moniales de ordine Fontis Ebraudi ibidem ad serviendum Deo introductas. Quamobrem concedo et dono et presenti carta mea confirmo ordini et religioni Fontis Ebraldi, pro salute anime mee et religionis honestate, et pro salute anime regis H[enrici], avi mei, et patris et matris mee et antecessorum et heredum meorum, ecclesiam Sancte[a] Marie et Sancti Melori de Ambresbiri, cum omnibus rebus que ad eam pertinent, tam in ecclesiasticis quam in mundanis possessionibus, ut ordo et instituta ecclesie Fontis Ebraldi ibidem perpetuo conserventur, et conventus monialium multo major quam fuerat sub custodia priorisse secundum ordinem prefate ecclesie Deo famuletur. Hanc ecclesiam cum omnibus rebus que ad eam pertinent et omnes possessiones Fontis Ebraldi sciatis me velle manutenere et defendere et liberas et quietas esse ab omni seculari servicio et exactione et gravamine, et accepisse in manu mea et in defensione et in protectione contra omnes homines sicut meam propriam et antecessorum meorum elemosinam. Dono etiam eisdem monialibus et concedo manerium meum de Wallop in Hantescira, cum omnibus pertinentiis suis que ad me pertinent et cum emendacione quam ibi facere poterunt[b], in perpetuam elemosinam, et omnes elemosinas et terras que eis rationabiliter date sunt vel erunt firmiter concedo, et in omni jure suo et possessione in omnibus locis omnes consuetudines sive in ecclesiasticis sive in secularibus rebus tam libere, quiete et plenarie, sicut ego haberem si essent in dominico meo. Dono etiam eis et confirmo monasterium de Ambresbiri et parochia[m] cum omnibus decimis et terris eidem adjacentibus, scilicet capellam de Durentona cum omnibus decimis, et decimam de Forstesbyria et de Wadehella et de Tudeworda Johannis Marescalli et de Tudeworda Hugonis de Lacy, et undecim acras bladi et undecim agnos de Niwetona Umfridi de Bohum, et quinque solidos annuatim pro cimiterio habendo in capella ejusdem ville, et manerium de Bultesforda cum Hinedurintona, cum omnibus pertinentiis suis, et capellam cum decimis adjacentibus, et manerium de Boscumba, membrum de[c] Bultesford, quod adjacet predicte ecclesie, cum decima de dominio que adjacet capelle de Bulteford, et manerium de Maydenwinterburne cum ecclesia et dimidia hyda terre cum decimis adjacentibus; et manerium de Alletona cum decima de dominio et medietate decime rusticorum; et manerium de Chelestanestona cum decima ejusdem manerii; et manerium de Northwinterburna quod adjacet predicte ecclesie; et manerium de Kennetebyri cum ecclesia et omnibus decimis totius manerii; et capellam de Deneforda cum omnibus decimis; et decimam de Ingafloda et Godingeflode cum omni

[a] dicte *a.* — [b] poterint *a.* — [c] et *a.*

jure parochiali; et decimam de Hamstede cum omni jure parochiali, que adjacet matri ecclesie de Kennettebyri; et manerium de Chaulea, et manerium de Falelea cum ecclesia ejusdem manerii; et decimam de Suthfalelea que adjacet matri ecclesie, et decimam de Roclea de dominio Templariorum; et ecclesiam de Ledecumba cum decimis et omnibus eidem ecclesie pertinentibus; et de redditu nemoris de Berrochia XX. solidos, et decimam pasnagii tam denariorum quam porcorum, et quot porcos ibi habere voluerint quietos[a] de pasnagio, et centum porcos in Cett., quietos de pasnagio, et totidem similiter quietos in Bentelleswod; et quatuor acras in Bescumba, duas scilicet de mangcorn et duas de avena, et quatuor agnos; et in Rothefen quinque acras bladi, et in Briggemareston duas acras, et in Cheldrington tres acras, et in Aldintona quatuor acras, et in Wyveleforde duas acras, et in Mildestona unam acram, et in Niwetona Johannis de Nevill unam acram et unum agnum; et decimam de Brimelham, et in Dauntesa tres solidos, et in Deverel Puellarum quinque caseos et quinque agnos; et in Hinedurnetona decimam de quinque virgatis terre, quam Robertus capellanus tenebat; et omnes alias terras et elemosinas quas habent vel habiture sunt; et quinque carettas errantes singulis diebus ad ligna deferenda ad predictum monasterium de Ambresberia, unam scilicet carrettam in bosco de Cett., et unam in Graveling, et unam in Wintereslawe, que pertinent ad Bercamstede, et unam in Bentelwoda, quam predictum monasterium de Ambresburia antiquitus habebat, et unam in bosco suo de Wallop, quod appellatur Boscum Regine. Quare volo et firmiter precipio quod predicte moniales et earum ministri et servientes omnes possessiones suas et elemosinas habeant et teneant, cum socha et sacha et teol et theam et infangenethef et utfangenethef, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietanciis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in stagnis et vivariis, in mariscis et piscariis, in grangiis et virgultis, infra burgum et extra, in omnibus locis et in omnibus rebus, solutas, liberas et quietas de schiris et hundredis, placitis et querelis, murdris et latrociniis, et de hamsoca et forstal, de wapentachiis et socagiis et hidagiis, geldis et denegeldis, horngeldis, fotgeldis et de essartis factis ante carte hujus confirmationem, anno scilicet Incarnationis Domini M° C° septuagesimo nono, et de assisis et donis et scothis et auxiliis et operationibus castellorum, domorum, wallorum, parcorum, vivariorum, pontium, fossorum (*sic*) et de ferdwyta et de hengwyta et flemmannisfritia et summagio et warpeny et averpeny et tethinpeny et hundredpeny et meskening et de blodwyta et fitewyta. Et sint in perpetuum quiete per totam terram meam citra mare et ultra mare, tam per terram quam per

[a] quietas *a*.

aquam, de thelonio et passagio, pontagio, tallagio, lestagio, stallagio, et de omni consuetudine, et de omnibus occasionibus que sunt vel esse possunt, et generaliter de omnibus rebus in omnibus modis que ad me vel ad heredes et successores meos pertinent vel pertinere possunt, excepta sola justicia mortis et membrorum. Prohibeo etiam, regia auctoritate a Deo mihi concessa, ne aliquis hominum, sive minister meus sive alius, in tota terra mea prefato monasterio vel ullis rebus ad ipsum pertinentibus molestiam sive injuriam vel contemuliam inferat, nec res vel jura sua nec nativos vel fugitivos suos vel catalla eorum detineat, nec homines venientes ad molendina sua ullo modo impediat, nec eas vel homines earum pro consuetudine aliqua vel servicio aut exactione vel pro aliqua causa disturbet de rebus suis, quas homines earum poterunt affidare suas esse proprias, nec de aliqua possessione sua in placitum ponantur nisi in presentia mea vel heredum meorum.

Testibus : Ricardo Cantuariensi archiepiscopo, Ricardo Wyntoniensi, Gaufrido Elyensi, Gilberto Londoniensi, Joscellino Saresberiensi, Bartholomeo Exoniensi, Rogero Wygornensi, Roberto Herefordensi, Johanne Norwycensi episcopis, magistro Waltero de Constancia, Ricardo thesaurario, Johanne Cumyn, comite Willelmo de Mandeville, comite Willelmo Saresberie, Ricardo de Lucy, Rogero Bygot, Ranulpho de Glaunvill[e], Thoma Basseth, Folqueyo Paynel, Roberto de Brucurth, Stephano de Thorron senescallo Andegavie, Roberto de Harecurt, Thoma Bard., Petro Filio Guydonis.

Apud Wyntoniam.

DXL

Delisle, n° 370.

1172-1173–1176 ou 1179. — Northampton.

Charte de sauvegarde pour les hommes de Cologne.

A. Original perdu.

a. Lappenberg, *Urkundliche Geschichte des Hansischen Stahlhofes zu London*, Urkunden, p. 3, n° 2, d'après un cartulaire de 1326. — *b.* Sir Travers Twiss, *The early charters granted by the kings of England to the merchants of Cologne*, London, 1881, p. 18, n° 2.

Souscription de Richard de Lucé, disgracié en 1176 (Introduction, p. 435), mort, sous l'habit religieux, en juillet 1179, à l'abbaye de Lesnes (comté de Kent), qu'il avait fondée en 1178. La pièce pourrait à la rigueur être de 1179, quoique ce soit improbable.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris suis Anglie, salutem.

Precipio vobis quod custodiatis et manuteneatis et protegatis homines et cives Colonienses sicut homines meos et amicos, et omnes res et mercaturas suas et possessiones, ita quod neque de domo sua Londoniensi neque de rebus neque de mercaturis suis aut aliquibus aliis ad eos spectantibus injuriam aliquam vel contumeliam eis faciatis neque fieri permittatis, quia [ipsi] et omnia sua sunt in custodia et protectione mea; et ideo firmam pacem habeant, faciendo rectas consuetudines suas; et nullas exigatis ab eis novas consuetudines vel rectitudines quas facere non debeant nec facere solebant. Et si quis super hoc maligne forifec[er]it, plenam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis.

Testibus : Ricardo de Luci, Willelmo Filio Aldelini dapifero.

Apud Norhampton[am].

DXLI

Delisle, n° 371.

1172-1173-1176 ou 1179. — Northampton.

Autorisation donnée aux hommes de Cologne de vendre leur vin [à Londres] au même prix que le vin français.

A. Original perdu.

a. Lappenberg, *Urkundliche Geschichte; etc.*, p. 4, n° 3, d'après un cartulaire de 1326. — *b.* Sir Travers Twiss, *The early charters, etc.*, p. 18, n° 1.

Cette pièce, souscrite par les mêmes témoins que la précédente, doit être de la même date.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, vicecomitibus et ballivis suis Lundonie, salutem.

Concedo ut homines Colonienses vendant vinum suum ad forum quo venditur vinum francigenum, scilicet sextarium pro III. denariis. Et ideo prohibeo ne ipsi inde disturbentur, nec aliquis super hoc injuriam eis faciat vel contumeliam.

Testibus : Ricardo de Luci et Willelmo Filio Aldelini dapifero.

Apud Norhampton[am].

DXLII

Delisle, n° 373.

Mai 1175–1176 ou 1179. — Westminster.

Ordre adressé aux barons de l'Échiquier, leur mandant de tenir les hommes des Hospitaliers, dans le comté d'Essex, quittes d'une somme de deux marcs d'argent.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, CC 13.

a. Delaville Le Roulx, *Cartulaire général des Hospitaliers*, t. I, p. 312, n° 452, d'après cette copie.

Deux témoins de cette pièce, Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, et Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, ont été sacrés le 6 octobre 1174, et à cette époque Henri II n'était pas en Angleterre; il n'y est revenu qu'en mai 1175, époque à laquelle on le trouve à Westminster (Eyton, p. 190). L'acte ne peut donc pas être antérieur à mai 1175. D'autre part, Richard de Lucé, qui l'a également souscrit, a été disgracié en 1176; la pièce n'est probablement pas postérieure à cette date, quoique Richard de Lucé soit mort seulement en 1179, à l'abbaye de Lesnes, qu'il avait fondée en 1178.

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, baronibus de Scaccario, salutem.

Pardono fratribus Hospitalis Jerusalem duas marcas argenti que exiguntur ab hominibus suis in Essex pro defectu, et prohibeo ne amodo ulla occasione exigatis ab eis vel terris vel hominibus suis aliquid quod ad denarios pertineat, quia clamo eos et terras et homines suos quietos per libertatem carte mee de omnibus que ad denarios pertinent, excepta sola justicia mortis et membrorum.

Testibus : R. Wintoniensi et G. Eliensi episcopis, et R. de Luci.

Apud Westmonasterium, ad Scaccarium.

DXLIII

Delisle, n° 374.

Mai 1175–1176 ou 1179. — Westminster.

Confirmation des donations faites aux lépreux de Saint-Lazare de Jérusalem.

A. Original perdu.

B. Copie de l'année 1352 ; Archives nationales, K 26, n° 21 A.

Souscriptions de Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, sacré le 6 octobre 1174, et de Richard de Lucé, disgracié en 1176, mort à l'abbaye de Lesnes en 1179. Le comte de Clare, R., qui figure également ici comme témoin, doit être Richard, fils du comte Roger qui mourut en 1173. Henri II n'étant rentré en Angleterre qu'en mai 1175 (Eyton, p. 190), la rédaction de l'acte se place entre les dates extrêmes de mai 1175 et 1176 ou 1179.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis tocius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse leprosis Sancti Lazari de Jerusalem omnes racionabiles donationes que facte sunt eis vel fient de terris et redditibus et aliis rebus. Quare volo et firmiter precipio quod ipsi habeant et teneant omnes donationes illas bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in ecclesiis, in terris et ....., in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in stannis et mariscis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eas pertinentibus, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : G. Eliensi episcopo, Ricardo de Luci, R. comite de Clare, comite Simone, Reginaldo de Cortenai, [Willelmo] de Lanvalaio (?), Randulfo de Glanvilla, Thoma Basset.

Apud Westmonasterium.

DXLIV

Delisle, n° 375.

Mai 1175–1176 ou 1179. — Winchester.

Confirmation de la donation que les ancêtres du comte de Bretagne Conan avaient faite du domaine de « Wat » à l'abbaye du Mont-Saint-Michel.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin ; Archives de la Manche, H, fonds du Mont-Saint-Michel (non répertorié). — Photographie.

B. Copie du XII^e^ s., dans le cartulaire du Mont-Saint-Michel ; Bibliothèque d'Avranches, ms. 210, fol. 117. — *C.* Copie d'après l'original, par Léchaudé d'Anisy ; Bibliothèque nationale, ms. latin 10072, fol. 46.

Eyton, p. 201. — Round, n° 756.

Souscriptions de Jean, évêque de Norwich depuis 1175, et de Richard de Lucé, disgracié en 1176, mort en 1179. Henri II, absent d'Angleterre à la fin de 1174, n'y est rentré qu'en mai 1175 (Eyton, p. 190); l'acte, daté de Winchester, ne peut donc pas être antérieur à mai 1175.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbati et conventui Sancti Michaelis in periculo maris Wat cum omnibus pertinentiis, quod antecessores comitis Conani eis rationabiliter dederunt et comes Conanus eis carta sua confirmavit. Et ideo volo et firmiter precipio quod predictus abbas et conventus habeant et teneant Wat cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in ecclesia et extra, in villa et extra, in terra arabili et non arabili, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illud pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carta comitis Conani quam inde habent testatur.

Testibus : R. archiepiscopo Cantuariensi, G. Eliensi, Johanne Norewicensi, R. Bathoniensi, B. Exoniensi episcopis, Gaufrido filio regis comite Britannie, Ricardo e Luci, Unfrido de Buhun constabulario, Willelmo Filio Aldelini dapifero, Willelmo de Sancto Johanne, Randulfo de Glanvilla, Willelmo Filio Radulfi.

Apud Wintoniam.

DXLV

Delisle, n° 372.

Fin de 1175–1176 ou 1179. — Northampton.

Charte pour les religieux de Grammont établis à Bois-Rahier.

A. Original perdu.

B. Copie d'après un registre de la Chambre des Comptes; Bibliothèque nationale, ms. latin 9067, fol. 287. — *C.* Vidimus de Charles VII, inséré dans des lettres de Louis XI, en novembre 1461; Archives nationales, JJ 198, n° 56; texte très incorrect, mais présentant un certain nombre de variantes utiles; nous nous en servons pour corriger autant que possible la copie faite d'après le registre de la Chambre des Comptes. — *D.* Copie du xvi[e] s., Bibliothèque nationale, Dupuy 222, fol. 87 (de Saint Gatien de Tours). Indiquée par M. de Font-Réaulx.

a. Martène, *Thesaurus Anecdotorum*, t. I, col. 572. — *b.* Eugène Vallée, *Cartulaire de Château-du-Loir*, p. 47.

Cette pièce porte la souscription de Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, sacré le 6 octobre 1174, et celle de Jean, évêque de Norwich (fin de 1175-1200). Elle a également pour témoin Richard de Lucé, mort en 1179; elle ne peut en tout cas pas être postérieure à 1179; Richard de Lucé a été disgracié en 1176.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum [a], dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis, seneschallis, prepositis et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis nos [b], intuitu Dei et pro salute anime mee [c] et animarum omnium [d] antecessorum et successorum meorum [e], et pro stabilitate regni mei [f], dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse Deo et Beate Marie et fratribus Grandimontensis ordinis locum de Bosco Raherii et totam terram et totum nemus, sicut exteriora fossata ipsorum undique concludunt, dividunt et distingunt, ad utendum [g] pro voluntate sua, et quicquid eis placuerit faciendum, ita quod in predictis, scilicet terra et nemore, nullam justiciam nec aliquod dominium nec aliquid juris nobis vel heredibus nostris, vel etiam successoribus nostris retinemus. Dedimus etiam et concessimus fratribus supradictis per totam forestam nostram de Bosco Ogerii prope Lochas, et per totam forestam nostram de Caynone, et per totam forestam nostram [de] Brussennayo [h], usuagium [i] suum, ita quod dicti fratres in dictis forestis, cum omnibus deffensis [j] earumdem factis vel faciendis, a nobis vel successoribus nostris indifferenter [k] capiant et explectent [l] quidquid ad usum et edificationem ipsorum et domorum suarum et omnium pertinentiarum suarum [m] viderint expedire. Dedimus etiam et concessimus dictis [n] fratribus in dicto loco habitantibus trecentas libras Andegavensium, singulis annis percipiendas et habendas, scilicet apud Lochas de foagio [o] nostro centum libras ad Assumptionem Beate Marie, et apud Turones de firma nostra centum libras, scilicet quinquaginta [p] libras ad festum Penthecostes et alias quinquaginta libras [q] ad festum Omnium Sanctorum, et apud Caynonem de firma nostra quinquaginta libras, scilicet XXV. libras [r] ad Penthecosten et XXV.

[a] Anglie, etc. *C.* — [b] *Il faudrait* me, *mais les copistes de B et C ont presque partout mis la forme du pluriel*, nos, nostre, *etc.* — [c] nostre *C.* — [d] omnium *omis dans C.* — [e] nostrorum *C.* — [f] nostri *C.* — [g] utentum *C.* — [h] de Brussennayo *C*; Buissenvaux *B b.* — [i] usagium *C.* — [j] et in omnibus decessis *C.* — [k] *ce mot omis dans la copie B.* — [l] expleant *B*; explectent *C.* — [m] pertinencium suorum *C.* — [n] predictis *C.* — [o] forragio C. — [p] *ce chiffre omis dans C.* — [q] libras *omis dans C.* — [r] libras *omis dans C.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

ad festum Omnium Sanctorum, et apud Maietum [a] de censibus nostris XXX. libras ad festum Beati Martini hyemalis. Preterea dedimus fratribus supradictis minagium Caynonis, et totum dominicum nemus nostrum [b] in Esplanta desuper ponte Beucasii [c] cum fundo et bera [d], et quidquid juris et dominii in eisdem habebamus, ita quod in predictis, scilicet minagio, nemore et bera, nullam justitiam nec aliquod dominium nec aliquid juris [e] nobis vel successoribus nostris retinemus. Dedimus etiam et concessimus predictis fratribus duos homines apud Turon[es], et unum apud Montem Basonis [f], et [g] alterum apud Cormeriacum [h], successive, liberos et immunes in toto regno nostro, tam in aqua quam in terra, ab omnibus coustumis et exactionibus ad nos et heredes et successores nostros spectantibus [i], scilicet tailliagio, pontagio, teloneo [j], passagio, pasnagio, minagio [k], fossagio, exercitu et equitatu et omnibus aliis exactionibus, cujuscunque sint generis [l]. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti fratres dictas elemosinas nostras, expresse superius nominatas, habeant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, sicut eas eisdem dedimus et presenti carta confirmamus [m]. Modis etiam omnibus prohibemus ne quis successorum nostrorum filius aut heres [n], baillivus, serviens, prepositus, minister vel aliquis alius hiis elemosinis nostris sive donationibus, eas subtrahendo vel auferendo, vel minuendo aut detinendo, vexando vel disturbando [o] vel commutando [p], vel aliquo [q] modo alio contraire presumat. Et si quis eas in [r] aliquo infringere aut perturbare attemptaverit, omnipotentis Dei et beate Marie et omnium sanctorum indignationem et gravissimam in die magni judicii sentiat ultionem [s], ac nostram simul censuram et [t] maledictionem incurrat [u].

Testibus [v] : Ricardo Cantuariensi archiepiscopo, Rogero Eboracensi archiepiscopo, R. Wintoniensi, G. Eliensi, J. Norwicensi episcopis, Richardo de Luci, Alberico comite de Clara, Willelmo comite Arondelle [x], Waltero Filio A[l]del[ini], dapifero [y], Th. filio Bern. [z], Michaele Belet, Willelmo de Bendengis.

Apud Northamptonam [a].

[a] Maetum *C.* — [b] *Sic C;* dominium meum nostrum *B.* — [c] de ponte Becan *C.* — [d] beram *C.* — [e] vel aliquid nostri *C.* — [f] Bastonis *B;* Barsonis *C.* — [g] et *omis dans C.* — [h] Cormeriatum *C;* Verneracum *B b.* — [i] sive successoribus nostris *C.* — [j] temolo *C.* — [k] mignagio *C.* — [l] generis *C;* consequencie *B.* — [m] confirmavimus *B.* — [n] heredes *C.* — [o] disturbando *C;* distribuendo *B.* — [p] mutando *C.* — [q] aliquod *C.* — [r] modo aliquo *C.* — [s] ulcionem *C; omis dans B.* — [t] censuram et *omis dans C.* — [u] incurrat et habeat *B.* — [v] Test. Ric. Cant. *C;* testes Radulphus *B; et les cinq noms suivants sont au nominatif, tandis que dans C ils sont à l'ablatif.* — [x] Winclo. com. Arundell. *C.* — [y] Waltero filio Roberti fil. Ardell. dapifero *C.* — [z] Arch. filio Bern. *C.* — [a] Norhanteron *C.*

DXLVI

Delisle, n° 374 A.

Du 29 août 1176 à 1179. — Westminster.

Confirmation d'un accord conclu entre l'évêque d'Ely et les Templiers, en présence de Geoffroi, comte de Bretagne.

A. Original scellé sur cordonnet; Ely, charter 12. — Photographie du Rév. Salter n° 95.

a. Monasticon Anglicanum, t. I, p. 485.

Cette lettre de Henri II se réfère à l'accord conclu entre l'évêque d'Ely et les Templiers en date du 29 août 1176, et publié dans le *Monasticon Anglicanum*, t. I, p. 484; on est donc autorisé à la considérer comme postérieure au 29 août 1176. Elle porte la souscription de Richard de Lucé, qui a été disgracié en 1176 et est mort en 1179. — En réalité, il est très probable que l'acte est de 1176, ainsi que M. Delisle l'a établi (Introduction, p. 557), d'après une communication de M. le marquis d'Albon.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse prece et peticione G. Elyensis episcopi et prioris et conventus ejusdem loci, et fratrum milicie Templi Salomonis de Jerusalem, conventionem factam inter eos de Daneia et Elmeneia cum pertinentiis, hanc scilicet quod predicti fratres Templi teneant duas partes de Elmeneia cum terra quam Robertus camerarius com[itis] Richemont[is] donavit in villa de Beche ecclesie Sancti Jacobi et Sancti Leonardi de Daneia in presentia domini Nigelli episcopi pro salute anime sue et antecessorum suorum quando locus ille ab eodem Nigello episcopo fuit consecratus, videlicet IX. acras, in unoquoque campo III, et unum curtillagium, libere et quiete, et sine omni consuetudine tenend[as]. Et predicti fratres Templi tenere debent illud masagium quod tenuit Godricus filius Rafridi Brit[onis] cum tota terra quam ipse tenuit in campis, que se defendit pro dimidia virgata, et nonam garbam de Wilburgeham et de Wendeia, de dominico, quam predictus Robertus supradicte ecclesie Sancti Jacobi et Sancti Leonardi dedit, et ecclesiam de Wendeia et omnia pertinentia ejusdem ecclesie. Tenere etiam debent

ecclesias terre Roberti quando vacabunt, scilicet de Wendeia et de Wilburgeham et de Kirkebi, et IIII. acras et dimidiam in insula de Daneia, quas Albericus Picot dedit jam dicte ecclesie Sancti Jacobi et Sancti Leonardi, remanente nichilominus ad usum ejusdem ecclesie insula de Elmeneia, cum terra quam Henricus pater predicti Alberici donaverat eidem ecclesie in villa de Beche, videlicet cum VI. acris, scilicet II. acris in unoquoque campo et uno curtillagio. Hec autem predicta que prefati donatores sepedicte ecclesie Sancti Jacobi et Sancti Leonardi de Daneia caritative contulerunt et cartis suis confirmaverunt, et que comes Conanus Richemont[is] ad feodum suum pertinentia carta sua similiter confirmavit, tenebunt sepedicti fratres Templi in perpetuum de ecclesia Elyensi et conventu per inter eos factam inde conventionem, scilicet quod Ricardus de Hasting[is], magister et custos rerum quas domus Templi Salomonis habet in regno Anglie, et successores ejus in eadem amministratione, et fratres ejus solvent annuatim ecclesie Elyensi et conventui IIII. marcas, scilicet duas marcas ad festum Sancti Michaelis, et reliquas duas ad festum Sancti Botulfi, assignatas ad hospitalitatem exibendam in duabus festivitatibus Sancte Etheldrid[e]. Et si quis adversus predictos fratres Templi super hiis predictis omnibus in causam processerit, stare debent cum eis prior et conventus Elyensis ad propriam expensam suam in episcopatu Elyensi, et extra episcopatum ad fratrum expensam. Hanc autem conventionem inter eos factam concedo et confirmo sicut carta G. Elyensis episcopi confirmat.

Testibus : G. Lundoniensi episcopo, Ricardo thesaurario, Gaufrido filio regis comite Brit[annie], Ricardo de Luci, Willelmo de Vesci, Hugone de Gund[evilla], Hugone de Creissi, Bertr[anno] de Verd[uno], Radulfo Filio Stephani.

Apud Westmonasterium.

DXLVII

Delisle, n° 376.

1179? — Winchester.

Confirmation d'une donation de terre que Robert de Fay avait faite à Guillaume de Mandeville.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de Silli; Bibliothèque nationale, ms. latin 11059, fol. 26.

Round, n° 686.

L'itinéraire du Rév. Eyton nous apprend (p. 226) qu'en 1179 Henri II passa la fête de Pâques (1er avril) à Winchester, et qu'aussitôt après il envoya en Bretagne son fils Geoffroi. La présente pièce, datée de Winchester, est souscrite par Geoffroi, comte de Bretagne; la date de 1179 est donc très probable, sinon certaine.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse comiti Willelmo de Maundevilla totam terram[1] quam Robertus de Fay ei rationabiliter dedit, a vico de Jumes usque ad boscum de Muntorme, et usque ad feodum de la Bellere, sicut carta ejus testatur. Preterea concedo et confirmo eidem comiti Willelmo de Maundevilla totam terram quam Nicholaus de Bel Altel rationabiliter ei vendidit, a foresta Wale usque ad terram de Monte Turmi, et usque ad terram que vocatur le Val Enard, sicut carta ejus testatur. Quare volo et firmiter precipio quod ipse et heredes sui habeant et teneant easdem terras libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte eorumdem testantur.

Testibus : Gaufrido comite Britannie, Willelmo comite de Gloecestria, Roberto comite Leegrecestrie, Richardo de Aufay, Gaufrido de Sai, Widone de Sancto Walerico, Simone de Bello Campo, Hugone Talebot, Gilleberto de Ver.

Apud Wintoniam.

DXLVIII

Delisle, n° 469.

1172-1173–1180. — Barfleur.

Confirmation des donations faites aux lépreux de Bolleville par Richard de la Haie et Gaillaume d'Écausseville.

A. Original perdu.

[1] La charte est intitulée dans le cartulaire de l'abbaye de Silli : « Confirmacio possessionum quas habemus apud Blanc Fossé. »

B. Copie du xv^e^ s. dans le cartulaire de la léproserie de Bolleville; British Museum, Additional ms. 17307, fol. 2 v°. — *C.* Copie de ce cartulaire; Bibliothèque nationale, nouv. acq. fr., 4162.

Cette pièce, à la table, porte la date : 1186? — Elle a été souscrite par Simon de Tournebu, au sujet duquel M. Delisle s'exprime ainsi dans son Introduction, p. 458 : « Il fut rendu compte à l'Échiquier de 1180 du produit de la vente des biens meubles de Simon de Tournebu, ce qui permet de croire qu'il venait de mourir. » C'est sur la foi de cette allégation, et en tenant compte de la formule *Dei gratia*, que nous adoptons la date 1172-1173–1180.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse leprosis de Bollevilla quicquid Ricardus de Haya et Willelmus de Escaulavilla rationabiliter dederunt eis in elemosinam, sicut carte quas inde habent testantur. Quare volo et firmiter precipio quod idem leprosi omnia illa habeant et teneant in perpetuam elemosinam bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in terris et bladis et nundinis et decimis et pellibus arietum et pasnagiis porcorum suorum et nutrimentis eorum, et in lignis domui illorum ad ignem et ad maisremium, et in procurationibus et in ferratura et prebenda caballi sui et in omnibus aliis rebus, sicut in elemosinam eis dederunt, et sicut carte quas inde habent et hec carta mea testatur.

Testibus : Henrico Baiocensi episcopo, Simone de Turnebu, Gaufrido de Say, Willelmo de Glandevilla, Gerardo de Canvilla.

Apud Barbefl[uvium].

DXLIX

Delisle, n° 377.

1180. — Caen.

Confirmation de la charge de connétable à Guillaume du Hommet.

A. Original endommagé, autrefois scellé sur cordonnet; Archives du Calvados, fonds d'Aunai, H 668. — Photographie.

B. Copie du xiii^e^ s.; Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, DD n° 1. — Photographie.

C. Copie du commencement du xiii^e^ s., aux Archives nationales, dans le registre de Philippe Auguste, JJ 26, fol. 220 (registre coté E par M. Delisle). — *D.* Autre copie, aux Archives

nationales, dans le registre de Philippe Auguste JJ 7-8 (Reg. C de M. Delisle), fol. 128 v°. — *E.* Autre copie, à la Bibliothèque nationale, dans le registre de Philippe Auguste ms. latin 9778, fol. 174 v° (Registre F de M. Delisle). — *F.* Autre copie du XIV^e^ s., aux Archives nationales, dans le registre de Philippe Auguste JJ 23 (Reg. D de M. Delisle, fol. VIII^xx^ XI v° (171 verso) col. 1. — *G.* Vidimus du 15 août 1299, joint à l'original (*A*) et pouvant aider à le compléter; Archives du Calvados, H 668. — *H.* Copie d'après une pièce des Archives du Calvados, Bibliothèque nationale, ms. latin 10063, fol. 133.

a. La Roque, *Histoire de la maison de Harcourt*, t. IV, p. 1475. — *b.* Rymer, *Fœdera*, nouvelle édition, t. I, pars 1, p. 43.

Eyton, p. 233, d'après les *Cartæ Antiquæ*, DD. — Round, n° 532.

Nous établissons ce texte d'après l'original conservé aux Archives du Calvados, en restituant les parties qui n'existent plus à l'original au moyen de la copie des *Cartæ Antiquæ;* les passages ainsi restitués sont entre crochets dans notre édition.

C'est en 1179 que le connétable Richard du Hommet mourut et que son fils Guillaume lui succéda dans sa charge (Introduction, p. 485). Cependant l'acte de confirmation de la charge a été passé à Caen, et Henri II n'est arrivé en Normandie que vers le 6 avril 1180. Le Rév. Eyton met la rédaction de cet acte en juillet 1180.

[H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum] et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, [comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris] et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presen[ti carta confirmasse Willelmo] de Humetis constabulariam meam, quam Ricardus de Humetis, pater suus, h[abebat de me, sibi et heredi]bus suis tenendam de me et de heredibus meis in feodo et heredita[te. Concedo etiam eidem Willelmo et] confirmo omnia subscripta, que prefato patri suo concessi et dedi pro [servitio suo et cartis meis] confirmavi, sibi et heredibus suis in feodo et hereditate tenenda, videlicet : [Stanford., cum omnibus] pertinentiis castelli et burgi, que ibi habebam. Dono etiam eis et confirmo Ketene[a] cum pertinentiis suis, et Dudintonam[b] cum pertinentiis suis et de feodo comitis Giffardi Risenbergam[c] et Siringeham, et terram de Waddona[d] et de Wichendona[e] in Northfolc; et in Normannia Meisi[f] et haiham de la Lutemiere et terram de Appelgard.[g], cum incremento quod ei addidi, et cum omnibus pertinentiis predictarum terrarum, tenenda in feodo et hereditate sibi et heredibus suis de me et heredibus meis. Quare volo et firmiter precipio quod idem Willelmus et heredes sui post eum

[a] Kathen. *C.* — [b] Dodintonam *C.* — [c] Risinbergam *B.* — [d] Wahdon *C.* — [e] Winchendon. *C.* — [f] Meysi *C.* — [g] Apegahrt *C.*

constabulariam meam et omnia predicta habeant et teneant de me et heredibus meis bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in viis et semitis et in omnibus aliis locis et in aliis rebus ad ea pertinentibus et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : R. Wintoniensi et H. Baiocensi episcopis, Nicolao capellano, Waltero F[ilio Ro]berti, Rannulfo de Glanvilla, Hugone de Creissi, Fulkone Paienello, Bertramno de Verdumo, Ricardo Giffard, Roberto de Stutevilla, Gilleberto Pipard.

Apud Cadomum.

DL

Delisle, n° 378.

28 juin 1180. — Entre Gisors et Trie.

Traité entre Philippe Auguste et Henri II.

A. Original perdu.

a. Gesta regis Henrici secundi, éd. Stubbs, t. I, p. 247. — *b.* Rymer, *Fœdera*, nouv. édit., t. I, pars 1, p. 36. — *c. Recueil des Historiens de France*, t. XVII, p. 440. — *d.* Roger de Howden, éd. Stubbs, t. II, p. 198. — *e.* Résumé, avec la date, dans Raoul de Diceto, éd. Stubbs, t. II, p. 6.

Ego[a] Philippus, Dei gratia rex Francorum, et ego Henricus, eadem gratia rex Anglorum, volumus ad omnium tam presentium quam futurorum pervenire notitiam quod fedus et amicitiam fide media et sacramento innovavimus, quam dominus meus Lodowicus, rex Francorum, et ego Henricus firmaveramus inter nos apud Iveri[b], in presentia Petri, tituli Sancti Chrysogoni presbyteri cardinalis, Apostolicæ Sedis legati, et Ricardi Wintoniensis episcopi, et aliorum plurimorum episcoporum, comitum et baronum qui aderant, videlicet quod sic sumus et amodo volumus esse amici, quod uterque nostrum alteri observabit vitam et membra et terrenum honorem suum contra omnes homines pro posse suo. Et si quecunque persona alteri

[a] *Nous suivons, pour l'établissement de cette pièce, le texte des* Gesta. — [b] apud Iveri *c*; coram [Iveri] *a*.

nostrum malum facere presumpserit, ego Henricus juvabo Philippum regem Francie dominum meum contra omnes homines pro posse meo. Et ego Philippus juvabo Henricum regem Anglie contra omnes homines pro posse meo, sicut hominem fidelem meum, salva fide quam debemus hominibus nostris quamdiu ipsi nobis fidem servabunt. Et neuter nostrum amodo retinebit inimicum alterius in terra sua, ex quo inde requisitus fuerit. Et ut inter nos tollatur omnis materia discordie, concessimus ad invicem quod de terris et possessionibus nostris et omnibus aliis rebus quas modo habemus alter adversus alterum nihil amodo petet, excepto eo de Alvernia unde contentio inter nos est, et excepto feodo de Castro Radulfi, et exceptis feodis minutis et divisis terrarum nostrarum de Berri, si homines nostri aliquid interceperint inter se vel adversus alterum nostrum. Si autem super his, que superius excepta sunt, per nosmet ipsos convenire non poterimus, ego rex Francorum elegi tres episcopos, Claremontensem, Nivernensem, Trecensem, et tres barones, comitem Teobaldum et comitem Robertum et Petrum de Curtenai, patruos meos, et ego Henricus rex Anglie elegi tres episcopos, Willelmum Cenomannensem, Petrum Petragoricensem, Robertum Namnetensem, et tres barones, Mauricium de Croun, Willelmum Maingot, Petrum de Monte Rabel, ex parte mea, qui inquisita veritate hinc inde, tam per se ipsos quam per juramenta hominum terrarum illarum, predicti episcopi in verbo veritatis asserent, et laici jurabunt, quod quicquid cognoverint de jure alterius nostrum esse, hoc inter nos dicent, et nos eorum dicto bona fide firmiter stabimus. Si vero omnes illi episcopi quos ego Philippus elegi interesse non poterunt, nihilominus stabimus dicto illorum duorum qui intererunt. Et si omnes barones ex parte mea nominati non intererunt, pro eo non remanebit quin stemus dicto illorum duorum qui intererunt. Et similiter de illis quos ego Henricus elegi, tam de episcopis quam de baronibus. Juravimus etiam quod nullum malum faceremus eis propter hoc, quod veritatem dixerint. Et si forte, quod Deus avertat, inter nos de terris nostris aliqua querela oriatur, per eosdem bona fide, et sine malo ingenio, sine dilatione terminetur. Si autem aliqua predictarum personarum [interim] mortua fuerit, altera loco ipsius substituatur. Si vero alter nostrum iter peregrinationis arripere voluerit, alter qui remanebit terram illius qui in peregrinatione erit, et homines, sicut sua propria dominica fideliter custodiet et manutenebit et defendet contra omnes homines, sicut ego Philippus defenderem civitatem meam Parisius, si esset obsessa, et sicut ego Henricus defenderem civitatem meam Rothomagum, si esset obsessa. Ego autem Philippus volo quod omnes mercatores tam clerici quam laici de terra Henrici regis Anglie, cum omnibus rebus suis, securi sint et pacem habeant per omnes terras meas; et ego Henricus similiter volo. Hec autem supradicta omnia nos observaturos et fide et sacramento promisimus. Jura-

IMPRIMERIE NATIONALE

verunt etiam de precepto nostro homines nostri post nos, quod bona fide consulent nobis ad observandum quod juravimus, nec consilium prestabunt quominus observetur [1].

DLI

Delisle, n° 379.

Vers 1180. — Valognes.

Confirmation de l'accord conclu entre l'abbaye de Savigni et Geoffroi de Montfort au sujet des églises de Quettreville et de Gouville.

A. Original autrefois scellé sur double queue; Archives de la Manche, H, fonds de Savigni (non classé). — PHOTOGRAPHIE.

B. Très ancienne copie dans le cartulaire de Savigni; Archives de la Manche, H non coté, pièce 150. — *C.* Ancienne copie incomplète; Archives de la Manche, fonds de Savigny, rôle des chartes de l'église de Quettreville, pièce 1.

Round, n° 834.

Le connétable Honfroi de Bohon, témoin de cet acte, mourut en 1182, au dire de Robert de Torigni (Introduction, p. 385). D'autre part, il est établi (Eyton, p. 233 et 235) que Henri II a passé à Valognes dans l'été de 1180. La date : vers 1180 peut donc être adoptée sous toutes réserves.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me ad petitionem conventus de Savingni et abbatis ejusdem loci et Gaufridi de Mumfort, salvo jure Constanciensis ecclesie, concessisse et presenti carta mea confirmasse conventionem que facta est inter ipsum abbatem et monachos de Savingni et predictum Gaufridum de ecclesiis de Ketivilla et de Goevilla, de quibus

[1] L'acte n'est pas daté dans le texte des *Gesta*, mais, dans le résumé qu'en donne Raoul de Diceto, il est suivi de la mention : « Acta sunt hec IIII^to^ kalendas julii, inter Gisortium et Triam. » Cette date a été transcrite, dans les *Fœdera* de Rymer (nouv. éd., t. I, pars 1, p. 36), à la suite du texte emprunté à Roger de Howden.

controversia erat inter eos coram justiciis meis, scilicet quod abbas et conventus presentationem ecclesie de Goevilla in perpetuum possidebunt, Gaufridus vero et heredes sui presentationem ecclesie de Ketevilla in perpetuum habebunt. In utraque autem parochia predictarum ecclesiarum percipient ipsi monachi unam medietatem omnium decimarum, frugum scilicet, leguminum, lini, cannabi, animalium, fructuum et lanarum. In partem siquidem predicti Gaufridi et heredum suorum cedet altera medietas, salvis tamen in decima de Goevilla XX. quartariis ordei Exaquensis monasterii, qui de communi annuatim reddentur. Persone etiam et vicarii utriusque ecclesie coram episcopo aut clero Constanciensi juramento firmabunt se tam ipsis monachis quam prenominato Gaufrido et heredibus suis jus suum in his omnibus fideliter observaturos. Decimatores etiam tam monachorum quam Gaufridi et heredum suorum affidabunt quod jamdictas decimas fideliter congregabunt in loco quodam ex assensu utriusque partis assingnato, ibique in duas equas partes predicte decime dividentur, earumque medietatem unam monachi, et Gaufridus ejusque heredes alteram quo voluerint deportabunt. Si autem ipse Gaufridus aut heredes sui divina inspirante gratia jus suum ecclesie de Ketilvilla et predictarum decimarum utriusque parochie alicui ecclesie aut alicui religioni dare voluerint, illud dabunt monasterio de Savingni, et nulli alii. Prior vero de Savingni et plures ejusdem loci fratres in verbo veritatis promiserunt se pactum hoc fideliter servaturos et a suis firmiter servari facturos. Gaufridus similiter assensu Gervasie uxoris sue et liberorum suorum, Radulfi scilicet et Willelmi, Rollandi, Eudonis, Matildis et Amicie, in manu Petri Redonensis archidiaconi affidavit se hanc compositionem fideliter servaturum et a suis firmiter servari facturum. Preterea si ipsi monachi aut Gaufridus vel aliquis heredum suorum cartas inde vel privilegia aut alia instrumenta habuerint, huic compositioni non obstabunt. Persona siquidem vel vicarius monachorum de ecclesia de Goevilla jura episcopalia de ipsa ecclesia reddet; persona vero Gaufridi et heredum suorum jura episcopalia de ecclesia de Ketilvilla persolvet. Quare volo et firmiter precipio quod prescripta compositio stabilis et rata permaneat, sicut inter prenominatos abbatem et monachos et Gaufridum facta est, et firmiter et inconcusse teneatur, sicut carte illorum testantur.

Testibus : Hunfredo de Bohuno constabulario, Hugone de Creissi, Roberto de Stuttevilla, Gilberto Pipardo, Roberto de Briwecurt, Gerardo de Camvilla, Thoma de Hastingis, Ricardo de Camvilla, Osberto de Hosa, Hamone Pincerna.

Apud Valoignias [a].

[a] *et non* : Valoigniam. *La lettre* s, *recourbée et couchée sur la ligne, ressemble de loin à un* m, *mais est pourtant reconnaissable.*

DLII

Delisle, n° 379 A.

Vers 1180?

Confirmation des biens de l'abbaye de Hambie.

A. Original mutilé; Archives de la Manche, fonds de l'abbaye de Hambye; H, supplément. La pièce est à moitié détruite, rongée par l'humidité. Il manque, au commencement des lignes, la valeur d'une vingtaine de lettres, et davantage en comptant les lettres représentées par des abréviations.

Cette pièce porte à la table la date : vers 1180. Elle est mutilée, la date de lieu n'est plus lisible, et nous n'y trouvons aucun élément chronologique. C'est sous toutes réserves, et sans rien pouvoir affirmer, que nous lui laissons la date : vers 1180, qui lui a été assignée par M. Delisle.

[H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et] Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, [baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus minis]tris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta [confirmasse ecclesie] Sancte Marie de Hambeia et monachis ibidem Deo servientibus subscriptas ra.....[donationes], cartis donatorum confirmatas. Ex dono Willelmi Painelli centum solidos..... et ..... pletona (?) [et] Camefort, et in Burguebus sexaginta solidos,..... habendos et recipiendos in termino festi Sancti Michaelis, donec ..... assignaretur in terris vel ecclesiis quas, sicut carta ipsius Willelmi tes[tatur,]..... promissionum quas fecerat eis Fulco pater suus, de ..... suis in ..... decimam frumenti et avene terre ipsius Willelmi de Costentino (?) ..... in foro de Brahal, et in Hambeia decimam arietum et medietatem lane (?) ..... Haia decimam censuum et fori et feirie ..... decimam anguillarum que capientur in vivari[o] ..... pertinentiis, et terram que fuit Roberti capellani, et decimam omnium ..... in Normannia et in Anglia. Ex dono Lethoiline de Suligneio, consensu ..... marcas argenti annuatim habendas in manerio suo de Ouctona, et decimam f..... ola et de Soligni et de Toeio, salvo jure in omnibus ecclesi..... eam suam de Chamburra, de emptione patris sui, secundum quod in carta..... precipio quod predicta ecclesia Sancte Marie de Hambeia et monachi in ea Deo [servientes..... teneant.....in] perpetua elemosina bene et in pace, libere et quiete, [integre et plenarie et hono-

rifice, sicut donatores] ea ipsis dederunt, et sicut eorumdem donatorum carte [testantur.]

[Testibus :] ..... Constanciensi, ... archidiacono, Willelmo Painel, Abrincensi archidiacono, ... tol ..... dapifero, Hugone Bardulf[i].

(a)..... 5

DLIII

Delisle, n° 379 B.

Vers 1180?

Requête adressée à Henri II par Guillaume, Fils de Jean, « de Westona », pour le prier de confirmer aux chanoines de Bruton l'église de Manneville et la chapelle de Sainte-Ergoueffe. 10

A. Original perdu, indiqué à la table comme se trouvant aux Archives du Calvados; cette pièce n'a pas été retrouvée; elle n'existe pas dans le fonds de Troarn.

B. Cartulaire de Troarn; Bibliothèque nationale, ms. latin 10086, fol. 215 v°.

Nous n'avons pas pu retrouver les raisons pour lesquelles cette pièce a reçu, à la table, la date : vers 1180; on peut adopter cette date, mais sous toutes réserves. 15

Domino illustri et invicto Henrico, Dei gratia regi Angl[ie] et duci Normanie et Anquitanie et comiti Andegavie, Willelmus Filius Johannis, de Westona, salutem et quod servus domino.

Divina inspiratione preventus, viris religiosis canonicis de Briweton[a] ecclesiam 20 de Mannevilla cum omnibus ad eandem pertinentibus pro salute anime nostre et corporis et pro salute mea et amicorum meorum in perpetuam et liberam elemosinam concessi et in quantum ad me pertinet dedi, et capellam Sancte Ragovefe virginis et unum vavassorium terre in Sorteinvilla et totum dominium meum in eadem villa, scilicet terram in qua fuit vinea et unum bordagium et XIIII. sextaria frumenti 25 in Siccavilla. Confidens itaque de innata vobis clementia genibus majestati[s] vestre supplico ut predictam elemosinam pro Dei amore et religionis gratia predictis canonicis confirmare dignemini et protegere. Valete.

(a) *La date est effacée.*

DLIV

Delisle, n° 379 C.

Vers 1180? — Chinon.

Confirmation de donations faites en Angleterre aux Prémontrés de « Sweinesby » par Walleran, fils de Robert.

A. Original perdu.

B. Copie au Public Record Office, Charter Rolls, 22e année d'Édouard III, utilisée par *a.*

a. Monasticon Anglicanum, t. VI, vol. II, p. 920; d'après *B.*

L'itinéraire d'Eyton mentionne des séjours de Henri II à Chinon, vers avril 1180 (p. 232), et à Pâques de 1181 (p. 239). A part ce fait, nous ne voyons pas les raisons pour lesquelles cette pièce a reçu à la table la date : vers 1180; cette date n'est conservée ici que sous toutes réserves.

Henricus, Dei gratia rex Anglie, et dux Norm., et Aquit., et comes Andeg., archiepiscopis, etc., salutem.

Sciatis me, ad petitionem Walleranni Filii Roberti, concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancte Marie de Sweinesby, et canonicis regularibus Premonstratensis ordinis ibidem Deo servientibus, subscriptas donationes, quas ipse Wallerannus eis fecit, scilicet : ecclesiam de Covreham cum pertinentiis, et terram de Sweinesby cum pertinentiis, et XVI. acras terre in Ketelewelle, et pasturam ibidem mille ovibus, XL. animalibus, et duas garbas decime de dominico suo in Hederseta et in Pikeham, et tres carucatas terre, de acato matris sue, in Textonâ, cum pertinentiis suis, et duas bovatas terre, similiter de acato matris sue, in Niewebighinge, cum pertinentiis suis, que eis dedit et carta sua confirmavit. Preterea concedo eis et confirmo omnes rationabiles donationes que eis fient[a], secundum quod in cartis donatorum continebitur. Quare volo, etc.

Testibus : Willelmo decano Moretonie, Radulpho archidiacono Colcestrie, Willelmo comite Arondellie, Ranulpho de Glanvilla, Gilleberto Filio Remfridi dapifero, Radulfo Filio Stephani[b], Theod. Walteri, Stephano de Turneham, Gilleberto de Aumari, Henrico de Cornhulle.

Apud Chinonem.

[a] fiant *a.* — [b] Staphani *a.*

DLV

Delisle, n° 379 D.

Vers 1180?

Lettre écrite, conformément aux ordres du roi, par Étienne, sénéchal d'Anjou, à l'évêque de Bath et à Renouf de Glanville, pour qu'ils contraignent Gautier de Mayenne à rendre au prieuré de Mayenne une dîme que son père Juhel lui avait donnée.

A. Original perdu.

B. Copie d'un Bénédictin, prise aux Archives de Marmoutier; Bibliothèque nationale, ms. latin 12679, fol. 177 v°.

La date : vers 1180, donnée par M. Delisle, reste incertaine.

Venerabili episcopo de Bat[honia][a] et Randulfo de Glamvilla, dominis suis et amicis charissimis, Stephanus, [senescallus] Andegavensis, salutem et dilectionis integritatem.

Vestre notifico excellentie quod ego addidici in rei veritate, per chartam suam, et per vivas voces legitimorum testium, patere quod Juhellus de Meduana, pater Walterii de Meduana, dedit in eleemosyna prioratui Sancti Stephani de Meduana, pro anima sua et suorum antecessorum, decimam suarum C. librarum redditus in Anglia, et omnium suarum adquisitionum in Anglia, quam prior et monachi Sancti Stephani in tempore prenominati Juhelli et Gaufridi de Meduana, et etiam ipsius Walterii de Meduana, in pace habuerunt, ita quod domini prenominati inde suam faciebant voluntatem. Et quoniam idem Walterius de Meduana decimam illam priori prenominato et monachis diffortiat et reddere modo contradicit, et quoniam dominus rex inde ei multoties scripsit quod emendaret, et ipse renuit, et quoniam idem prior est amicus meus charissimus et dilectus, diligenter et affectuose vos deprecor et etiam instanter ammoneo et consulo quatinus priori de Meduana et monachis decimam suam rationabiliter restitui faciatis, sicut dominus rex inde vobis scribit et sicut eorum charta testatur. Et tantum pro amore Dei et rationis et justitie intuitu et prece mea et petitione faciatis, ut sentiant preces meas sibi profuisse, et ut inde vobis tenear magis obnoxius et devotus. Quidquid enim inde feceritis, Deo et mihi factum reputabo, et inde vobis reddam grates quamplurimas.

[a] Bam. *B*.

DLVI

Delisle, n° 380.

Vers 1180?

Charte de Guillaume, évêque du Mans, par laquelle, à la demande de Henri II, il attribue à l'église d'Ivrandes les biens vacants précédemment donnés par Guillaume de Traci à une maison de lépreux fondée à Couesmes.

A. Original perdu.

B. Copie du xv^e^ s., dans le cartulaire du prieuré du Plessis-Grimoult; Archives du Calvados, H non coté, t. II, fol. 1 r°, n° 880.

La date : «Vers 1180», a été donnée à cet acte par M. Delisle pour des raisons que nous n'avons pas retrouvées; c'est sous toutes réserves que nous la gardons.

W., Dei gratia Cenomanensis episcopus, universis fidelibus salutem.

Quoniam veritas inter improbos sub scripti auctoritate tutior conservari solet, notum fieri curavimus quod, cum W. de Traceio pro salute sua et patris et matris sue aliorumque predecessorum suorum apud Coysmas edificasset quamdam domum leprosorum eique ad suffragium victus de bonis suis elemosinam instituisset, domo illa a leprosis vacante et aliquandiu a leprosis non habitata, nos, ad petitionem domini regis Anglorum Henrici, universos redditus illius domus Alano clerico fratri supradicti Willelmi dedimus et concessimus. Postmodum autem, eodem Alano elemosinam illam sponte sua in manu nostra dimittente, ad mandatum et commonitionem domini regis Anglorum Henrici et ad preces supradicti Alani universos redditus domui illi assignatos ecclesie Beate Marie de Ivranda pro salute supradicti Willelmi et patris et matris sue aliorumque predecessorum suorum dedimus et concessimus. Hec sunt beneficia que ecclesie Beate Marie de Ivranda mandato supradicti domini regis Anglorum et assensu prefati Alani dedimus in perpetuum et concessimus : W. de Traceio dedit in perpetua elemosina XI. jugera terre, et pratum et molendinum cum molitura hominum suorum, et L. solidos Cenomanensium annuatim ex his locis suscipiendos; ex Huelineria XXI. solidos; ex feodo Hamonis de Agneio XX. solidos; ex Loreio V. solidos, et ex feodo Hugonis de Moncorbel V. solidos. Gaufridus etiam de Mongerol, intuitu divino et honore suo eisdem leprosis in perpetuum dedit et concessit de censualibus denariis suis quos habebat apud

Montauden V. solidos Cenomanensium in festo Omnium Sanctorum suscipiendos, W° primogenito filio suo hoc concedente, et Hugo de Mongerol similiter de censualibus denariis de Brivis V. solidos in festo Sancti Mauritii; Robertus quoque Morcheii XII. denarios, Hugo de Basella VI. denarios singulis annis reddendos, et W. Gere decimam molendini de Jarreia; idem etiam W. et Hugo Bretel eisdem leprosis in perpetuum dederunt et concesserunt decimam molendini de Brooteria, et Odo de Mongerol decimam molendini de Foles, et idem Odo et Gaufridus de Fonteneio decimam molendini de Fonteneio, et W. de Buris decimam molendini sui de Buris; Henricus de Gastinis I. arietem et I. gallinam annuatim suscipiendos in terra quam idem Henricus habet de dono W[i] de Traceio. Torgisius quoque de Traceio eisdem leprosis dedit in perpetuum et concessit duo quartaria frumenti, et Alanus de Sancto Petro XII. denarios similiter annuatim reddendos, et Hugo de Moncorbel VI. denarios similiter censuales, W. Espechel similiter VI. denarios censuales in terra Aalardi, quam idem Aalardus et heres suus de leprosis illis tenebunt liberam et ab omni alio servicio quietam. Huic donationi a nobis facte ecclesie Beate Marie de Ivranda interfuerunt : Tigaretus capellanus[a], Ivo magister scolarum, W. archidiaconus, Eustachius archidiaconus, magister Ernaldus, Robertus capellanus episcopi Baiocensis, Osmondus de Flex., magister Alanus de Buays, Adam clericus, et multi alii. Quod ut fidelius conservetur, id litteris annotari et sigilli nostri munimine fecimus communiri.

DLVII

380, 2[e] pièce.

Vers 1180?

Hugues de Courterue, neveu de Guillaume de Traci, reconnaît le don par lequel celui-ci, avant l'attentat commis sur l'archevêque de Cantorbéry, avait attribué à son frère Alain de Traci la jouissance viagère des églises de son fief.

A. Original perdu.

B. Copie du xv[e] s., dans le cartulaire du prieuré du Plessis-Grimoult; Archives du Calvados, H non coté, t. II, fol. 1 v°, n° 881.

La date : vers 1180, a été donnée à cette pièce, comme à la précédente, pour des raisons que nous n'avons pas retrouvées. Nous la conservons sous toutes réserves.

[a] *Le cartulaire porte :* «capellanus episcopi Baiocensis» ; *ces deux derniers mots ont été barrés.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Sciant presentes et futuri quod ego Hugo de Corterua concessi Alano de Traci, clerico, donationem quam dominus Willermus de Traci, avunculus meus, fecit ei antea quam fecit forefactum quod fecit de Sancto Thoma, in omnibus ecclesiis terre sue, et ita quod Thomas clericus, qui illas possedit, annuam Alano pensionem de illis exhibuit. Ad cujus rei agnitionem et confirmationem ego predictum Alanum coram domino Johanne Exoniensi episcopo presentavi, et ratum super hoc habens factum domini mei Willermi de Traci, omnes ecclesias terre mee, mortuo jam Thoma vicario suo, ei habendas concessi. Quod ne possit in irritum revocari, hujus carte sigillo meo signate testimonio confirmavi, hiis testibus : Olivero de Traci, Pagano de Tirun, Mathia de Pinu, Ricardo de Chou, Willermo Bove, Willermo de Valle Grente, Reginaldo de La Wurthe, Olivero Le Blonc, Galfrido de Wincestria proemtorio[a], Gervasio clerico, Daniele clerico, et pluribus aliis.

DLVIII

380 A.

1172-1173–1181. — Saumur.

Confirmation de l'acte par lequel Raoul de Fougères avait donné à l'abbaye de Savigni l'église de Bennington.

A. Original autrefois scellé sur cordonnet; Archives nationales, L. 968, n° 219. — Atlas, pl. XXI.

B. Copie ancienne dans le cartulaire de Savigni; Archives de la Manche, H non coté, pièce 583. — *C.* Copie d'après l'original, Bibliothèque nationale, ms. latin 10078, p. 239.

Round, n° 851.

Geoffroi, fils du Roi, évêque élu de Lincoln, qui a souscrit cet acte, a été élu en 1173, et a résigné ses droits à l'épiscopat en 1181, pour devenir chancelier; la lettre par laquelle sa renonciation devint officielle et définitive paraît n'être que de l'année 1182 (Introduction, p. 104), mais il n'a pas dû porter le titre d'élu au delà de 1181.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justitiis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Anglie, salutem.

[a] *L'étrangeté de ce terme avait frappé M. Delisle, qui, dans sa copie figurée, a eu soin de le reproduire avec son abréviation.*

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse monachis Savigniensibus ecclesiam de Belintonia, quam Radulfus de Filgeriis rationabiliter dedit eis cum omnibus pertinentiis suis in liberam et perpetuam elemosinam, sicut carta ejusdem Radulfi testatur. Quare volo et firmiter precipio quod abbatia Savigniensis et monachi in ea Deo servientes ipsam ecclesiam habeant et teneant in libera et perpetua elemosina bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus pertinentiis suis, in terris et decimis et in omnibus aliis rebus, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut predictus Radulfus dedit eis et concessit et carta sua confirmavit.

Testibus : G. electo Lincolniensi, Stephano de Turonis seneschallo Andegavensi, Hugone de Creissi, Willelmo Filio Radulfi, Willelmo de Curtmorlein[a].

Apud Salmurum.

DLIX

Delisle, n° 388.

1174-1181. — Westminster.

Confirmation de l'acte par lequel Galeran, sire d'Ivri, a fait donation des églises d'Ivri à l'abbaye dudit lieu.

A. Original, autrefois scellé sur double queue de parchemin; Archives de l'Eure, fonds d'Ivry, H 403. — Photographie.

B. Copie; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 1246, fol. 153.

Round, n° 419.

Cette charte est datée de Westminster, et porte la souscription de Roger, archevêque d'York, mort en 1181. On y relève la formule *Dei gratia*, qui prouve qu'elle n'est pas antérieure à 1172-1173; or de 1172-1173 à 1175, Henri II a constamment résidé en France, à part un très court séjour en Angleterre, en juillet-août 1174. La date doit être 1174–1181, ou peut-être 1175–1181.

Henricus; Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comi-

[a] Curtmorlem., *avec un signe d'abréviation sur la dernière syllabe.*

tibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatie Sancte Marie de Ibreio et monachis ibidem Deo servientibus quicquid Galeranus dominus Ibreii eis rationabiliter dedit in elemosinam, scilicet ecclesias de Ibreio et decimas, et quicquid ipse possidebat in jure earum et consuetudine et perceptione, et decimam bladi foreste sue, et decimam ipsius foreste. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbacia et monachi ejusdem abbacie habeant et teneant hec supranominata cum omnibus pertinentiis suis, in ecclesiis et terris et decimis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, sicut carta Egidii, Ebroicensis episcopi, quam inde habent, determinat et testatur.

Testibus : R. Eboracensi archiepiscopo, H. Dunelmensi episcopo, W. comite de Albemara, Willelmo Filio Audelini dapifero, Reginaldo de Curtenai, Thoma Basset, Ricardo de Affai, Willelmo de Stutevilla.

Apud Westmonasterium.

DLX — DLXI

Delisle, n^{os} 409 et 436.

Mai 1175–6 septembre 1181. — Windsor.

Sauvegarde pour l'abbaye de Savigni.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Savigni, Archives de la Manche, H non coté, n° 590.

Cette pièce a pour témoins Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, et Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, sacrés l'un et l'autre le 6 octobre 1174; Henri II n'était pas alors en Angleterre, où il est arrivé le 9 mai 1175 (Eyton, p. 190). L'acte ne peut donc pas être antérieur au 9 mai 1175. Il a été souscrit par Jean Cumin, qui ne porte ici aucun titre, et qui devint archevêque élu de Dublin le 6 septembre 1181, alors que Henri II se trouvait en Angleterre. Nous proposons les dates extrêmes de : mai 1175–6 septembre 1181. — L'acte a été, par erreur, porté deux fois à la table de M. Delisle, d'abord au n° 409, sous la date 1174-1182, puis au n° 436, sous la date : vers 1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis,

comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis quod abbatia de Savigneio et abbas ejusdem abbatie et monachi in ea Deo servientes et omnes res et possessiones sue sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio quod eamdem abbatiam et abbatem et monacos ipsius abbatie et terras et omnes res et possessiones suas et quecunque ad eamdem abbatiam spectant custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut mea propria, ita quod nullam molestiam vel injuriam aut gravamen eis faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis super hoc in aliquo forisfacere presumserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis. Et prohibeo ne de ullo tenemento quod in dominico suo teneant ponantur in placitum, nisi coram me vel coram capitali justicia mea.

Testibus : R. Wintoniensi et G. Eliensi episcopis, Johanne Cumin, Hugone Murdac, Willelmo de Bendeng[is].

Apud Windes[oram].

DLXII

Delisle, n° 381.

Août 1177–1181. — Cherbourg.

Concession à Geoffroi, orfèvre du roi à Caën, des étaux où se vendaient les poissons et les pains devant l'église Saint-Pierre de Darnetal, à Caen.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de Normandie; Bibliothèque de Rouen, ms. 1235, fol. 9.

Round, n° 619.

Cette pièce porte à la table la date de 1177–1181. Elle est postérieure à 1172-1173, puisqu'elle porte la formule *Dei gratia*. D'autre part nous savons que Henri II, s'étant embarqué à Portsmouth le 18 août 1177, se trouva dans une localité voisine de Cherbourg le lendemain 19 août (Eyton, p. 218). Jean Fils de Luc, qui figure ici comme témoin, est devenu évêque d'Évreux en 1181; comme il ne porte pas dans la pièce son titre d'évêque, il est évident que cette pièce est antérieure à sa nomination. Telles sont sans aucun doute les raisons qui ont déterminé M. Delisle à établir la date de 1177–1181.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus,

justiciis, senescallis, vicecomitibus, prepositis et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta mea confirmasse Gaufrido aurifabro nostro de Cadomo stalla mea de Cadomo, ubi pisces et panes venduntur, ante ecclesiam Sancti Petri de Darnestal, tenenda de me et heredibus meis sibi et heredibus suis per sexaginta solidos Andegavensium reddendos inde michi et heredibus meis annuatim ad scacarium de Sancto Michaele. Quare volo et firmiter precipio quod prefatus Gaufridus et heredes sui habeant et teneant de me et heredibus meis prefata stalla per prenominatum servitium bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice et plenarie, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad stalla illa pertinentibus.

Testibus : Willelmo Filio Radulphi senescallo Normannie, Gilleberto Filio Reinfredi, Hamone Pincerna, Johanne Filio Luce, Waltero Filio Turstini, Petro Saraceno.

Apud Cesaris Burgum.

DLXIII

Delisle, n° 382.

Août 1177–juin 1181. — Tours.

Confirmation à la cathédrale de Chartres des églises que Richard, marquis de Normandie, lui avait données dans l'Évrecin et le Lieuvin.

A. Original; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., ms. 2231. — Atlas, pl. XXI.

B, C. Copies du XIII^e^ s. dans le *Liber privilegiorum ecclesie Carnotensis;* Bibliothèque nationale, ms. latin 10094 (1^er^ exemplaire), fol. 18, et ms. latin 10095 (2^e^ exemplaire), p. 41.

a. L. Delisle, *Mélanges de paléographie,* p. 398, d'après l'original. — *b.* Merlet et de Lépinois, *Cartulaire de Notre-Dame de Chartres,* t. I, p. 197, d'après les deux exemplaires du *Liber privilegiorum.*

Round, n° 1263.

Parmi les témoins de cet acte on remarque Guillaume de Champagne, archevêque de Reims depuis le 8 août 1176; Henri II n'ayant pas été en France entre le 8 mai 1175 et le 19 août 1177, la pièce ne peut pas être antérieure à cette dernière date. Elle a été souscrite également par Hugues, comte de Chester, révolté, puis réconcilié avec le roi en 1177, mort le 30 juin 1181.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comiti-

bus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me, pro salute mea et antecessorum et successorum meorum, concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Sancte Marie Carnotensis, in liberam et perpetuam elemosinam, in Ebroicensi comitatu, Ebrardi Villam totam cum ecclesia, et decimam venationis de silva que dicitur Bortis, et in eadem patria ecclesiam solam de Hauvilla. Et in Lisvino, ecclesiam solam de Bonavilla, et in eodem territorio Angliscam Villam totam cum ecclesia, et Runciam Villam totam cum ecclesia, et ecclesiam de Sancto Juliano cum duobus membris appendentibus, sicut hec omnia a Ricardo marchione Normannie ei donata et concessa sunt et carta ejus confirmata. Quare volo et firmiter precipio quod eadem ecclesia omnia supradicta habeat et teneat bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et terris et decimis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : Willelmo Remensi, Bartholomeo Turonensi archiepiscopis, Hugone comite Cestrie, comite Symone, comite de Clara, Waltero Filio Roberti, Rannulfo de Glanvilla, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Fulcone Paganello, Gervasio Pagenello, Aldefonso fratre comitis Sancti Egidii, Jocelino fratre regine, Gaufrido Hosato, Willelmo de Ostilleio.

Data per manum magistri Walteri de Constantiis.

Apud Turones.

DLXIV

Delisle, n° 383.

16 novembre 1180–juillet 1181. — Argentan.

Confirmation à Jean Fils de Luc, clerc du roi, d'un terrain sis à Rouen, devant Saint-Denis, qu'il avait acheté à Robert « Citharista ».

A. Original perdu.

B, C. Copies du XIII^e^ et du XV^e^ s., aux Archives de l'Eure, la première dans le premier cartulaire du chapitre d'Évreux, G 122, n° 201, la seconde dans le second cartulaire, G 123, n° 202.

Round, n° 303.

Souscriptions de Sifroi, évêque de Chichester, sacré le 16 novembre 1180, et de Geoffroi Fils du roi, évêque élu de Lincoln, qui a résigné ses fonctions épiscopales en 1181. Henri II a passé

de France en Angleterre en juillet 1181, pour ne revenir sur le continent qu'en mars 1182. Les dates extrêmes de cette pièce sont donc : 16 novembre 1180-juillet 1181.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis tocius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse ac presenti carta mea confirmasse Johanni Filio Luce, clerico, et heredibus suis post ipsum, terram que est Rothomagi ante Sanctum Dionisium, que fuit Roberti Magni canonici, quam idem Johannes emit a Roberto Citharista, cui eam dederam pro servitio suo, et unde postea finem fecit cum Rogero de Livervilla et Roberto canonico et fratribus et nepotibus suis, in curia mea, coram justiciis meis, apud Cadomum. Quare volo et firmiter precipio quod prefatus Johannes et heredes ipsius post ipsum prenominatam terram habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : Henrico Baiocensi, Frogerio Sagiensi, Reginaldo Batoniensi, Sefredo Cicestrensi episcopis, Gaufrido Lincolniensi electo, magistro Waltero de Constantiis Oxenie archidiacono, Willelmo Painel Abrincensi archidiacono, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Roberto Marmion, Roberto de Harewecort, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Hamone Pincerna.

Apud Argent[om]um.

DLXV

Delisle, n° 387.

1175–1181. — Valognes.

Ordre de maintenir l'abbaye de Saint-Wandrille en jouissance des biens qu'elle possédait à la veille du passage du roi en Angleterre.

A. Original perdu.

B. Copie du XIV^e^ s., dans le cartulaire de Saint-Wandrille; Archives de la Seine-Inférieure, H non coté, fol. 309 v°.

C. Copie d'après un cartulaire, Bibliothèque nationale, collection Moreau, vol. 67, fol. 147.

a. Ferdinand Lot, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille* (*Bibl. de l'Éc. des Hautes Études*, fasc. 204e, n° 103, p. 169).

Round, n° 176.

Dans son Introduction (p. 79), M. Delisle expose les raisons pour lesquelles il pense que cette charte doit être datée de juillet 1181; il lui donne, à la table, la date plus vague de 1175-1181. Elle a été souscrite par Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, qui, après avoir été archidiacre d'Oxford de 1175 à 1182 (Eyton, table, p. 331), a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. Dans la présente charte, Henri II parle du jour récent où il est parti de Caen pour passer en Angleterre; or pendant la période qui s'étend de 1175 à 1182, Henri s'est embarqué à Barfleur pour l'Angleterre le 8 ou le 9 mai 1175, et il a pris la mer à Cherbourg le 26 juillet 1181. Il n'est pas certain que Gautier ait déjà été archidiacre d'Oxford en mai 1175; il l'était en tout cas en juillet 1181. Nous manquons de données sûres pour choisir entre la date de juillet 1181, à laquelle M. Delisle s'était d'abord arrêté, et celle d'avril 1175, adoptée par M. Lot.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus ballivis suis Normannie, salutem.

Precipio quod abbatia de Sancto Wandregisilo et abbas et monachi in ea Deo servientes habeant et teneant omnia tenementa sua et omnes res et possessiones suas ita bene et in pace, libere et integre, sicut tenuerunt die qua novissime recessi a Cadomo ad transfretandum in Angliam. Et de nullo tenemento suo quod tunc tenuerint ponantur in placitum nisi coram me. Et custodiatis et manuteneatis et protegatis eamdem abbatiam et abbatem et monachos ibidem Deo servientes, et homines et omnes res et possessiones suas, ne quis eis forifaciat.

Teste magistro Waltero Constanciensi, archidiacono Oxenefordie.

Apud Walonias.

DLXVI

Delisle, n° 389 [1].

1169-1182.

Attestation par les évêques d'Angoulême, de Poitiers, de Saintes et de Périgueux, de l'acte de sauvegarde accordé par Henri II à l'abbaye de Charroux.

A. Original perdu.

[1] La pièce d'abord cotée 390 par M. Delisle a été reportée au n° 497.

IMPRIMERIE NATIONALE.

B. Copie, d'après le cartulaire de Charroux, fol. 69, dans la collection de Dom Fonteneau, à Poitiers, t. IV, p. 223. — *C.* Copie d'après *B*; Bibliothèque nationale, ms. latin 18379, p. 54.

Cette pièce émane de quatre évêques, dont Pierre, évêque de Périgueux de 1169 à 1182, et Pierre, évêque d'Angoulême de 1159 à 1182, ce qui justifie la date 1169-1182.

Omnibus [1] ad quos littere iste pervenerint, tam presentibus quam post futuris, P. Dei gratia Engolismensis, J. Pictavensis, A. Xanctonensis, P. Petragoricensis episcopi, in perpetuum. Noverit caritas vestra quod illustris Anglorum rex Henricus, sub presentia nostra, recepit in manum et custodiam et deffensionem suam monasterium Karrofense, cum omnibus pertinentiis et possessionibus quas habet in tota Aquitania, et quod illas fideliter manutenebit et deffendet sicut advocatus, patronus et deffensor ejusdem monasterii. Et promisit eciam eis et carta sua confirmavit quod contentus erit consuetudinibus et serviciis illis que antecessores sui comites Pictavenses in eodem monasterio habuisse dinoscuntur, tam ipse quam heredes sui comites Pictavenses. Nos quoque, de assensu et voluntate ipsius, huic recognicioni testimonium perhibemus, et in hujus rei memoriam hanc cartam conscribi fecimus et sigillis nostris confirmari.

DLXVII

Delisle, n° 391.

1172-1173–1182. — Bur.

Charte de sauvegarde accordée au prieuré du Plessis.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin; Archives du Calvados, H, le Plessis. — Atlas, pl. XXII.

B. Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10073, fol. 38.

Gautier de Coutances, qui figure dans cette charte comme trésorier de l'église de Rouen, a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183; or Henri II n'a pas été en Normandie dans les premiers mois de 1183. L'acte doit donc être daté de 1172-1173-1182.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, archidiaconis,

[1] « Je n'ai pu recouvrer la charte de Henri II à laquelle fait allusion l'acte qui suit. » *Note de M. Delisle.*)

decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis quod ecclesia de Plaisseiz et Nicolaus prior et canonici regulares in ecclesia illa Deo servientes, et omnes terre et tenure et homines et res et possessiones sue sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio quod eandem ecclesiam et predictum priorem et canonicos ejusdem ecclesie et omnes terras et tenuras et homines et res et possessiones suas custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut nostras proprias, ita quod nullam injuriam vel gravamen aut molestiam eis faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis super hoc in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis. Et prohibeo ne de ullo tenemento quod in dominico suo tenuerint, quando episcopus Baiocensis ex precepto meo domum illam ordinavit, ponantur in placitum, nisi coram me.

Testibus : H[enrico] episcopo Baiocensi, et magistro Waltero Constantiensi, Rothomagensis ecclesie thesaurario.

Apud Burum.

DLXVIII

Delisle, n° 392.

1172-1173–1182. — Caen.

Charte de sauvegarde pour l'hôpital de la Madeleine de Rouen.

A. Original; Archives des hospices de Rouen, fonds de la Madeleine, série A.

Cette charte doit être datée comme la précédente, pour les mêmes raisons.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, prepositis et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod suscepi in manu mea et custodia et protectione hospitale Sancte Marie Magdelene de Rothomago et omnes res et possessiones ejus. Quare volo et firmiter precipio quod ipsum hospitale et nuncios et fratres ejusdem et omnes res et possessiones suas custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut res meas proprias, ne quis eis injuriam vel contumeliam aut gravamen faciat. Si quis autem eis in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam sine dilatione eis inde justiciam fieri faciatis.

Teste magistro Waltero de Constanciis.

Apud Cadomum.

DLXIX

Delisle, n° 393.

1172-1173–1182. — Caen.

Confirmation d'un échange conclu entre l'église de Winchester et l'abbaye de Cormeilles.

A. Original perdu.

B. Inspeximus de 1317 au *Public Record Office*, Charter Rolls, 10e année d'Édouard II, membrane 4.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. III, p. 355.

A dater comme les deux précédentes; souscription de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justitiis, vicecomitibus, ministris et omnibus hominibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse ecclesie Wintoniensi et Ricardo Wintoniensi episcopo et omnibus successoribus suis in perpetuum terras et decimas de Cnoel quas monachi de Cormeillis habebant apud Knoel, et ipsam ecclesiam de Cnoel cum omnibus pertinentiis suis et quicquid predicti monachi habebant vel clamabant habere in illa ecclesia sive in manerio de Cnoel. Et concedo et volo quod predictus episcopus et ecclesia Wintoniensis omnia ea habeant et teneant imperpetuum bene et in pace, sicut carta abbatis et conventus de Cormellis et carta Arnulfi Lexoviensis episcopi, qui isti facto interfuit, inde facte testantur. Similiter concedo et volo quod monachi et ecclesia Cormel[liensis] habeant et teneant bene et in pace ecclesiam de Bosco Herlewini, sicut Oliverus de Aubinni et alii qui jus advocationis sibi in illa ecclesia vendicabant amore Dei et Ricardi Wintoniensis episcopi et perquisitione ipsius eis concesserunt, et sicut predictus Lexoviensis episcopus eandem ecclesiam, in cujus parrochia ipsa est, carta sua eis confirmat. Quare volo et firmiter precipio quod ecclesia Wintoniensis et predictus Wintoniensis episcopus et successores sui teneant imperpetuum predictas terras et decimas et prenominatam ecclesiam de Cnoel cum omnibus pertinentiis suis bene et in pace, libere et quiete et in-

tegre, sicut tenent alias ecclesias de dominiis episcopatus Wintoniensis. Et similiter volo et firmiter precipio quod abbatia de Cormeillis habeat et teneat in perpetuum predictam ecclesiam de Bosco Herlewini cum omnibus pertinentiis suis bene et in pace et integre et quiete.

Teste (*sic*) Henrico Baiocensi episcopo, magistro Waltero de Constanciis archidiacono Oxenefordensi, Rannulfo de Glanvilla[a], Hugone de Creissi, Roberto Filio Bernardi, Sehero de Quinci, Roberto de Stutevill[a], Waltero Filio Roberti, Alveredo de Sancto Martino.

Apud Cadomum.

DLXX

Delisle, n° 394.

Octobre 1174–1182. — Caen.

Confirmation des biens de l'abbaye de Montebourg.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. (1274) dans le cartulaire de Montebourg; Bibliothèque nationale, ms. latin 10087, p. 8, n° 16. — *C.* Vidimus d'un fragment de cette charte, relatif à l'île de Serk; Archives de la Manche, H 12819, cité par M. Round comme étant une charte isolée. Ce vidimus est aujourd'hui en très mauvais état. M. Paul Lecacheux, archiviste de la Manche, a bien voulu l'examiner à ma demande. Il l'a comparé avec un autre texte conservé aux Archives de la Manche sous la cote H 12816; cette dernière pièce (H 12816) est un vidimus par Eustache de Rouen, évêque de Coutances, de plusieurs chartes des seigneurs de Vernon relatives à l'île de Serk, daté de Valognes le lundi avant la Saint-Barnabé 1285. La comparaison des deux textes établit, ainsi que l'a reconnu M. Lecacheux, que le vidimus H 12819 est de ce même évêque et date du même jour, soit du 4 juin 1285.

a. Édition fragmentaire, *Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. II, p. 1097.

Round, n° 891.

Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, qui figure ici comme témoin, a été sacré le 6 octobre 1174. La pièce porte aussi la souscription de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183, et celle de Foulques Painel, mort en 1182-1183. Henri II n'a pas été en Normandie pendant les premiers mois de 1183. Il faut donc adopter la date : octobre 1174-1182.

[a] Granvilla *a*.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, senescallis, vicecomitibus, justiciis [a], et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie Sancte Marie de Montisburgo et monachis ibidem Deo servientibus omnes rationabiles donationes subscriptas [b] et cartis donatorum confirmatas. Ex dono Willelmi regis qui Angliam conquisivit, Maisnillum Sancti Cirici, usque ad medium aque ibi currentis, et ecclesiam cum decimis, et unam mansuram apud Barbefluctum, et terram Ranulfi de Scalmelcon que est in Coeres, et tres mansuras terre in Sortoovilla de feodo Turgisi Grossi, et decem acras de terra Rosce, et terram unius carruce in eadem villa, et terram unius carruce in Amundevilla. Ex dono Henrici regis, avi mei, villam Montisburgi, cum mercato et tribus nundinis et molendinis et omnibus pertinentiis; et in foresta de Montisburgo ligna clausure et foco ad coquendos cibos et panem monachorum et cervesiam preparandam, et materiam ad edificia sua, et pasturam porcis et ceteris animalibus suis, et quietanciam pasnagii sui; et in foresta de Bruis materiam ad ecclesiam et ad alia edificia, et tot arbores habeant in eadem foresta quot ebdomade sunt in anno ad focum hospitum suorum, quas recipient per manum forestariorum, et de tot arboribus quieti sint forestarii in placitis de quot garantizaverint eos monachi per tallias suas. Ex dono ejusdem Henrici regis, avi mei, terram Alberici camerarii et regine de Turpo, et molendinum de Aroudeve, et terram de Sancte Marie Ecclesia, et vacariam de Bernavast, et XXX. acras terre quas Ricardus de Lestre habuit in Coeres. Concedo etiam et confirmo, ex dono meo, prenominate abbatie de Montisburgo et abbati et monachis libertatem et quietanciam thelonei et passagii et pontagii et omnium consuetudinum de omnibus propriis rebus suis, ubicunque fuerint, in Anglia et Normannia, et quod habeant modiationem suam quietam de proprio vino suo, et dextrum cutellum caude de omnibus crassis piscibus qui capti fuerint vel applicuerint infra fines episcopatus Constanciensis; et in foresta de Bruis habeant libertatem et quietanciam pasnagii sui, et in omnibus aliis forestis per totum Constantinum. Ex dono Ricardi de Reviers, in Anglia, unum manerium in Dorseta quod dicitur Lodres, liberum et quietum, cum omnibus pertinenciis, per quinque hidas; et ecclesiam ejusdem manerii, cum capella de Bolementona [c] et decimis; et aliud manerium, Auxemundam [d] in Devonia, et ecclesiam cum capella et decimis et omnibus pertinentiis, et decimam de dominicis suis quam in hoc manerio et in suprascripto separatim in proprios usus integre et plenarie percipiunt monachi et diu perceperunt; et in insula de With, aliud ma-

[a] justiciariis *B.* — [b] suprascriptas *B.* — [c] Belementone *a.* — [d] Auxemudam *a.*

nerium quod dicitur Wita, cum omnibus pertinentiis, et decimam de Torleia. Ex dono Adelicie, uxoris predicti Ricardi de Reviers, de maritagio suo, concessu filiorum suorum, comitis Balduini et Roberti de Sancte Marie Ecclesia, unum manerium in Berkesira quod dicitur Olnelei, cum omnibus pertinentiis. Ex dono Willelmi filii Esturi, concessu Rogerii de Mannevilla, quicquid habebat in villa que dicitur Estreit, cum terris et hominibus et omnibus pertinenciis. Ex dono Hadevise de Reviers, ecclesiam de Fleta, cum decimis et omnibus pertinentiis. Ex dono Rogerii Arondel, ecclesiam de Poestoc, cum capellis et decimis et omnibus pertinentiis. Ex dono Eudonis de Morevilla, capellam de Bredepol., cum pertinentiis. Ex dono prenominati Ricardi de Reviers et Willelmi de Vernone, filii ejus, quicquid ad eos pertinebat in ecclesia de Reviers, cum decimis, et decimam molendinorum suorum ejusdem ville, et terram Huberti presbiteri, et quicquid ad eos pertinebat in Foucarvilla et in Escoguernauvilla cum ecclesia et decimis, et mansuram unius villani in Sebevilla, et decimam vaccariarum suarum de Bruis, et quicquid ad eos pertinebat in Benedicta Villa, cum ecclesia et decimis et omnibus pertinentiis. Ex dono Willelmi de Vernone, quicquid ad eum pertinebat in ecclesiis Sancti Georgii de Nigellihumo et de Columbeio et de Golevilla cum pertinentiis, et capellam Sancte Marie de Nigellihumo, et ecclesiam Sancte Columbe, et ecclesiam de Radulfi Villa, cum decimis et pertinentiis, et ecclesiam de Gounovilla, et medietatem ecclesie Sancti Floscelli, cum terris et pertinentiis, et separatim duas garbas decime de Vaudinvilla et de Turpo et medietatem tercie, et medietatem ecclesie de Siouvilla, et decime vavassorum in eadem villa cum aliis decimis. Ex dono ejusdem Willelmi de Vernone et Ricardi filii ejus, decimam molendinorum et piscariarum suarum de Nigellihumo[e] et de Columbeio, et piscarie de Longa Raca, et decimam molendinorum a la Forestiere et de Fermembruil et de Gounouvilla et de Torlavilla et decimam de placitis molte, et decimam forestarum suarum de Costantino, de Monte Rooldi, de haia Moreville, cum decima pasnagii, careti et poudragii, brostagii et herbagii et omnium placitorum ad easdem forestas pertinentium, et decimam de omnibus censibus ad easdem forestas pertinentibus, et omnia coria damarum de parco suo de Nigellihumo que ad coquinam suam deferuntur, et decimam de Fermanbruil, et terram que est juxta rivum fullonum in exitu ville Montisburgi, et terram de Morlandis, et sedem molendini Petri presbiteri, et donationes quas homines sui fecerunt vel fecerint prenominate abbatie de Montisburgo, in terris vel quibuslibet aliis rebus, liberas et quietas ab omni re ad eos pertinente. Et apud Vernonem, decem modios vini in Longa Villa, ita quod quinque sunt de modiatione et quinque de tolesun, et de toto

[e] Nigelhume *a*.

reliquo vino suo omnem decimam, excepto de clausis suis; et si creverit redditus, crescat et decima; et unam mansuram in Gamelleio, et domum Willelmi Rouselli versus pontem, et sedem domus quam Hadevissa dedit extra menia; et capellam Sancti Michaelis cum redditu cotidiano trium denariorum; et omnem terram de Campo Runchun; et terram Rogerii de Corde quam dedit ad pedem montis, sive sit in vinea, sive arabilis; et omnem terram quam Gislebertus Pais habuit apud Vetus Pressenniacum; et domum Huberti de Maisnillo Rainart, et vineam quam plantavit juxta clausum de Vernonnel, et omnem decimam de nucibus suis; et octo modios vini in Longa Villa quos tempore vindemiarum recipiunt monachi vel eorum famuli ad cellarium domini de Vernone; et decimam tocius canagii de aqua de Vernone, integre et plenarie, et quietanciam et omnimodam libertatem de omnibus rebus ad eos pertinentibus in villa de Vernone et in aqua et in adjacentiis; et vina sua et nuces et omnes res suas ducant bene et in pace absque impedimento et omni calumpnia quieti et liberi a theloneo et passagio ubi et quando voluerint. Ex dono Rogerii de Magnevilla, ecclesiam de Bernevilla et ecclesiam de Putevilla, cum decimis et pertinentiis. Ex dono ejusdem Rogerii de Magnevilla, quicquid ad eum pertinebat in ecclesia de Goesbervilla, cum terris et decimis quas de feodo suo habent monachi Montisburgi in eadem villa, et quicquid ad eum pertinebat in ecclesia de Guerartot, cum decimis et pertinentiis. Ex dono Ilberti de Grinvilla, ecclesiam de Caz cum pertinentiis. Ex dono Willelmi de Moiun, totam decimam feodi sui in eadem villa. Ex dono Sansonis Foliot, concessu Roberti de Novo Burgo, ecclesiam de Morfarvilla, cum decimis et terris quas in eadem villa habent monachi. Ex dono Henrici de Tilleio, ecclesiam de Teivilla, quam prius dedit Willelmus filius Esturi cum decimis et pertinentiis. Ex dono Herberti de Morevilla, duas partes ecclesie de Amundevilla, cum pertinentiis. Ex dono Roberti de Haia, ecclesiam de Sassemaisnillo. Ex dono Ricardi de Reviers, capellam Sancti Johannis de Monte Rooldi, cum clauso in quo sita est capella et cum decima Asinariorum. Ex dono Willelmi de Vernone, XII. quarteria frumenti annui redditus, recipienda Nigellihumo ad mensuram horrei sui. Ex dono Rogerii de Magnevilla, XII. quarteria frumenti recipienda annuatim apud Orlundam ad mensuram horrei sui, et decem acras terre in Escorcheporc[a]. Ex dono Roberti Venatoris, unam minam avene annuatim apud Nigellihumum. Hec autem donata sunt ad sustentationem monachorum in eadem capella ministrantium. Ex dono Willelmi de Vernone, capellam Sancti Maglorii in Serc, cum omni clauso suo, et sedem molendini quod fuit Sancti Maglorii, et stramen unius bladi ad focum monachi ibi servientis. Ex dono ejusdem Willelmi de Vernone et Ricardi,

[a] Escorchepore *B.*

filii ejus, pratum quod habent monachi in Orglandres, cujus latitudo est a fossa quam ipsi fecerunt inter marescum et pratum suum, usque ad divisiones et metas que posite sunt inter pratum predictorum Willelmi et Ricardi de Vernone et pratum monachorum, longitudo vero a parte Rouville a terra arabili usque ad aquam que venit de molendino versus Goesbervillam, et pratum quod habebant predicti supra pontem Rouville, cum quadam virgata terre inter Buscailliam et viam que ducit ad pontem. Ex dono Ricardi Malessarz, pratum supra eumdem pontem Roville, cum terra quam ibi dedit juxta fraxinum de Orglandres, et terram quam dedit Willelmus filius Rogerii de Orglandres juxta predictam terram, et pratum quod dedit ibidem Herbertus de Oglandres. Ex dono Mabilie matris Willelmi Monachi, concessu ejusdem Willelmi filii, totam terram quam habebat in Osbervilla, liberam et quietam, cum omnibus pertinentiis. Ex dono Gaufridi filii Roberti de Magnevilla, totam terram quam habebat in Buschervilla, liberam et quietam. Ex dono Willelmi de Soliis, duas acras terre in cortillagio, liberas et quietas, in villa de Criketot juxta domum canonicorum. Ex dono Ricardi de Vernone, in manerio Sancti Floscelli, terram que dicitur Octo acrarum, cum omnibus pertinentiis, ubicunque jaceant, et cum virgulto suo quod habebat in eadem villa. Ex dono Ricardi Wac, concessu Gaufridi fratris sui, mansuram quam tenuit Willelmus Doree in Esturvilla, cum orto adjacente, et tenementum quod fuit Ricardi le Terrier cum orto, et terram crotagii. Ex dono Roberti de Barnevilla, concessu Willelmi de Vernone, XX. solidos Andegavensium annui redditus in Serco, et unam salinam in Bevelanda. Ex dono Benedicti de Augervilla, terram valentem annuatim V. quarteria frumenti apud Tornebusc, in feodo Rogerii Alveredi X. bussellos, et in feodo Roberti Joscelin X. buscellos. Ex dono Rogerii de Magnevilla, omnes donationes quas homines sui fecerunt vel fecerint abbatie Montisburgi, liberas et quietas ab omni re ad eum pertinente, usque ad XII. denarios et infra. Ex dono Rogerii de Monasteriis, ecclesiam de Crasvilla, cum decimis et omnibus pertinentiis, et decimam molendini Dune et molendini sui de Buevilla, et omnem calumpniam quam habebat in terra de Buschervilla liberam et quietam. Ex dono Ricardi de Vallevilla filii Leonii, concessu Willelmi primogeniti sui, molendinum Wagel super Suellam liberum et quietum. Ex dono Luce de Runevilla, totum tenementum quod Anschetillus Alveredi tenebat de eo in Runevilla liberum et quietum, et X. virgatas terre in Runcereto, et illud residuum quod ibi superest usque ad fossatum quod dividit duo territoria, et VI. virgatas versus les Roeres in capite crote Ansketilli Alveredi. Ex dono Nigelli de Busseia, pratum quod est inter esclusam Ricardi filii Wigerii et fontem Nepotis. Ex dono Rogerii Cava et Stephani et Ricardi fratrum ejus, quicquid juris et reclamationis habebant in ecclesia de Restouvilla liberum et quietum. Ex dono Willelmi Monachi, capellam Sancte

IMPRIMERIE NATIONALE.

Marie Magdalene de Nigelvilla, cum ecclesia ejusdem ville, et terras et elemosinas et maram, cum omnibus in eadem villa ad predictam capellam pertinentibus; et ecclesias de Aguevilla, de Restouvilla, de Angovilla, de Varouvilla, cum terris et decimis et omnibus ad easdem ecclesias pertinentibus; et in Anglia, in manerio de Extintona, terram que reddit annuatim XV. solidos. Hec omnia ad prenominatam capellam pertinentia secundum providentiam et dispositionem abbatis et conventus Montis Burgi sunt ordinanda. Ex dono Ricardi de Reviers et Willelmi, filii ejus, decimam foreste sue de Monte Roont, in pasnagio et herbagio et brostagio et avenagio et aliis pertinentiis, et decimam de haia de Danevilla et de Caesneto de Anfrevilla, et decimam molendini de Fraita, et decimam piscarie quam Radulfus filius Unfredi tenuit, et omnes elemosinas quas idem Ricardus de Reviers et Willelmus filius ejus et Beatrix uxor ejusdem Ricardi dederunt abbatie et monachis de Montisburgo. Ex dono Ranulphi comitis de Cestre, decimam molendini de stagno de Trevieres, cum decima piscium ejusdem stagni, et decimam de feodo Broc de Gatevilla. Ex dono Corbini de Agnis, concessu Roberti presbiteri, ecclesiam de Kernevilla. Ex dono Radulphi de Auvilla et Ricardi fratris ejus, concessu dominorum suorum Ricardi de Vernone et Roberti de Hainou, ecclesiam de Tokevilla cum decimis et pertinentiis. Ex dono Willelmi Guernon, ecclesiam de Cantelupo. Ex dono Ricardi Malrewart et Gaufridi filii ejus, ecclesiam de Bresillevast, cum pertinenciis. Ex dono Willelmi comitis de Arondel, ecclesiam Sancti Laudi de Anslevilla, et decimam molendinorum suorum de Han. Ex dono ejusdem Willelmi comitis de Arondel, et Willelmi de Vernone et Lucie uxoris sue, quicquid ad eos pertinebat in ecclesia de Torclevilla, cum terris et decimis quas ibi habent monachi Montisburgi. Ex dono Jordani de Oglandres et Stephani filii ejus, concessu Willelmi de Vernone, ecclesiam de Danevilla. Ex dono Roberti de Martinivast, concessu Ricardi de Haia domini sui et Hugonis fratris sui, marescum subtus ecclesiam Benedicte Ville, et ibi super fossatum unam virgatam terre ad deducendam aquam ad molendinum monachorum. Ex dono R. de Curcella, libertatem et quietanciam thelonei et omnium consuetudinum in portu de Bernieres et in omni terra sua. Ex dono Ricardi de Vallisvilla, medietatem ecclesie de Fonteneto juxta Vada, cum decimis et omnibus pertinentiis, et nominatim terram que dicitur Alodium Sancti Petri, cum aliis terris quas habent monachi Montisburgi de feodo suo in eadem villa. Ex dono ejusdem, apud Cesarisburgum, mansuram Walterii Colmain. Ex dono Roberti de Corceio et W. fratris ejus, decimam molendinorum suorum de Kinevilla, et dimidiam acram terre juxta dunam ubi est propinquior portui, ut in ea recipiant res suas cum ibi applicuerint, liberas et quietas a theloneo et omni consuetudine, et aliam dimidiam acram in prato juxta rivum fontis. Ex dono Willelmi comitis Pontivorum, concessu Guidonis filii sui, decimam molendinorum

suorum de stagno Sancti Germani et de Buideros et de Monte Acuto. Ex dono Ricardi Avenel, quicquid juris habebat in molendino Otelin. Ex dono W. de Sifrewast et Halenas filii ejus, duas garbas decime totius terre que de feodo suo est in Anslevilla, quas prius habebant in dominico suo. Ex dono W. de Sancto Martino et Rogerii filii ejus, duas garbas decime de Estavilla de feodo suo, et omnem terram que ad eos pertinebat en l'Estelant, quam dedit Robertus de Sancto Martino, quicquid Petrus Tuaut tenebat de feodo suo, et totum servitium, et ad Grisam Petram duas [a] pechias terre, et dimidiam acram juxta virgultum Rogerii de Monasteriis. Ex dono Rogerii de Monasteriis, III. quarteria frumenti, in parrochia Sancti Flocelli, in feodo Sarrazin, unum quarterium in excambio piscarie Unve sur Rolleor, et duo que dedit in decessu Mabilie filie sue. Ex dono W. de Oglandres, duas pechias terre inter Buscailliam et terram quam dedit Ricardus Malessarz abbatie Montisburgi. Ex dono ejusdem W., pratum quod habebat juxta pratum quod fuit Ricardi Malessarz a capite arondineti usque ad rivum. Ex dono W. Guernum, totum feodum Surel in Barbevilla, liberum et quietum. Ex dono Ricardi filii Wigier, pratum quod est juxta fontem Nepotis in Audouvilla. Ex dono W. de Sancto Johanne, VII. virgatas terre apud Constancias juxta parcum episcopi. Ex dono Ricardi Avenel, decimam totius feodi sui in parrochia de Hermouvilla. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et abbas et monachi in ea Deo servientes prescriptas donationes et quietancias et libertates habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, sicut supra determinatum est.

Testibus : G. episcopo Eliensi, magistro Waltero Constanciensi archidiacono Oxen[eforde], Ricardo de Vernone, Fulcone Paienello, Ricardo de Canvilla, Raginaldo de Curtenai, Hugone de Creissi, Willelmo de Vernone juniore.

Apud Cadomum.

DLXXI

Delisle, n° 395.

1172-1173–1182. — Caen.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye de Notre-Dame-du-Vœu (le Valasse).

A. Original dont deux lignes ont été grattées; Archives de la Seine-Inférieure, fonds du Valasse. — PHOTOGRAPHIE.

[a] duas *rayé dans B, et remplacé en interligne par :* quinque.

Raoul de Wanneville, qui a souscrit cette pièce, a résigné en 1182 ses fonctions de chancelier pour devenir évêque de Lisieux.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris suis Normannie, salutem. Precipio vobis quod custodiatis et manuteneatis et protegatis abbatiam de Valacia, et monachos ibidem Deo servientes, et terras et nemora et omnes res et possessiones suas, ut meas proprias, sicut carte donatorum testantur, ita quod nullam injuriam vel contumeliam.....[1] Et si quis eis super hoc in aliquo forisfecerit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis.

Teste Radulfo de Wannevilla.

Apud Cadomum.

DLXXII

Delisle, n° 396.

Octobre 1174–1182. — Cherbourg.

Autre charte de sauvegarde pour l'abbaye de Notre-Dame-du-Vœu (le Valasse).

A. Original scellé sur cordonnet; Archives de la Seine-Inférieure, fonds du Valasse. — Photographie. — Fac-similé, Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXVII.

B. Copie du xvi^e^ s., dans le cartulaire du Valasse; Archives de la Seine-Inférieure, H non coté, t. I, fol. 16.

a. Paul Chevreux et Jules Vernier, *Les Archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, Rouen, 1911, in-4°. — *b.* Fragment : A. du Monstier, *Neustria pia*, p. 852.

Eyton, p. 240, avec attribution à l'abbaye du Vœu, de Cherbourg.

Souscriptions de Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, sacré le 6 octobre 1174, et de Richard, évêque d'Avranches, mort le 25 avril 1182 ou 1183. La pièce est datée de Cherbourg, et Henri II n'a pas été en Normandie dans les premiers mois de 1183.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, archidiaconis,

[1] Passage gratté sur l'original.

decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis quod abbatia Sancte Marie de Voto et monachi in ea Deo servientes, et terre et tenure et homines et omnes res et possessiones sue sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio quod abbatiam illam et monachos ejusdem abbatie et omnes terras et tenuras et homines et res et possessiones suas custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut meas proprias, ita quod nullam injuriam vel gravamen aut molestiam eis faciatis nec fieri permittatis; et si quis eis super hoc in aliquo forisfecerit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis, et de nullo tenemento, quod in dominico suo teneant, ponantur in placitum, nisi coram me.

Testibus : G. Eliensi et R. Abrincensi episcopis, et Stephano de Turonis, senescallo Andegavensi.

Apud Cesarisburgum.

DLXXIII

Delisle, n° 397.

1172-1173–1182. — Chinon.

Donation à l'abbaye de Fontevrault de cent livres de rente pour le service de la cuisine, à prendre sur les revenus d'Angers et de Loudun.

A. Original perdu.

B. Vidimus de 1314 ; Archives nationales, J 184, Fontevrault, n° 4.

a. Extrait : Teulet, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. I, p. 151, n° 356, d'après *B.*

Souscription de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. La pièce pourrait, à la rigueur, être des premiers mois de 1183. Henri II a été à Chinon, peut-être à la fin d'avril 1180 (Eyton, p. 232), et certainement à Pâques (5 avril) 1181 (Eyton, p. 239).

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis [a], vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro anima patris mei et matris mee et mea et antecessorum meorum,

[a] justiciariis *B.*

concessisse et dedisse Deo et sancte Marie et sanctimonialibus monasterii Fontis Ebraudi centum libras Andegavensis monete in liberam et perpetuam elemosinam annuatim habendas, nominatim ad opus coquine et singulis annis persolvendas de redditu meo Andegavis et Louduni, videlicet quinquaginta libras de prepositura Andegavis et quinquaginta de prepositura Louduni. Quare volo et firmiter precipio quod monasterium Fontis Ebraudi et sanctimoniales in eo Deo servientes illas centum libras habeant annuatim ad opus coquine sue et eis persolvantur sine dilacione eisdem terminis quibus alii redditus mei michi persolvuntur de predictis preposituris.

Testibus : magistro Waltero de Constanciis archidiacono Oxeneforde, Willermo Painel archidiacono Abrincensi, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Petro Filio Guidonis, Josberto de Pressigneio, Willermo de Vou.

Apud Chynonum.

DLXXIV

Delisle, n° 398.

1172-1173–1182. — Chinon.

Concession à l'abbaye de Marmoutier du manoir de Thorverton et de l'église de Cosham.

A. Original perdu.

B. Inspeximus dans une lettre de Henri III du 20 avril 1237; Archives d'Indre-et-Loire, fonds de Marmoutier.

a. Monasticon Anglicanum, t. VI, vol. II, p. 1097.

Eyton, p. 239.

Pour la date, voir la note chronologique de la pièce précédente.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et monasterio Sancti Martini de Majori Monasterio et monachis ibidem Deo servientibus manerium de Torverton, et ecclesiam ejusdem manerii cum omnibus pertinentiis suis. Et ideo volo et firmiter precipio quod predicti monachi predictum manerium, sicut Exa dividit, habeant et teneant integre, bene et in pace, libere et quiete et honorifice,

cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus que ad manerium illud pertinent. Preterea concedo predicto monasterio Sancti Martini de Majori Monasterio et monachis ecclesiam de Cosham, cum omnibus que ad illam pertinent ecclesiam, tam in terris quam in decimis et hominibus et in omnibus aliis rebus, et omnem decimam hominum meorum de Cosham. [a], et decimam garbam totius messis mee de Cosham., ita quod decima accipiatur ad hostium grangie mee, et ibi monachis vel eorum servientibus liberaliter detur. Concedo etiam eis, de me et de hominibus meis de Cosham., decimam lanarum et caseorum et agnorum et vitulorum et porcorum et pullorum et omnium rerum quarum decima datur, et benigne eis et hominibus suis communitatem illius ville. Iterum autem concedo quod predicti monachi habeant sexdecim boves et quinque vaccas et unum taurum, in omnibus pasturis meis, ubicumque boves mei pergunt pascere. Volo etiam et firmiter precipio quod ipsi monachi ecclesiam suam de Torverton. cum manerio ad proprios usus habeant et teneant integre, bene et in pace, libere et honorifice, et quiete ab omnibus serviciis et geldis [b] et scotis et omnibus aliis querelis, et defendo [c] ne aliquis cum eis hospicium capiat absque licentia monachorum.

Testibus : magistro Waltero de Constantiis Oxoniensi archidiacono, Willelmo Paynelli, Gervasio Paynelli, Ambrico archidiacono, Stephano de Turonis [d] senescallo de Andegavia, Hugone Bardulfi dapifero, Galfrido Filio Petri, Ernisio de Nevilla.

Apud Chynonem.

DLXXV

Delisle, n° 399.

1172-1173–1182. — Le Mans.

Confirmation des biens appartenant aux frères de Grammont établis à Berçai.

A. Original perdu.

B. Copie de la fin du xv^e^ s., dans le cartulaire de la Haie aux Bonshommes; Bibliothèque d'Angers, ms. 856, fol. 232. — *C.* Copie de l'année 1335 dans le registre 69 du Trésor des Chartes; Archives nationales, J J 69, pièce 292. — *D* et *E.* Copies d'après un registre de la Chambre des comptes; Bibliothèque nationale, ms. latin 9067, fol. 257 (*D*) et 272 (*E*).

[a] Cosham., *avec une abréviation*, *B.* — [b] goldis *B.* — [c] de feudo *a.* — [d] Turri *B a.*

a. Eug. Vallée, *Cartulaire de Château-du-Loir,* p. 50.

Même date que pour les deux pièces précédentes.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, senescallis, prepositis et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro Dei amore et salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum, dedisse et concessisse in puram et perpetuam elemosinam et presenti carta confirmasse Deo et priori et fratribus Grandimontensis ordinis locum de Burceio, et totum nemus liberum et quietum absolute, sicut fossatis exterioribus clauditur, ut inde faciant quicquid sibi viderint expedire, et per totam forestam aliam et universas forestas meas omnia necessaria ad edificationem et usus supradicte domus et aliarum domorum ejusdem ordinis de tota terra mea. Dedi etiam et concessi duos solidos singulis diebus percipiendos in perpetuum apud Cenomanum in redditibus meis, et duos homines in eadem civitate, videlicet Cenomani, et unum in Castro Lidi, et unum apud Maetum, ad serviendum domui et fratribus de Burceio, liberos et quietos in terra et aqua ab omni servitio et taillia et exercitu et equitatu et omni consuetudine et exactione et rebus aliis que ad me spectant. Sciatis etiam me singulis domibus Grandimontensis ordinis dedisse et concessisse duos homines in singulis civitatibus et unum in castris et villis omnibus juxta que domus sunt posite, predicto modo cum rebus suis et rebus fratrum liberos et quietos in terra et aqua ab omni taillia et exercitu et equitatu, theloneo et passagio, pontagio, pedagio, pasnagio, et ab omni servicio et consuetudine et exactione et rebus aliis que ad me spectant, excepto murtro. Dedi etiam et concessi domui et fratribus de Burceio foagium de Martineio [a], in crastino Nativitatis Domini annuatim persolvendum, et unum hominem liberum et quietum apud Martignie, qui illud recipiat loco fratrum, et unam summam [b] mellis cum vasis que dicuntur costarez [c] in festo Omnium Sanctorum ab apiariis dicte foreste annis singulis persolvendam. Quare volo et firmiter precipio quod predicti fratres omnes predictas elemosinas in perpetuum habeant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, sicut eas illis dedi et presenti carta confirmavi. Has omnes elemosinas et possessiones quas habent et habebunt ex dono meo vel ex dono successorum meorum, vel ex dono quorumlibet hominum, libere et quiete, plenarie et pacifice in perpetuum habendas et possidendas concedo et confirmo, et in manu mea et custodia et protectione mea pono, et custodiri et deffendi sicut meas res dominicas firmiter precipio.

[a] Martignayo *D.* — [b] savinam *B.* — [c] costarez *C;* cousterectz *B.*

Testibus : Guillelmo Cenomannensi episcopo, Gauterio de Constanciis cancellario meo, Guillelmo comite de Mandavilla, Mauricio de Croon, Stephano de Marsai senescallo Andegavensi, et Guillelmo de Ostilleyo.

Apud Cenomanum.

DLXXVI

Delisle, n° 449.

1172-1173–1182. — Neufchâtel (Drincourt).

Confirmation d'une donation faite aux religieuses de Saint-Saens (Sancta Maria Supremi Campi) par la comtesse Isabelle, veuve de Gilbert, comte de Pembroke.

A Original autrefois scellé sur double queue; Archives de la Seine-Inférieure, fonds du prieuré de Saint-Saens. — Fac-similé, Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXX.

Cette pièce porte, à la table, la date : 1177-1183, et, sur la notice jointe à l'Atlas, celle de 1172-1173–1182. Elle a été souscrite par maître Gautier de Coutances, qui ne porte ici aucun titre, et qui fut élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183; Henri II n'ayant pas été en Normandie pendant les premiers mois de 1183, l'acte ne peut pas être postérieur à 1182. — La date initiale de 1177, à laquelle nous préférons celle de 1172-1173, provient sans doute de ce que le Rév. Eyton (p. 219) mentionne un séjour de Henri II à Neufchâtel-en-Bray (Drincourt) en septembre 1177; la réalité de ce séjour ne paraît pas démontrée.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie Supremi Campi et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus rationabilem donationem quam Isabel comitissa, que fuit uxor Gilleberti comitis[1], eis fecit, scilicet medietatem molendini sui de Eskekevilla, excepta decima ecclesie. Quare volo et firmiter precipio quod prenominate sanctimoniales prenominatam medietatem molendini de Eskekevilla habeant et teneant in perpetuam elemosinam, bene et in pace,

[1] Il y a dans le même fonds une charte de « Isabel comitissa, uxor Gisleberti comitis de Pembroc », et une autre charte de « Isabel comitissa quondam uxor Gisleberti comitis..... pro salute anime mee et comitis Gisleberti et comitis Ricardi filii mei ». (*Note de M. Delisle.*)

IMPRIMERIE NATIONALE.

libere et quiete, plenarie et honorifice, sicut prenominata comitissa illam eis dedit et carta sua confirmavit.

Testibus : Henrico Baiocensi episcopo, magistro Waltero de Constanciis, H. comite de Augo, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Alvredo de Sancto Martino, Gilleberto Pipardo.

Apud Drincurt.

DLXXVII

Delisle, n° 400.

1172-1173–1182. — Quevilli.

Confirmation à Raoul Le Veneur de vingt acres de terre dépendant du manoir de Sainte-Mère-Église, que Guillaume Longue-Épée, frère du roi, lui avait données.

A. Original perdu.

B. Vidimus de 1411, au Trésor des Chartes; Archives nationales, JJ 165, pièce 192, fol. 115 v°.

Souscription de Honfroi de Bohon, mort en 1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis[a], vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normanie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Rulpho Venatori XX. acras terre in veteri villa de manerio de Sancte Marie Ecclesia, quas Willelmus frater meus ei dedit pro servicio suo, sibi et heredibus suis tenendas de me et heredibus meis, per servicium inveniend[i] michi vel heredibus meis V. stertoria per annum. Et ideo volo et firmiter precipio quod ipse Rulfus et heredes sui habeant et teneant illas XX. acras terre bene et in pace, liberas et quietas ab omni servicio, eo excepto quod predictum est, cum pertinenciis omnibus suis, in managio et taillagio, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eas pertinentibus.

Testibus : Unfrido de Bohun, Roberto[b] Marmion, Hugone de Creissy, V.[c] de Braosa juniore, Reginaldo de Paveilli, Gerardo de Canvilla[d].

Apud Chevilli.

[a] Anglie... Normanie et Acquittanie et comes Andegaven., justiciar. *B.* — [b] Nob. *B.* — [c] V. *B.* — [d] Cannulla *B.*

DLXXVIII[1]

Delisle, n° 401.

1174–1182. — Rouen.

Autorisation donnée aux moines de Saint-Georges de Boscherville de faire défricher leur terre de « Huchelay ».

A. Original perdu.

B. Copie, Bibliothèque nationale, ms. latin 5423 A, p. 44.

a. Monasticon Anglicanum, t. VI, vol. II, p. 1066.

Renaud, évêque de Bath, qui a souscrit cette pièce, a été consacré le 23 juin 1174; la pièce est donc postérieure à cette date. Maître Gautier de Coutances, également témoin de l'acte, a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183, et il est à remarquer que Henri II n'a pas séjourné en Normandie pendant les premiers mois de 1183; la date de rédaction peut donc se placer entre juin 1174 et 1182. La table de M. Delisle donne 1178-1182, mais Henri II a résidé en Normandie à la fin de 1174 et au commencement de 1175, et l'acte pourrait à la rigueur dater de ce séjour.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, etc., omnibus justiciis, etc., ac magistris forestarum in Anglia, salutem.

Sciatis me dedisse licentiam et potestatem monachis Sancti Georgii de Baukervilla quatinus totam terram suam de Huchelay, quam Willelmus camerarius de Tancarvilla dedit eidem abbatie, et que est sita infra metas foreste de Rotelande, et quantum ibi habent, possint excolere et convertere ad terram arabilem ad opus abbatie.

Testibus : Henrico Baiocensi, Frog[erio] Sagiensi, Reginaldo Bathoniensi episcopis, magistro Waltero de Constanciis, Ricardo Guiffard.

Apud Rothomagum.

[1] Le n° DLXXIX a été supprimé. C'est un renouvellement de l'autorisation donnée aux moines de Saint-Georges (n° DLXXVIII), avec des clauses complémentaires. M. Delisle avait classé cette pièce dans son recueil de copies; il s'est ravisé ensuite, sans doute parce qu'il ne croyait pas pouvoir l'attribuer avec certitude à Henri II, et s'est abstenu de lui donner une place dans la table des pièces contenues dans son recueil.

Dans le cartulaire de Saint-Georges de Boscherville (Bibliothèque de Rouen, ms. 1227, fol. 172 v°), l'acte porte en tête le nom de Jean Sans-Terre, «J., Dei gratia rex Angl[orum]»; cette attribution ne semble pas admissible; mais il n'est pas non plus prouvé que l'acte soit de Henri II. C'est pour cette raison qu'après lui avoir donné primitivement place dans le recueil, nous avons jugé nécessaire de le supprimer.

DLXXX

Delisle, n° 402.

1172-1173-1182. — Rouen.

Acte de Henri II, confirmant la donation, faite à Saint-Pierre de la Couture par Hugues de Semur, d'une terre située « ad Ponval[en] », et qui avait été reconnue comme appartenant au fief du roi, dans une assise tenue par son ordre à Mayet.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de la Couture; Bibliothèque du Mans, ms. 198, fol. 13 v°. — *C.* Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 17123, fol. 165 et 220.

a. Cartulaire des abbayes de Saint-Pierre de la Couture et de Saint-Pierre de Solesmes, publié par les Bénédictins de Solesmes, p. 114.

Round, n° 1037.

Souscription de Gautier de Coutances, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183; Henri II absent de Normandie pendant les premiers mois de 1183.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus ad quos littere iste pervenerint, salutem.

Noverit universitas vestra quod Hugo de Semur, pro redemptione anime sue et antecessorum suorum, quicquid ad Ponval[en] jure hereditario possidebat Deo et ecclesie Beati Petri de Cultura, cum quodam filio suo G., quem ad monachatus ordinem monachi de Cultura benigne susceperunt, cum se ipso etiam, cum ad monachatus religionem se transferre voluerit, integre, libere et quiete dedit et concessit. Unde, quia donum illud de feodo meo erat, Richardus abbas et monachi ut prefatam eis elemosinam concederemus presenciam nostram apud Maetum expecierunt, ubi, eodem Richardo abbate et monachis in presencia nostra constitutis, et prenominate elemosine concessionem instantissime sibi fieri deposcentibus, Hamelinus de Feign[a], predictam elemosinam calumpnians, et eam de feodo suo esse asserens, obviavit. Quare predictum Hugonem, doni illius actorem, presentibus Richardo abbate et monachis et Stephano senescallo Andegavensi, Petro Guidonis, Johanne de Malna et multis aliis, accersiri precepi, et de cujus feodo esset donum illud quod sepedicto Richardo abbati et monachis fecerat, opposita illa quam Deo et mihi debebat fide,

diligentius inquisivi, qui de me feodum illud cum suis aliis feodis extra partem alterius dominii se in hominio tenere recognovit. Preterea, ad majorem certitudinem, servientes meos de Maeto et etiam juratos convocari precepi, eosque vi sacramenti quo mihi tenebantur adjurans, utrum elemosina illa de feodo meo esset, sicut predictus H. recognoverat, inquisivi; qui non solum ea que Hugo de Semur jamdicto Richardo abbati et monachis dederat, verum etiam quicquid ipsi monachi apud Ponval[en] possidebant extra partem Hamellini de feodo meo esse una voce sunt protestati, addentes etiam quod, si ibi bellum sive judicium adjudicatum esset, apud Osiacum coram baillivis meis definiretur. Cognita itaque rei veritate, ad petitionem Richardi abbatis et monachorum predictam elemosinam Deo et ecclesie Beati Petri de Cultura, que nostra est, concessimus et donationem a prefato Hugone factam inconcussam haberi, et prefatos monachos, quicunque ipsi apud Ponvalen quocunque modo possideant, libere et integre et quiete possidere precepimus, ita quod prefatus Hamelinus nec aliquis alius aliqua occasione prefatos monachos super burgo eorumdem possit molestare nec ibi aliquid deinceps audeat reclamare.

Testibus : Wintoniensi episcopo, magistro Waltero de Constantiis, Godefrido de Lucé, W. de Sancte Marie Ecclesia, comite Baldoino de Rivers et fratre ejus, et pluribus aliis.

Apud Rothomagum.

DLXXXI

Delisle, n° 403.

1172-1173–1182. — Tours.

Confirmation des acquisitions faites dans toutes les terres qui dépendent de Henri II par l'abbaye de Saint-Victor de Paris.

A. Original scellé en cire jaunâtre sur lacs de cuir; Archives nationales, L 888 A, n° 21. — Atlas, pl. XXII.

Souscription de Gautier de Coutances, trésorier de Rouen; l'acte ne peut pas être postérieur à 1182.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, seneschallis, prepositis et omnibus baillivis et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis quod concedo et presenti carta mea confirmo ecclesie Sancti Victoris Parisius quicquid eidem ecclesie rationabiliter datum est in ecclesiis, in terris vel rebus vel possessionibus vestris et auctore Deo in posterum rationabiliter concedetur. Et precipio quod quicquid rationabiliter a vobis ei datum fuerit habeat et teneat bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : magistro Waltero de Constanciis Rothomagensis ecclesie thesaurario, Stephano de Turon[is] seneschallo Andeg[avie], Petro Filio Guidonis, Patricio de Chaorc[is], Bertramo de Verdum, Gilleberto Pipard.

Apud Turon[is].

DLXXXII

Delisle, n° 405.

1172-1173–1182. — Valognes.

Confirmation de la donation d'une terre située à Loucelles, faite par Hugues Le Villain à l'abbaye de Saint-Étienne de Caen.

A. Original, collection Stapleton, appartenant à lord Beaumont et conservée au château de Carlton, pièce 13.

B. Copie d'après l'original, par M. Léon Maître; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., 1428, n° 13.

Round, n° 1413.

Acte souscrit par Honfroi de Bohon, qui est mort en 1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me, ad petitionem Hugonis Villani, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et monasterio Beati Stephani de Cadomo, et monachis ibidem Deo servientibus, XX. acras terre in villa que vocatur Lacelles, quas prenominatus Hugo eis in perpetuam elemosinam dedit et concessit et carta sua confirmavit, concedentibus et confirmantibus easdem Arnulfo Lexoviensi episcopo et Waleranno vicecomite, dominis illius feodi. Quare volo et firmiter precipio quod prenominati mo-

nachi predictas XX. acras terre habeant et teneant in perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, sicut prefatus Hugo illas eis dedit et carta sua confirmavit, et sicut carte predictorum Arnulfi Lexoviensis episcopi et Waleranni vicecomitis testantur.

Testibus : Hugone de Creissi, Roberto de Stuttevilla, Unfrido de Bohun, constabulario, Gerardo de Camvilla, Hamone Pincerna, Osberto de Hosa.

Apud Valonias.

DLXXXIII

Delisle, n° 411.

Octobre 1174–1182. — Valognes.

Exemption des droits de tonlieu pour l'abbaye de Montebourg.

Copie de la fin du XIII^e^ s. (1274) dans le cartulaire de Montebourg; Bibliothèque nationale, ms. latin 10087, n° 17, sous la rubrique : *Carta H. juvenis regis.*

Souscriptions de Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, sacré le 6 octobre 1174, et de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, qui a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. La pièce est datée de Valognes, et Henri II n'a pas été en Normandie de janvier à mai 1183. La date est donc : octobre 1174-1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbatie de Montisburgo et abbati et monachis in ea Deo servientibus quietanciam thelonei et passagii et omnium consuetudinum de omnibus propriis rebus suis, ubicunque fuerint, et quod habeant modiationem suam quietam apud Rothomagum de proprio vino suo, et quod pasnagium suum habeant per totam forestam de Constantino et quietanciam. Quare volo et firmiter precipio quod omnes proprie res predicte abbatie sint quiete de omni theloneo et passagio et consuetudine, ubicunque fuerint; et de proprio vino suo apud Rothomagum modiationem suam quietam habeant et pasnagium suum per totam forestam de Constantino et quietanciam; et prenominata abbatia et abbas et monachi in ea Deo servientes predictas quietancias et libertates habeant

et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, sicut supra determinatum est.

Testibus : G. episcopo Eliensi, magistro Waltero Constanciensi archidiacono Oxen[eforde], Ricardo de Vernone, Fulcone Paenello, Willelmo de Vernone juniore.

Apud Valonias.

DLXXXIV

Delisle, n° 406.

1172-1173-1182.

Confirmation de la donation de l'église de Mosles, faite à l'abbaye de Cerisi par Guillaume Gernon.

A. Original perdu.

B. Traduction dans le cartulaire de Cerisi; Archives de la Manche, H 1404, p. 42.

Cette pièce porte la souscription de Gautier de Coutances, mais Gautier ne se qualifie pas encore d'élu de Lincoln, ce qui nous reporte à une date antérieure au 8 mai 1183; elle a très probablement été écrite en Normandie, et doit par conséquent remonter au plus tard à 1182, puisque Henri II n'a pas été en Normandie entre janvier et mai 1183. Guillaume du Hommet y paraît aussi comme témoin, mais sans son titre de connétable, ce qui semble indiquer que l'acte est antérieur à 1179; mais ce n'est là qu'une supposition assez vraisemblable, non une certitude.

[Henri], par la grace de Dieu roy d'Angleterre, duc de Normandye et Aquitaine, comte d'Anjou, à l'archevesque de Rouen, evesques, abbés, comtes, barons, justiciers, vicomtes, ministres et tous fideles sujects, salut.

Soyez certains et cognoissans que Guillaume Gernon et sa femme Havis de l'Isle, Robert de Juvigny et Geoffroy filz aysné de la dite Havys ont donné à Dieu et à Saint Vigor de Cerisy, à Martin abbé et aux moynes servans à Dieu au dit lieu en pure et perpetuelle aumosne à Bayeux en ma presence, de mon consentement et par ma faveur, par les mains de Henry, evesque de Bayeux, l'eglise de Molles, avec les terres, dixmes et toutes autres appartenances, en la presence de Jordain de Molles, prestre, Jean de Littry, son neveu et heritier, qui ont eu ce present agreable, lesquels pretendoient le droict de la dite eglize leur appartenir. A ces causes je veux et ordonne que la dite abbaye, abbé et religieux d'icelle, ayent et tiennent la dite eglize avec touttes les terres, aumosnes et appartenances, librement, paisiblement et honorablement, et faicte[s] deffenses à touttes personnes de leur faire aucune injure ny violence en

quoy que ce soit. Outre sçachez que les dits Gernon et femme, Robert de Juvigny et Geffroy son frere ont accordé et consenty devant moy que la donation du manoir de Fresnay, qui avoit esté faicte par Raoul de l'Isle, demeure ferme et valable sans y rien reclamer, et l'ont confirmé de leur escrit. Pourquoy je veux et ordonne que la dicte abbaye tienne et possede le dit manoir librement et paisiblement et honorablement, d'aultant que je la tiens pour mienne et touttes ses possessions sont en ma protection et sauve garde.

Tesmoins : maistre Gaultier de Coustances, Raoul Foliot archidiacre, Roger chappellain, Guillaume comte de Magneville, Guillaume de Humet, Hamon Piscerne, Henry de Clairi, Lucas son frere, Guillaume....., Robert de Villiers, Robert du Manoir.

DLXXXV

Delisle, n° 407.

1172-1173–1182. — Northampton.

Exemption des droits de tonlieu pour les lépreux de Saint-Lazare de Jérusalem.

A. Original perdu.

B. Copie de l'année 1352; Archives nationales, K 26, n° 21 A.

C. Coutumier de Dieppe; Archives de la Seine-Inférieure, G 851, fol. 63 v°.

Souscription de Thomas Basset, mort au plus tard en 1183; or la présente pièce est datée de Northampton, et Henri II, en 1183, a été constamment en France; l'acte ne peut donc pas être postérieur à 1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus justiciis, vicecomitibus et omnibus prepositis et ministris suis Normannie et Andegavie et Aquitanie et Pictavie et Britanie et tocius terre sue et portuum maris, salutem.

Precipio quod leprosi Sancti Lazari de Jerusalem et omnes homines et servientes sui sint quieti de theloneo, pontagio et passagio et omni consuetudine[a] per totam terram meam, de omnibus rebus quas ipsi vel homines sui affidare poterunt proprias

[a] de theoleneo et passagio et pontonagio et omni consuetudine, *C.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

suas esse vel hominum aut servientium suorum. Et ideo prohibeo ne quis eos inde disturbet super forisfacturam meam.

Testibus : [a] Waltero Filio Roberti, Hugone de Cressi, Willermo de Lanval[eio], Thoma Basset, Rogero de St[otevilla], Gerardo de Ganvilla (*sic*).

Apud Norhantonne.

DLXXXVI

Delisle, n° 408.

1172-1173-1182. — Westminster.

Confirmation à l'église de Rouen de la pâture de Londinières, qui lui avait été adjugée dans une assise royale, à Rouen.

A. Original perdu.

B. Copie du commencement du XIII[e] s., dans le cartulaire de l'église de Rouen; Bibliothèque de Rouen, ms. 1193, pièce 52, fol. 49 v°.

Round, n° 26.

Gautier de Coutances, qui a souscrit cette pièce, n'y est pas qualifié d'évêque élu, et l'on sait qu'il a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. En outre, la charte est datée de Westminster, et Henri II, passé en Normandie en mars 1182, n'a pas mis les pieds en Angleterre pendant le reste de l'année, ni en 1183.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, castellano suo et bailivis suis de Drincort, salutem.

Precipio vobis quatinus manuteneatis et promoveatis res et possessiones et homines et omnia que ad ecclesiam Rothomagensem spectant sicut res meas dominicas, et precipue pasturam suam de Londoneriis, que ipsi adjudicata est in assisa apud Rothomagum, in curia mea, nec paciamini quod aliquis ei inde injuriam aut molestiam vel gravamen aut vexationem vel violenciam inferat : ipsa enim ecclesia et res omnes et possessiones et homines ejus in custodia et protectione mea sunt. Si vero aliquis ei in aliquo forisfacere presumpserit, id ei sine dilatione emendari faciatis.

Teste magistro Waltero de Constanciis.

Apud Westmonasterium.

[a] *Les noms des témoins manquent dans C.*

DLXXXVII

Delisle, n° 410.

1174-1182. — Winchester.

Confirmation des franchises de l'abbaye de Vendôme.

A. Original autrefois scellé, percé, en bas, de quatre trous pour les attaches du sceau; Archives de Loir-et-Cher.

B. Copie dans le ms. Phillipps 25058, fol. 65, *ex originali*, indiquée par M. l'abbé Métais; ce ms. se trouve actuellement à la Bibliothèque nationale, Nouv. acq. franç. 20225. — *C.* Sommaire dans le ms. 272 de Vendôme.

a. *Cartulaire Saintongeois de la Trinité de Vendôme*, éd. de l'abbé Ch. Métais (*Archives historiques de la Saintonge et de l'Aunis*, t. XXII), p. 110, n° LXVII.

Henri II, absent d'Angleterre en 1172-1173, y est rentré en 1174. D'autre part Rotrou, archevêque de Rouen, qui figure ici comme témoin, est mort le 25 novembre 1183. Enfin le roi a repassé d'Angleterre en France en mars 1182, pour y rester pendant le reste de cette année et l'année 1183. La pièce a donc été écrite entre 1174 et 1182.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, prepositis et omnibus aliis ministris et fidelibus suis Andegavie, Pictavie et Xantonie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Vindocinensi ecclesie et abbati et monachis ibidem Deo servientibus omnes libertates et quietancias quas antecessores mei eis concesserunt et dederunt, sicut carte quas monachi inde habent testantur quod eas habere debeant. Et ideo volo et firmiter precipio quod predictam abbatiam, sicut meam dominicam elemosinam, et omnes terras et homines ejusdem abbacie et tenuras, sicut res meas dominicas, manuteneatis et custodiatis et protegatis, nullam eis injuriam vel molestiam facientes, sed [a] si quis eis in aliquo forisfecerit, plenariam inde justiciam sine dilacione faciatis.

Testibus : Rotroldo archiepiscopo, R. Nannetensi episcopo, R. comite Legre-

[a] scilicet *a*.

cestrie, Willelmo Filio Audelini [a], dapifero, Gilleberto Malet dapifero, Alwredo de Sancto Martino, Willelmo de Albineio, Ricardo de Canvilla et Gerardo de Canvilla.

Apud Wintoniam.

DLXXXVIII

Delisle, n° 332 B.

Mai 1175–mars 1182. — Westminster.

Confirmation à l'abbaye de Saint-Valeri de divers domaines qu'elle possédait en Angleterre.

A. Original autrefois scellé sur un cordonnet; Oxford, New College, Takeley deed n° 26. — Atlas, pl. IX, d'après une photographie du Rév. Salter.

Indiqué par M. Delisle, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, 1908, p. 568, n° 93 du Rév. Salter. C'est par suite d'une erreur que cette pièce figure une seconde fois à la table sous le n° 337 A.

M. Delisle a signalé (Introduction, p. 190 et 290) les anomalies de cette charte, qui, bien qu'authentique, n'a pas dû être rédigée à la chancellerie. — Elle porte à la table la date : vers 1175; n'ayant pas pu retrouver de raisons qui puissent justifier cette date, nous nous bornons à observer que la charte est souscrite par Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, sacré le 6 octobre 1174; Henri II était alors en France; il n'a repassé en Angleterre que le 8 ou le 9 mai 1175. D'autre part Gautier de Coutances, qui figure également ici comme témoin, sans aucun titre, a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183, et à ce moment Henri II était sur le continent depuis mars 1182 (Eyton, p. 247). La pièce doit donc être datée de mai 1175 à mars 1182.

Henricus [1], Dei gratia rex Angl[ie], et dux Normannie et Aquitanie, et comes Andegavie (*sic*), archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis nos (*sic*) concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Beati Walerici, et monachis ibidem Deo servientibus, in perpetuam et liberam elemosinam, omnes terras et teneuras suas, et omnes donationes que donate sunt eis in elemosinam vel donabuntur, videlicet : Thakeleiam, cum pertinentiis suis, Wallam

[a] Andol., *a.*

[1] En capitales. La pièce n'a pas été écrite par un clerc de la chancellerie, ainsi que l'a observé M. Delisle (Introduction, p. 290).

et Daneseiam, cum pertinentiis suis, Viditon. et Liudesel., cum pertinentiis suis, Meldeburne et Berecengl., cum pertinentiis suis, et quicquid habent in Manged., et in Boltton., et in Macinges et in Caneveles; ecclesias etiam de Histeleurd.,[1] et de Heston., et de Tuicheam, et de Hanton., et quicquid habent apud Henton., vel alibi. Nulla autem persona, parva vel magna, per debitum seu per consuetudinem, aut per violentiam, aliquid ab hominibus et terris et possessionibus predicti monasterii exigat, non equitationem seu expeditionem, non pontium vel castrorum edificationem, non veicula, non summagia, non vectigalia, non navigia, non opera, non tributa, non xenia, non lestagia, non tedinpany, non timpany; et habeant quietantiam de exsartis et vastis nemorum. Nullus vero forestarius regis quicquam se intromittat de boscis abbatis et monachorum qui sunt in foresta, sed omnem libertatem et potestatem, quam habet rex in boscis suis, habeant et monachi in omnibus boscis suis; et sint ipsi, et homines eorum, et res ipsorum, absoluti et liberi a danegeldis et omnibus geldis, et hidagio, et portagio, et passagio, et theloneo, et auxilio vicecomitum et prepositorum, et warpeny, et omni alia exactione et consuetudine, in nundinis, in foris, quorumcumque sint, in terris et aquis, in transitibus pontium et maris portuum, per totam Angliam et Normanniam, et per totam terram meam, in omnibus rebus et in omnibus locis, sintque abbatis et monachorum, de hominibus suis et de alienis in eis forisfacientibus vel ibi cum forisfacto interceptis, placita omnia cum socca et sacca, et tol., et theam, et infangene[theo]f, et hutfangen[etheof], et hansocca, infra burgum et extra, in viis et semitis, et omnibus locis; habeantque abbas et monachi in tota possessione sua omnem justiciam de assaltu et sanguinis effusione et pacis infractione; sintque liberi et quieti de scyris et hundredis, et placitis et querelis et omnibus consuetudinibus. Prohibemus (*sic*) etiam ne pro aliqua causa ponantur in placitum de tenementis suis, nisi coram me, vel coram capitali justicia, quia non permitterem judicium fieri de elemosina mea et antecessorum meorum, nisi coram me. Nec quicquam teneatur de donationibus que facte sunt per non sapientes abbates de terris et tenementis Sancti Wal[erici], nisi confirmassione (*sic*) conventus et sigilli ejus apposissione (*sic*). Volumus igitur et firmiter precipimus quod predicti monachi hec omnia predicta in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietantiis predictis bene et in pace, libere et quiete et integre habeant in perpetuum, et honorifice teneant.

Testibus : R. episcopo Wintoniensi, magistro Waltero Const[antiensi] et Bern[ardo] de Sancto Walerico.

Apud Westmonasterium.

[1] La lettre *l* porte une abrévation.

DLXXXIX

Delisle, n° 332 A.

Mai 1175–mars 1182? — Westminster.

Confirmation des biens et des franchises de l'abbaye de Saint-Valeri.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin; Oxford, New College, Takeley deed n° 159. — Atlas, pl. IX, d'après une photographie du Rév. Salter.

L'authenticité de cette pièce est incontestable, mais elle n'a pas été écrite par un scribe de la chancellerie, ainsi que le prouvent l'écriture, le nom du roi écrit en toutes lettres, et les mots Anglie, Normannie et Aquitanie. Nous ignorons la raison pour laquelle elle porte, à la table, la date : vers 1175. Les analogies de rédaction qui existent entre elle et la précédente donnent lieu de croire qu'elle a peut-être été rédigée à la même époque; elle se placerait alors entre mai 1175 et mars 1182. Ce n'est là, d'ailleurs, qu'une hypothèse.

Henricus, Dei gratia rex Anglie, et dux Normannie et Aquitanie (*sic*), et comes Andegav[ie], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis tocius Anglie, salutem.

Sciatis me dedisse et hac carta mea confirmasse Deo et ecclesie Beati Walar[ici], et monachis ibidem Deo servientibus, in perpetuam et liberam elemosinam omnes terras et teneuras suas, et quicquid habent vel adquirere poterint (*sic*) de elemosinis fidelium, cujuscunque feodi sint, cum omni libertate que esse potest, excepto murdro et latrocinio, quando in terra sua evenerint. Et sint ipsi et homines sui liberi et quieti de syris et hundr[edis] et auxiliis vicecomitum et prepositorum et warpen[y] et hidag[iis] et omnibus aliis querelis. Et ideo precipio quod monachos illos, et terras et redditus et tenementa, et omnes res et possessiones suas, et quicquid spectat ad ecclesiam Sancti Wal[arici], custodiatis et manuteneatis et protegatis, ita quod nullam violentiam vel injuriam aut gravamen eis faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam faciatis, nec pro aliqua causa ponantur in placitum nisi coram [a] me vel coram capitali justicia mea, quia non permitterem judicium fieri de propria elemosina mea et antecessorum meorum, nisi coram me.

Teste Rand[ulpho] de Glanv[illa].

Apud Westmonasterium.

[a] coram *répété.*

DLXXXIX BIS

Delisle, n° 479.

Décembre 1175–mars 1182. — Westminster.

Confirmation de biens accordée au bouteiller Alexandre de Barentin.

A. Original perdu, indiqué par Madox : « ex autographo in Archivo S. Petri Westmonasteriensis ».

a. Madox, *Formulare Anglicanum*, p. 47, n° CXXXVI.

Date donnée à la table : 1176–1188. Jean d'Oxford, qui figure, parmi les témoins de cet acte, avec le titre d'évêque de Norwich, n'a pu prendre ce titre qu'après son sacre, arrivé le 14 décembre 1175. L'acte n'est donc pas antérieur à la seconde moitié de décembre 1175. On y relève aussi la souscription de Thomas Basset, qui mourut au plus tard en 1183 (Introduction, p. 463). Or Henri II, qui a rendu cet acte à Westminster, a résidé en France depuis le 10 ou le 11 mars 1182 (Eyton, p. 247) jusqu'au 10 juin 1184 (*id.*, p. 256). La pièce doit donc être datée de décembre 1175 à mars 1182.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum [a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis [b], vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Alexandro de Barentin, pincerne meo, et heredibus suis, omnia tenementa sua quecumque rationabiliter adquisivit : Ex dono Ricardi, Pictaviensis archidiaconi, et Herberti filii sui, et ex concessione Clarembaldi electi et tocius conventus Sancti Augustini Cantuarie, terram de Medegrave cum duobus molendinis, sibi et heredibus suis tenendam, pro X. solidis per annum inde reddendis abbati et conventui Sancti Augustini Cantuarie, secundum quod in carta ejusdem Clarembaldi et conventus Sancti Augustini continetur. Ex dono conventus Ecclesie Christi Cantuarie, molendinum Duarum Rotarum de Sulifort, sibi et heredibus suis tenendum, cum omnibus pertinentiis suis, de predicta Ecclesia Christi pro duabus marcis argenti inde reddendis per annum. Ex dono Aimari abbatis et tocius conventus de Certesia, unam hidam terre in Coveham que appellatur Ettenesse, et unam gravam que vocatur Bradele, cum brueria adjacente usque ad viam, sibi et heredibus suis tenendas pro quatuor solidis

[a] Angliæ, Normanniæ, *etc.*, *a.* — [b] justiciariis *a.*

et VI. denariis inde annuatim reddendis abbati et monachis de Certesia. Ex dono ejusdem abbatis et conventus de Certesia, molendinum illud quod Ailmarus Smat quondam ad firmam tenuit, sibi et heredibus suis tenendum pro dimidia marca argenti inde annuatim reddenda abbati et conventui de Certesia, et unam virgatam terre juxta molendinum illud, sibi et heredibus suis tenendam pro V. solidis per annum inde reddendis, quam idem Ailmarus Smat tenuit. Ex dono Ricardi Pictaviensis archidiaconi, unam seldam in Dunegata in Lundonia, sibi et heredibus suis tenendam cum omnibus pertinentiis suis, quam predictus Ricardus Pictaviensis archidiaconus emit de Roberto de Ponte Archarum, et postea dedit Alexandro de Barentin. Quare volo et firmiter precipio quod Alexander de Barentin et heredes sui post eum habeant omnia supradicta tenementa cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in burgo, in villis et extra, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut cyrographa et carte quas inde habet testantur.

Testibus : R. Wintoniensi, G. Elyensi, J. Norwicensi episcopis, Herberto Cantuariensi archidiacono, comite Willelmo de Mandavilla, Willelmo Filio Audelini [a] dapifero, Gilleberto Malet dapifero, Reginaldo de Curtenai, Ricardo de Canvilla, Roberto Marmion, Willelmo de Lanvalei, Willelmo Malo Vicino, Thoma Basset, Gaufrido Perticensi [b], Gerardo de Canvilla, Radulfo Filio Stephani camerario, et Eustachio fratre suo.

Apud Westmonasterium.

DXC

Delisle, n° 435.

1175-mars 1182 (probablement automne de 1181). — Clarendon.

Charte de sauvegarde pour l'évêque et l'église d'Évreux.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le premier cartulaire de l'église d'Évreux, Archives de l'Eure, G. 122, n° 202. — *C.* Copie du XV^e^ s., dans le second cartulaire de l'église d'Évreux, G 123, n° 203.

[a] Audelmi *a.* — [b] Pertica *a.*

Round, n° 304.

D'après l'itinéraire d'Eyton (p. 244), Henri II s'est trouvé à Clarendon entre octobre et décembre 1181. Nous ne savons pas si c'est à ce moment que la présente charte a été donnée; elle porte la souscription de maître Gautier de Coutances, qui fut élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183, et qui ne se qualifie pas ici d'évêque élu; au surplus Henri II a résidé en France des premiers jours de mars 1182 au commencement de juin 1184. La pièce n'est donc pas postérieure aux premiers jours de mars 1182. Elle est en tout cas postérieure au 6 octobre 1174, puisqu'elle porte la souscription de Richard, évêque de Winchester, sacré à cette date. Nous proposons de la dater de 1175 à mars 1182, avec la mention : probablement dans l'automne de 1181.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Precipio vobis quod custodiatis et manuteneatis et protegatis Johannem, Ebroicensem episcopum, et ecclesiam suam, et terras et homines et redditus suos, et omnia que ad eumdem episcopum et ecclesiam suam pertinent, sicut res meas proprias, ita quod nullam eis injuriam vel molestiam aut gravamen faciatis nec ab aliquo fieri permittatis. Si quis autem eis vel rebus suis in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam sine dilacione eis inde justiciam fieri faciatis. Precipio etiam quod justicietis omnes illos qui eidem episcopo aut ecclesie sue ullas debent consuetudines aut redditus aut servicia, quod sine dilacione faciant eis quicquid facere debent et facere solebant predecessoribus prefati episcopi.

Testibus : Richardo Wintoniensi episcopo, magistro Waltero de Constanciis, Reginaldo de Cortenai.

Apud Clarendonam.

DXCI

Delisle, n° 413.

1177-1182. — Domfront.

Confirmation des biens de l'abbaye de Savigni.

A. Original perdu.

B. Copie de la fin du XII^e^ s. ou du commencement du XIII^e^, dans le cartulaire de Savigni; Archives de la Manche, H non coté, pièce 582.

IMPRIMERIE NATIONALE.

a. Extrait, *Petri Blesensis opera*, éd. de 1667, p. 775.

Voir l'Introduction, p. 326.

Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, qui a souscrit cette pièce, a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183; Henri II n'ayant pas séjourné en Normandie dans les premiers mois de 1183, l'acte est au plus tard de 1182. — Gautier apparaît comme *sigillifer regis* en 1177; il ne porte pas ici ce titre, mais la place à laquelle il souscrit, en tête des autres témoins, indique peut-être qu'au moment où cette charte a été rédigée il était déjà le chef de la chancellerie; c'est sans doute pour cette raison que M. Delisle, dans sa table, adopte la date : 1177–1182; nous n'en garantissons pas l'exactitude.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum[a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancte Trinitatis de Savigneio et monachis ibidem Deo servientibus omnes suscriptas rationabiles donationes que eis facte sunt, scilicet : Ex dono Willelmi de Duxeio presentationem ecclesie Sancti Martini de Gasto et ecclesie de Campcervor, et medietariam de Tessues cum pertinenciis suis. Ex dono Willelmi filii Rogeri de Villa Canis et duorum fratrum suorum, Ricardi et Hugonis, jus patronatus ecclesie de Villa Canis. Ex dono Rogeri Bacun jus patronatus ecclesie de Plana Silva. Ex dono Ricardi, Baiocensis episcopi, et concessione Willelmi Patric, ecclesiam de Landisac cum decimis ejusdem ville et aliis pertinenciis suis. Ex dono Rohaldi filii Roberti Rohaldi, et concessione Engerrani Patric domini sui, concedentibus etiam Errenburgi matre sua et patruo ejus Herberto Rohaldi et filiis suis, presentationem ecclesie Sancti Petri de Intramontes et totam terram de Landisaco cum omnibus pertinenciis suis, et medietariam de Bulleio, et masuram Johannis de Aties in Condeio, et in Bucelei pratum de Gaiena et dominium Marie et dominium Milesent. Ex dono Rannulfi de Vireio et fratrum suorum, et concessione Radulfi de Fugeriis, totum dominicum suum in maretis Medrei, et terram et pratum Marigneii, et ecclesiam de Medreio ex integro, et presentationem capellanorum et decimas totius parrochie, excepta tercia garba quam habent sanctimoniales de Redonis. Ex dono Petri Chaucon et filiorum suorum domum unam apud Abrincas. Ex dono Roberti de Briceio, filii Roberti filii Willelmi, totam terram suam de Briceio, excepta masura filiorum Galteri. Ex dono Durandi de Croleio, et concessione Henrici de Feugeriis, totam terram que est inter vineam de Campo Botri et vetus stannum de Verduno et inter Grollium et viam de

[a] Henr., Dei gratia rex Angl., et dux Norm. et Aquit., et comes And., *B.*

Ponte Aubaudi et viam de Abrincis. Ex dono Hugonis filii Anketilli totam terram suam de Verdun. Ex dono Rainaldi camerarii de Abrincis et concessione Durandi de Croleio terram quamdam et pratum, et juxta eamdem terram, ex dono Rogeri Ruffi et Vitalis cognati ejus, et concessione Gilleberti presbiteri domini eorum, virgultum et terram juxta virgultum. Ex dono Estormi de Verdun duas acras terre. Ex dono Bertranni de Verdun terram quandam juxta grangiam de Campo Botri. Ex dono Galteri Alori et Willelmi Gojun, et concessione Rannulfi Grimaut, VII. acras terre juxta Abrincas. Ex dono Radulfi de Feugeriis, totum dominium suum de maretis Medrei et totum dominium suum de Verdun, excepto molendino. Ex dono Henrici de Feugeriis, et concessione heredum Alelmi Calvi, in Romeigneio, totam terram que fuit Alelmi Calvi, et terram Joslini molendinarii cum pertinenciis suis. Ex dono Roberti filii Giroldi, et concessione Henrici de Feugeriis, in Molinis, terciam partem molendini de Ossibus cum pertinenciis suis. Ex dono Juhelli de Savigneio et Willelmi Bastardi, et concessione Henrici de Feugeriis, totum rivagium aque de Chanbe contra terram de Habitu Alberti cum pertinenciis suis. Ex dono Ricardi de Serland, et filiorum ejus, VIII. acras terre et quoddam pratum in hamello juxta vadum Ollandi in Alereio. Ex dono Maleffant, in Mareigneio, masuram Querun, id est VIII. acras terre. Ex dono Martini Pichardi, et concessione Petri de Sancto Hylario, in Margotin, terram intra viam Sancti Jacobi et Coglarum et Mundineium. Ex dono Garini Tirel, et concessione Willelmi Avenel, XXX. acras terre in Pasbran. Ex dono Vitalis Vacce, vineam quandam cum modica terra ei adjacente. Ex dono Petri de Sancto Hylario, vinum ad missas, singula scilicet setaria singulis septimanis reddenda in villa Sancti Hylarii, et III. quarteria frumenti ad hostias de redditu suo, apud Sanctum Quintinum reddenda singulis annis. Ex dono Radulfi Males, dimidium torcular et dimidiam vineam suam, cujus dimidiam partem habent sanctimoniales Moritonii. Ex dono Hugonis de Hume, concedente Ruelone filio ejus, unam acram terre in villa de Hume. Ex dono Roberti de Helceio et Willelmi filii ejus, terram de Esparzuns. Ex dono Reinaldi Canis, et concessione Willelmi de Sancto Johanne, terram de Croleio. Ex dono Ruellonis de Milleio, masuram unam terre in villa de Calido Loco. Ex dono Rogeri de Milli, masuram in Calido Loco. Ex dono Roberti Gillaud, VII. acras terre et dimidium juxta forestam Savignei, et terram de Curvafossa cum pertinentiis suis. Ex dono Henrici de Busleio et Hamellini filii ejus, unum sextarium frumenti in molendino de VII Forgis. Ex dono Rogeri de Rodolio, concedentibus uxore sua Matilde et filio suo Alexandro, et Johanne de Taun, molendinum de Ver cum pertinenciis suis, excepta molta domus de Croili. Ex dono Willelmi de Mandevilla comitis de Essex[a], pratum Hamelli de Sancto Georgio et dimidiam acram terre. Ex dono Radulfi de Haia, totam decimam

frumenti sui de Longavilla in censariis et molendino. Ex dono Willelmi de Musca, totam decimam frumenti et avene et totius redditus sui de feodo Maisnilli Drogonis, excepta decima molendini de Sancto Leodegario. Ex dono Jordani Tessun terram de Veies, et in terra de Villeio quietanciam de omnibus illis que ad se pertinent, et omnes pelles arietum qui de foresta Cingelesii ad coquinam ipsius adducuntur. Ex dono Roberti de Caligneio, concessione Willelmi filii sui, decimam molte tocius annone que venit ad molendinum de Caligneio, et masuram Gervasii de Cauneria cum omnibus pertinenciis suis, et terram de Fontibus cum pertinenciis suis. Ex dono Rogeri Bacun, in Plana Silva, Osbernum de Monte Teoldi et tenementum ejus de decem quarteriis frumenti, et Robertum de Piro et tenementum ejus de XI. quarteriis avene, et in tenemento Stephani Ridel V. boissellos frumenti, et quicquid habebat in terra Herberti. Ex dono Alani de Estarvilla, concessione Ricardi Baiocensis episcopi, decimam proprie carruce. Ex dono Ricardi de Sancto Fromundo et Willelmi filii sui, concedente Engelgerio de Boun, in parrochia Sancti Clari, masuram unam que vocatur masura Ernaldi. Ex dono Willelmi de Rampen, terram de Gascheriis. Ex dono Gaufridi de Vilers, concedente Ricardo de Humetis et Willelmo filio ejus, duos campos terre, quorum unus situs est inter terram de Super Gardinum et terram de Maceriariis, alter vero est eidem ex una parte contiguus. Ex dono Willelmi Linebarbe et filiorum ejus, concedentibus Willelmo Patric et Alexandro de Boun, molendinum de Noer. Ex dono Rohaldi, filii Roberti Rohaldi, et Herberti Rohaldi patrui sui, in Caligneio, totum dominium de Broslio, et subtus [a] domum Reinaldi de alio Brollio, IIII. acras terre. Ex dono Willelmi et Rogeri et Radulfi, filiorum Gaufridi de Mercato, III. acras terre ante domum Vitalis de Tor. Ex dono Roberti filii Zacharie de Bruceio et Willelmi fratris ejusdem Roberti, quandam partem terre sue in monte d'Escures. Ex dono Symonis comitis Ebroicensis, apud Caravillam, domum unam et masuram et salinam. Ex dono Radulfi Lupi et Reinoldi filii ejus, concedentibus filiabus ejusdem Radulfi Maria et Hylaria et earum maritis Helya et Bartholomeo, II. acras terre, unam ad Moslereiam et alteram ad Fossam, et III. virgatas apud Runcereiam, et V. virgatas ad Vendeiz, et duas masuras, unam apud Thaun et alteram apud Babeinvillam, et apud Colombiers terram quam tenent de monachis Helyas et Bartholomeus, generi ejusdem Radulfi, pro duobus sextariis frumenti annuatim reddendis. Ex dono Ranulfi Verneii et Mabilie uxoris ejus, concedente Philippo filio suo et omnibus liberis ej[u]s, duas garbas decime quas clamabant in terra de Thaun, in feodo Roberti de Fonteneto, similiter et decimam de XII. acris dominici sui. Ex dono Ricardi de Alneto, VIII. acras terre in

[a] sumptus *B.*

Briceio. Ex dono Marie filie Ruellonis Bastard et Ricardi patrui ejus, in parrochia Savigneii, totum feodum Willelmi Bastard. Ex dono Ricardi Juhelli, totum feodum suum de Savigneio et donationem quam fecit Alanus frater ejusdem Ricardi. Ex dono Achardi Abrincensis episcopi, et concessione heredum Savigneii, ecclesiam ejusdem ville. Ex dono Eudonis Babilonię et Johannis filii ejus et Guidonis fratris ejusdem, in Logis, quandam terram que Rohardet vocatur, cum duabus garbis decime ejusdem terre. Ex dono Ursi de Logis et Roberti filii ejus et Willelmi Coisler nepotis eorum, et concessione Achardi episcopi Abrincensis, concedente etiam Hasculfo de Sancto Hylario, ecclesiam de Logis cum pertinenciis suis. Ex dono episcoporum Abrincensium Turgisii, Ricardi, Herberti, Achardi, et concessione Rannulfi de Vireio et Willelmi et Rogeri fratrum ejus, ad quorum feodum jus patronatus subscriptarum ecclesiarum pertinebat, ecclesiam de Vireio ex integro, et decimas totius parrochie, exceptis duabus garbis de masura Lanie, et ecclesiam Sancti Martini de Bresceio ex integro, ecclesiam etiam de Molinis ex integro, cum pertinentiis suis. Ex dono episcoporum Abrincensium Turgisii, Acardi, et concessione Roberti de Apenticio et filiorum suorum, ecclesiam de Apenticio cum pertinenciis suis. Ex dono Pagani de Sancto Bricio et Gervasie uxoris ejus et filiorum suorum, juxta forestam Savigneii, totam terram que Melium dicitur, et masuram que vocatur Aurineria, et campum qui dicitur Kernun usle (*sic*) et masuram Aucherii, et duas acras terre juxta cimiterium Vireii. Ex dono Gaufridi filii Guimundi et filiorum ejus Alani, Juhelli, Sequardi, in terra gasta, dimidiam partem terre de Calumniis. Ex dono Pagani de Ceresel et Willelmi, filii ejus, et Radulfi Roheis et Wiburgis, uxoris ejus, alteram medietatem ejusdem terre de Calumniis, quas donationes concesserunt Oliverus de Ardene et Radulfus Brito, ad quorum feodum terra ipsa pertinebat. Quare volo et firmiter precipio quod supranominata ecclesia de Savigneio et monachi in ea Deo servientes omnia predicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in ecclesiis et decimis et terris, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stannis, et piscariis et mariscis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : magistro Waltero de Constanciis Oxenefordensi archidiacono, Radulfo Herefordensi archidiacono, magistro Joscelino Cicestrensi archidiacono, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Radulfo de Filgeriis, Seherio de Quincie (*sic*), Bertranno de Verdun, Willelmo de Solariis, Raginaldo de Paveilli, Hugone de Morwich, et Hugone Bardulfi, dapiferis, Nigello de Moretonio.

Apud Danfront.

DXCII

Delisle, n° 414.

Confirmation des biens de l'abbaye de Savigni. — Texte interpolé et falsifié de la pièce précédente.

B. Confirmation par Charles IV, datée du mois d'août 1323, et dont l'original fait partie de la collection Leber; Bibliothèque de Rouen, ms. n° 3122, n° 103 des actes de Savigny. — *C.* Vidimus de *B*, par la vicomté d'Avranches, le 1er juin 1387; Archives nationales, L 966. — *D.* Confirmation de la charte de Charles IV par Henri VI, roi d'Angleterre, en juin 1425; copie de cette confirmation; Bibliothèque nationale, ms. latin 10078, p. 362. — *E.* Confirmation de la charte de Charles IV par Charles VII, en septembre 1450; original en très mauvais état; Archives nationales, L 966. — *F.* Confirmation (extrait) de la charte de Charles VII par Louis XI en mars 1464-1465; publiée dans les *Ordonnances des rois de France*, d'après un registre du Trésor des Chartes; Archives nationales, JJ 199, n° 512.

a. Ordonnances des rois de France, t. XVI, p. 314 (texte *F*).

Voir l'Introduction, p. 326.

On a imprimé en italiques les passages qui ne se trouvent pas dans le cartulaire de Savigni et qui ont été ajoutés par l'interpolateur. Le texte du cartulaire de Savigni étant meilleur que ceux par lesquels est représentée la charte interpolée, on aura soin de se reporter à ce sujet à l'article précédent (pièce DXCI); si M. Delisle a pris le parti de publier à part la charte interpolée, c'est pour donner un exemple des modifications fantaisistes ou frauduleuses qui ont été parfois introduites dans certaines chartes de Henri II.

Henricus, Dei gratia rex Anglie, dux Normannie et Aquitanie, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, *baillivis*, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancte Trinitatis de Savigniaco et monachis ibidem Deo servientibus omnes subscriptas donationes que eis facte sunt, scilicet : *Ex dono Radulfi Feugeriarum domini, forestam Savigniaci sicut cingitur tribus aquis, Chamba, Chamberna et Nigra Aqua, scilicet* [a] : Ex dono Willelmi de Duceyo presentationem ecclesie Sancti Martini de Gasto, et *presenta-*

[a] *Ce passage manque dans le cartulaire de Savigni.*

tionem ecclesie de Campo Cervor., et medietariam de Teissues cum pertinenciis suis. Ex dono [a] Willelmi filii Rogeri de Villa Canis et duorum fratrum suorum Ricardi et Hugonis, jus patronatus ecclesie de Villa Canis. Ex dono Rogerii Bacon, jus patronatus ecclesie de Plana Silva. Ex dono Ricardi, Baiocensis episcopi, et concessione Willelmi Patric, ecclesiam de Landissac cum decimis ejusdem ville et aliis pertinentiis suis. Ex dono Rohaldi, filii Roberti Rohaldi, et concessione Berengerii patris domini sui, concedente etiam Eramburge matre sua, et patruo ejus Herberto Rohaldo et filiis suis, presentationem ecclesie Sancti Petri de Intra Montes, et totam terram de Landisiaco cum omnibus pertinenciis suis, et medietariam de Bulleyo et masuram Johanne [b] de Aties in Condeyo, et in Bucelley pratum de Gaiena et dominium Marie, et dominium Milesent. Ex dono Rannulfi de Vireyo et fratrum suorum, et concessione Radulfi de Feugeriis, totum dominium suum in maretis Medreii, et terram et pratum Marigneii, et ecclesiam de Madreyo ex integro, et presentationem capellanorum, et decimas parrochie, excepta tertia garba quam habent sanctimoniales de Redonis. Ex dono Petri Chaucon et filiorum suorum, domum unam apud Abrincas. Ex dono Roberti de Briceyo, filii Roberti filii Willelmi, totam terram suam de Briceyo, excepta mansura filiorum Galteri. Ex donatione Durandi de Croleyo, et concessione Henrici de Feugeriis, totam terram que est inter vineam de Campo Botri et vetus stannum de Verduno, et inter Grollium et viam de Ponte Aubaudi et viam de Abrincis. Ex dono Hugonis filii Anquetilli, totam terram suam de Verdun. Ex dono Rainaldi camerarii de Abrincis, et concessione Durandi de Crolleio, terram quamdam et pratum juxta eandem terram. Ex dono Rogerii Ruffi et Vitalis cognati ejus, et concessione Gilberti presbiteri, domini eorum, virgultum et terram juxta virgultum. Ex dono Estormi de Verdun duas acras terre. Ex dono Bertranni de Verdun terram quandam juxta grangiam de Campo Botri. Ex dono Galteri Alori et Willelmi Gojun, et concessione Rannulfi Grimaut, VII. acras terre juxta Abrincas. Ex dono Radulfii de Feugeriis totum dominium suum de maretis Medreii et totum dominium suum de Verdun, *et dimidium molendinum de Romagneyo, et quasdam terras adjacentes, et capellam Sancti Johannis de Fulgeriis* [c]. Ex dono Henrici de Feugeriis, et concessione heredum Alelmi Calvi, in Romagneio totam terram que fuit Alelmi Calvi, et terram Joslini molendinarii cum pertinenciis suis. Ex dono Roberti filii Geroldi, et concessione Henrici de Feugeriis, in Molines tertiam partem molendini de Ossibus cum pertinenciis suis. Ex dono Juhelli de Sav[igneio] et Willelmi Bastardi, et concessione Henrici de Feugeriis,

[a] *Ce qui suit, jusqu'à la fin de l'énumération des biens, manque dans l'édition des Ordonnances.* — [b] Johannis, *dans le cartulaire.* — [c] *Le cartulaire porte simplement* excepto molendino.

totum rivagium aque Cambe contra terram de Habitu Alberti cum pertinenciis suis. Ex dono Ricardi de Serland et filiorum ejus, octo acras terre et quoddam pratum in hamello juxta vadum Ollandi in Alereio. Ex dono Malenfant, in Marigneio masuram Queron, id est octo acras terre. Ex dono Martini Pichardi, et concessione Petri de Sancto Hilario, in Margotin, terram inter viam Sancti Jacobi et Coglarum et Muntineium. Ex dono Garini Tirel, et concessione Guillelmi Avenel, XXX. acras terre in Pasbran. Ex dono Vitalis Vacce, vineam quandam cum modica terra ei adjacente. Ex dono Petri de Sancto Hylario, vinum ad missas, singula scilicet sextaria singulis septimanis reddenda in villa Sancti Hylarii, et tria quart[eria] frumenti ad hostias de redditu suo apud Sanctum Quintinum, reddenda singulis annis. Ex dono Radulfi Males, dimidium torcular et dimidiam vineam suam, cujus dimidiam partem habent sanctimoniales Moretonii. Ex dono Hugonis de Hume, concedente Ruelone filio ejus, unam acram terre in villa de Hume. Ex dono Roberti de Helceyo et Willelmi filii ejus, terram des Esparchons. Ex dono Reinaldi Canis, et concessione Guillelmi de Sancto Johanne, terram de Crolleyo. Ex dono Ruellonis de Milleyo, masuram unam terre in villa de Calido Loco. Ex dono Rogerii de Milleyo, masuram *aliam* in Calido Loco. Ex dono Roberti Gillaud, VII. acras terre et dimidiam juxta forestam Sav[igneii], et terram de Curva Fossa cum pertinenciis suis. *Ex dono Juhelli de Meduana et confirmatione ejusdem, omnia que in carta ipsius Juhelli plenius continentur, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis* [a]. Ex dono Henrici de Bulleio et Hamelini filii ejus, unum sextarium frumenti in molendino de Septem Forgis. Ex dono Rogerii de Rodolio, concedentibus uxore sua Matilde, et filio suo Alexandro et Johanne de Taun, molendinum de Ver cum pertinenciis suis, excepta molta domus sue de Croili. Ex dono Willelmi de Mandevilla, comitis de Essex, pratum Hamelli de Sancto Georgio et dimidiam acram terre. Ex dono Radulfi de Haya, totam decimam frumenti sui de Longa Villa in censariis et molendino. Ex dono Willelmi de Musca, totam decimam frumenti et avene et totius redditus sui de feodo Maisnilli Droconis, excepta decima molendini de Sancto Leodegario. Ex dono Jordani Tessuin, terram de Veies, et in terra de Villeyo quittanciam de omnibus illis que ad se pertinent, et omnes pelles arietum qui de foresta Cingelesii ad coquinam ipsius adducuntur. Ex dono Roberti de Calligneio, concessione Willelmi filii sui, decimam molte totius annone que venit ad molendinum de Caligneio, et masuram Gervasii de Cauneria cum omnibus pertinenciis suis, et terram de Fontibus cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Rogerii Bacon, in Plena Silva, Osbernum de Monte Theoldi et tenementum ejus de decem quarteriis

[a] *Cette phrase manque dans le cartulaire.*

frumenti, et Robertum de Piro et tenementum ejus de XI. quarteriis avene, et in tenemento Stephani Ridel V. boissellos frumenti, et quicquid habebat in terra Heberti. Ex dono Alani de Estarvilla, concessione Ricardi, Baiocensis episcopi, decimam proprie carruce. Ex dono Ricardi de Sancto Fromundo et Willelmi filii sui, concedente Engelgerio de Bohun, in parrochia Sancti Clari, masuram unam que vocatur masura Ernaldi. Ex dono Willelmi de Rampen terram de Gascheriis. Ex dono Goiffredi de Vilers, concedente Ricardo de Humetis et Willelmo filio ejus, duos campos terre quorum unus situs est inter terram de Super Gardinum et terram de Maceriariis, alter vero est eidem ex una parte contiguus. Ex dono Guillelmi Linebarbe et filiorum ejus, concedente Guillelmo Patric et Alexandro de Bohun, molendinum de Noer. Ex dono Rohaldi, filii Roberti Rohaldi, et Herberti Rohaldi patrui sui, in Caligneio totum dominium de Brolio, et subtus domum Rainaldi de alio Brolio IIII. acras terre. Ex donatione Willelmi et Rogerii et Radulfi, filiorum Gaufridi de Mercato, tres acras terre ante domum Vitalis de Tor. Ex dono Roberti filii Zacharie de Bruceyo, et Willelmi fratris ejusdem Roberti, quamdam partem terre sue in monte des Escures. Ex dono Simonis comitis Ebroicensis, apud Garavillam domum unam et masuram et salinam. Ex dono Radulfi Luppi et Turoldi[a] filii ejus, concedentibus filiabus ejusdem Radulfi, Maria et Hillaria, et earum maritis Helya et Bartholomeo, duas acras terre, unam ad Molereiam et alteram ad Fossam, et tres virgatas apud Runcereium, et quinque virgatas ad Vendeyz, et duas masuras, unam apud Thaum et aliam apud Babanvillam, et apud Colombiers terram quam tenent de monachis Helyas et Bartholomeus generi ejusdem Radulfi pro duobus sextariis frumenti annuatim reddendis. Ex dono Rannulfi Verneii et Mabil[i]e uxoris ejus, concedentibus Philippo filio suo et omnibus liberis ejus, duas garbas decime quas clamabant in terra de Thaum in feodo Roberti de Fonteneto, similiter et decimam de XII. acris dominii sui. Ex dono Richardi de Alneto, octo acras terre in Briceyo. Ex dono Marie, filie Ruellonis Bastardi, et Ricardi patrui ejus, in parrochia Sav[igneii], totum feodum Willermi Bastardi. Ex dono Ricardi Juhelli, totum feodum suum de Sav[igneio], et donationem quam fecit Alanus frater ejusdem Ricardi. Ex dono Achardi, Abrincensis episcopi, et concessione heredum Saveigneyi, ecclesiam ejusdem ville. Ex dono Eudonis Babilonie et Johannis filii ejus, et Guidonis fratris ejusdem, in Logis, quamdam terram que Rohardet vocatur, cum duabus garbis decime ejusdem terre. Ex dono Ursi de Logis et Roberti filii ejus et Willermi Coisler nepotis eorum, et concessione Achardi episcopi Abrincensis, concedente etiam Asculfo de Sancto Hillario, ecclesiam de Logis cum pertinenciis suis. Ex dono

[a] Reinoldi, *cartulaire.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

episcoporum Abrincensium Turgisii, Ricardi, Herberti, Achardi, et concessione Ranulfi de Vyreyo et Willelmi et Rogerii fratrum ejus, ad quorum feodum jus patronatus subscriptarum ecclesiarum pertinebat, ecclesiam de Wireyo ex integro et decimam totius parrochie, exceptis duabus garbis de masura Lanie, et ecclesiam Sancti Martini de Breceyo ex integro, ecclesiam etiam de Molinis ex integro cum pertinentiis suis. Ex dono episcoporum Abrincensium Turgisii, Achardi, et concessione Roberti de Apenticio et filiorum suorum, ecclesiam de Apenticio cum pertinenciis suis. Ex dono Pagani de Sancto Bricio et Gervasie uxoris ejus et filiorum suorum, juxta forestam Sav[igneyi], totam terram que Meliun dicitur, et masuram que vocatur Aurineria et campum qui dicitur Kernunusle[a], et masuram Aucherii, et duas acras terre juxta cimiterium Vireii. Ex dono Gaufridi filii Emundi et filiorum ejus Alani, Juhelli, Sequardi, in terra gasta, dimidiam partem terre de Calumpniis. Ex dono Pagani de Ceresel et Willelmi filii ejus et Radulfi Roheis et Wiburgis ejus uxoris, alteram medietatem ejusdem terre de Calumniis, quas donationes concesserunt Oliverus de Ardene et Radulfus Brito, ad quorum feodum terra ipsa pertinebat. *Omnes*[b] *has terras omnesque elemosinas que hic enumerate sunt et omnes alias quas possident et quas, Deo propitio, tam ex dono quam ex emptione poterunt acquirere, concessi, ut dictum est, ecclesie et monachis Savigneyi, libere et quiete, cum omni justicia alta et bassa, et jure* [*et*] *dominio, ab omni servicio et consuetudine absolutas, et ipsam abbatiam et omnes possessiones ad eam pertinentes et omnes homines eorum, ubicunque sint et de cujuscunque dono sint, in tota terra, assumpsi in manu et custodia ac protectione mea, sicut dominicas et proprias elemosinas meas. Et ideo volo et precipio ac firmiter constituo ut eadem abbatia et monachi et fratres et famuli eorum et homines et omnes res ad ipsos pertinentes per totam terram meam adquisitam et adquirendam a me et successoribus meis habeant firmam pacem et perfectam libertatem et omnem quitantiam in mari et in terra, in bosco et in plano, ab omni consuetudine et servitio et exactione, sicut elemosine Deo dicate, pro remissione peccatorum nostrorum et redemptione animarum nostrarum.* Quare volo et firmiter precipio quod abbatia predicta de Sav[igneyo] et monachi in ea Deo servientes *hec ista et omnia alia que nunc possident, tam ex dono quam ex emptione, a quibuscunque, eaque que in futurum rationabilibus modis Deo propicio poterunt acquirere, habeant et in perpetuam elemosinam teneant, cum omni justicia alta et bassa et omni jure et dominio, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quittanciis suis, ita quod omnia predictis monachis et eorum hominibus pertinentia erunt soluta et quieta de omni theloneo, passagio et pontagio, panagio, cohuagio, stalagio, servicio, hommagio, hostico, taillia et omni auxilio, tam assueto quam non assueto, et*

[a] Kernunusle *B;* Germunville *C;* Garrinville *E.* — [b] *Ce qui suit manque dans le cartulaire.*

omnimodo questu et querela, et omni alia consuetudine et seculari exactione, per totas terras meas, in ecclesiis et decimis et terris et hominibus, in bosco et in plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis, *garennis,* piscariis et mariscis, in viis, *cheminis,* semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, *in villis et castris, ita bene et in pace, libere et quiete et honorifice sicut propria dominica mea et sicut elemosina Deo dedicata pro remissione peccatorum meorum et omnium antecessorum et successorum meorum, nichil nobis vel successoribus nostris in omnibus preter divinam retributionem retinentes, et quod ad nostram et successorum nostrorum pertinebunt protectionem. Et est sciendum quod ego concessi ex dono meo proprio predictis monachis de Savigneyo quod possint tradere suas terras ad qualescunque consuetudines voluerint. Et poterunt suos homines coram se ubicunque voluerint et in quacunque parte terre sue convenire, quocienscunque sibi viderint expedire, non obstantibus patriarum consuetudinibus quibuscunque. Hec autem mea confirmatio atque concessio facta est anno ab incarnatione Domini MCLVII, anno scilicet regni mei Anglie III, ducatus Normanie VIII.*

Testibus *hiis :* magistro Waltero de Constanciis Oxenefordie archidiacono, Radulfo Herefordensi archidiacono, magistro Joscelino Cicestrensi archidiacono, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Radulfo de Filgeriis, Seherio [a] de Quincie, Bertranno de Verdun, Willelmo de Solariis, Reginaldo de Paveilli, Hugone de Morwich *et multis aliis.*

Apud Dampfrontem.

DXCIII

Delisle, n° 415.

1177-1182. — Le Bec.

Confirmation à l'abbaye de Foucarmont de deux maisons sises à Dieppe.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Foucarmont; Bibliothèque de Rouen, ms. 1224, fol. 35. — *C.* Autre copie dans le coutumier de Dieppe; Archives de la Seine-Inférieure, G 851 fol. 47 v°.

Round, n° 190.

Le 19 mars 1177, Henri II, le jeune roi Henri, l'archevêque de Rouen et trois évêques, ont assisté à la dédicace de l'église du Bec (Eyton, p. 221-222). C'est peut-être pour cette raison que

[a] *Ce nom et les suivants manquent dans l'édition des Ordonnances.*

M. Delisle, à sa table, adopte pour la présente pièce la date de 1177–1182. D'autre part Josselin, archidiacre de Chichester, paraît avoir porté ce titre à partir de 1178 (Eyton, table). — Quant au terme final de 1182, il est donné par la souscription de Gautier de Coutances (voir les pièces précédentes). On peut hésiter entre 1177–1182 et 1178–1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis de Fulcardi Monte et monachis ibidem Deo servientibus rationabiles donationes que eis facte sunt, scilicet unam mansionem in villa de Depe, quam Radulfus Picot et Amfria uxor ejus eis dederunt in liberam et perpetuam elemosinam, et quam Willermus, frater meus, eis concessit et carta sua confirmavit; item unam mansionem in perroi de Depe, quam Robertus Plomme [a] eisdem monachis dedit in perpetuam elemosinam. Quare volo et firmiter precipio quod prenominati monachi prenominatas mansiones habeant et teneant in perpetuam elemosinam bene et in pace, libere, plenarie, integre et honorifice, quietas tam per terram quam per aquam de passagiis et theloneis allectium et makerellorum et mulennorum [b], et de melagiis et de botagio et de omnibus consuetudinibus et secularibus servitiis.

Testibus : magistro Waltero de Constantiis thesaurario, magistro Joscelino Cicestrensi archidiacono, comite Willelmo de Mandevilla, Willelmo Filio Radulfi senescallo, Alvredo de Sancto Martino dapifero.

Apud Beccum.

DXCIV

Delisle, n° 416.

1177-1182. — Lillebonne.

Confirmation générale des biens de l'abbaye de Saint-Georges de Boscherville.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Saint-Georges de Boscherville; Bibliothèque de Rouen, n° 1227, fol. 66.

[a] *Le cartulaire porte* Plome, *avec un signe d'abréviation entre les lettres* l *et* o. — [b] muleverorum, *B;* mulenorum, *C.*

Round, n° 210.

Souscriptions de Raoul de Wanneville, chancelier (1173-1182), et de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183; Henri II n'ayant pas été en Normandie de janvier à mai 1182, la pièce ne peut pas être postérieure à 1182. D'autre part, Gautier de Coutances souscrit au-dessous du chancelier, et avant les autres témoins, ce qui semble indiquer qu'à cette époque il était déjà *sigillifer regis*, fonction qui, d'après les *Gesta*, lui a été dévolue dès 1177. Cette hypothèse est admissible, et nous permet d'adopter, sous toutes réserves, la date de 1177-1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum[a], et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Georgii de Baukervilla et monachis ibidem Deo servientibus omnes rationabiles donationes que eis facte sunt et carta regis Henrici avi mei et cartis aliorum donatorum confirmate, scilicet : Ex concessione et confirmatione ipsius regis Henrici avi mei, in loco super Sequane fluvium Bauchervilla dicto, ecclesiam in honore Sancti Georgii consecratam, cum appenditiis suis, quam ipse rex Henricus ecclesiastici ordinis consensu sancteque christianitatis assensu ac sue sanctionis privilegio in posterum fore abbatiam statuit et confirmavit. Ex dono regis Willermi patris predicti regis Henrici et Mathildis regine matris sue in Hamonvilla terram Bertranni Porcarii et dimidiam villam que Tillol vocatur, in omni re, id est in ecclesia, terra et nemore; in Brunethot XX. acras terre cum aliquot allodii possessoribus; in Monteneio XXX. acras terre; in monte Helechin XVIII. acras terre. In Rothomago quatuor domos quietas et omnia que dedit Ricardus filius Gocelini vel vendidit; item in Branvilla terram ad unam carucam cum hospitibus, et ecclesiam de Torvilla cum decima[b], et Solegai et decimam Estaindrat; ecclesiam de Haimonvilla cum tribus acris terre et cum omni beneficio quod tenuit Gocelinus sacerdos de eo; item ecclesiam[c] Sancte Helene cum terra et omni decima sibi pertinente, id est decima Cliville et Osbertivill[e], et Lovetot in quo et dedit unum hospitem, decimam quoque molendini qui est super li Bech., aquam ad piscandum juxta Bardulfi Villam, duas acras terre ubi maneret unus piscator. Item in Bauquavilla[d] quatuor acras terre quatuorque prati ac mansum Turgoti. Item ex donatione predicti regis Henrici avi mei ea que dedit et vendidit Hugo de Glutivilla eidem loco, id est in Crasvilla,

[a] Anglie *B.* — [b] *Le ms. portait primitivement* cum hospitibus et de Torvilla decimam. — [c] *Le mot* decimam *a été substitué à* ecclesiam. — [d] Bauquavilla *B, ici et plus bas.*

unam acram terre quam tenuit Trucet joculator, et ecclesiam ejusdem Crasville cum omni decima, in qua quod habebat Garnerius dedit, et Turstinus filius Rol. quod habebat dedit et Walterus de Bech quod habebat dedit, et quinque[a] accras terre et unum bordarium in Habetot. Item ex donatione et concessione predicti regis Henrici quecunque eidem ecclesie Sancti Georgii Rodulfus Willelmi regis magister et summus camerarius, qui ex proprio ipsam ecclesiam atque officinas ibidem fabricavit et liberam fecit, dedit et concessit, scilicet ecclesiam de Habetot cum omni decima et VII. acras terre atque decimam de essartis omnibus qui sunt inter Habetot et Colebosc et ecclesiam de Gremunmesnil cum tota decima, et X. acras terre ac decima[m] suarum ovium illius ville; in Heruffluetli et Luere duas pensas salis quoque anno et ecclesiam de Ratheri castro cum omni decima terre et pratorum, et decimam quam habebat ibi es mares Turstinus filius Gouberti Sancto Georgio dedit, et ecclesiam Boudeville ac decimam de suo dominio et de Balduibosch, Radulfo concedente qui eres erat et dante X. acras terre preter alodium sancti; apud Chevillon VI. acras prati et in Bauquavilla terram Ingulfi patris Hoelli et terram Turgerii, unum quoque molendinum apud Daivillam, decimamque equarum suarum et omnia que ipse Rodulfus[b] habuit in Magnivilla, id est in ecclesia, terris, pratis, aquis, portu et hospitibus, et quecunque etiam in Houdetot idem ipse habuit, et ecclesiam terram aut nemora ipsi etiam contradidit et ad mortem in omni re dedit ei suam partem. Quin etiam omnia que dederunt vel vendiderunt eidem ecclesie Willelmus de Paviliaco et Hugo frater ejus, id est decima[m] Paviliaci et Lanberti Ville, et LX. acras terre in alodio, et com[m]unem pastionem et vacationem ad decimandum terram; et decimam totius terre Vascelini Cornet quam Sancto Georgio dedit. Insuper omnia que dederunt vel vendiderunt filii Rodulfi, scilicet Rodulfus, Nigellus, Willelmus et Avicia mater eorum, id est ecclesiam Sancti Stephani de Belcanp[o] et XV. acras terre et totam decimam de suo dominio et de liberis hominibus, et terciam partem de rusticis et ecclesiam Sancti Leodegarii que est in Assetot et VI. acras terre et omnem decimam de liberis hominibus et terciam partem de rusticis, et decimam de Estelant agrorum et nemoris et de mares de insula quam Gutbertus et uxor ejus Ermentrut eidem sancto dederunt, et unum hospitem quem vendiderunt, necnon et omnia quecumque munuscula a fidelibus eidem sancto contributa sunt, ista scilicet: ex dono Fulconis filii Theobaldi IIII. acras prati, ex dono Willelmi filii Theobaldi unam acram prati, ex dono Hugonis unam acram prati, ex dono Fulconis filii Osmundi unam acram, ex dono Rogeri Gula Macre I. acram, ex dono Ernaudi I. acram, ex dono Ricardi I. acram, ex dono Rendulfi sacerdotis unam

[a] quicq' *B.* — [b] Radulfus, *suivant une correction du XV^e siècle.*

virgatam, ex dono Rodulfi canonici II. acras terre et II prati, ex dono Pagani filii Osmundi unam acram, totam decimam terre quam habebat in Chevillon et in Bauquavilla ubi habebant ecclesiam. Ex dono filiorum Saswalli I. acram terre. Ex dono Fulch., II. acras terre. Ex dono Gileberti filii Magni I. acram terre et duas prati. Ex dono Godefredi filii Pagani I. acram prati. Ex dono Rodulfi de Turbervilla decimam quam habebat in Maignivilla. Ex dono Radulfi et Valteri abbatis duas acras terre. Ex dono Radulfi filii Mainsoniani (*sic*) III. acras terre et prati. Ex dono filii Normanni decimam quam habebat in Magnivilla et in Hauguemara. Ex dono Aszori decimam terre quam habebat de camerario in Salhus. Ex dono Vigeri et filii ejus Willelmi decimam de Bucor et de Masnill[o]. Ex dono Hugonis filii Goscier., decimam totius terre quam habebat in Bodevilla. Ex dono Willelmi [de] Monte Thead., terram cum pratis quam habebat in Bauquavilla. Ex dono Ernaldi I. acram terre. Ex dono Helti dimidiam. Ex dono Radulfi de l'Alge terram Willelmi filii Ingenulfi cum pratis. Ex dono Valteri de Bealmeis I. acram terre. Ex dono Alpais et filii ejus Roberti et Valteri quatuor acras terre. Item ex donatione et concessione predicti regis Henrici avi mei ecclesiam de Chevillon cum omni decima aut terra sibi pertinente quam Sancto Georgio dedit Robertus de Brutvilla et Sizilia mater ejus atque ecclesiam de Benedictavilla quam dedit Sancto Georgio Willelmus de Frelavilla et Godefridus filius ejus cum omni decima, et unam acram terre. Ex dono Roberti de Cantelupo decimam de omni re quam habebat in eodem vico. Item ex dono Willelmi et regis Henrici avi mei quietudinem prefate ecclesie in omni re cis mare et ultra. Item ex donatione et confirmatione predicti regis Henrici avi mei cum supra scriptis que Willelmus camerarius filius predicti Rodulfi[a] camerarii concedentibus filiis Rabello et Roberto ac Lucia eidem ecclesie dedit, scilicet in Rothomago unam domum cum II. acris[b] prati. In riparia terram Sequebout, terram Goie, terram Valteri filii Alpais, terram Gocelini de Piro, terram duorum porcariorum cum porcis, alnetum cum ejus redditu, et fossas et venationem, sua prata ibi adjacentia, insulam Rabelli cum gardino et piscatoribus et redditu piscium, omne dominium suum de Boudevilla cum molendino et bosco exceptis vavasoribus, decimam totius redditus foreste Julie Bone et Fiscanni et portus Tancardi Ville in omni re sibi pertinente, et Wallium decimam et molendinorum de Brevedan et decimam molendini de Bolebec, et decimam de Erpnevilla et decimam molendini de Julia Bona, dimidiam ecclesiam[c] de Espretot, decimam de omnibus que habebat in Baiocis. In Rispivilla quicquid habebat, id est capellam molendini, terram ad IIII. boves et boscum tringintaque duos hospites. Quoddam molendinum braisarium in Julia Bona cum

[a] *Le mot a été corrigé en* Radulfi. — [b] acras *B.* — [c] *Une main du* XV*e siècle a ajouté* decimam.

uno hospite. Decimam de mercato Sancti Romani et omne quod habebat in Wimondevilla super mara, cum mara [a] quam ibi habebat. Item duas pensas salis in Lure et in Heruffluth et decimam molendini Maisnil Geroudi et decimam molendini de Viana ac de Vonoich (?), decimam molendini de Turre, et in Costentino ecclesiam Sancti Floscelli totam cum omni re sibi pertinente et decimam molendinorum de Waudinvilla, decimam foreste Montiburgi in omni redditu et decimam mercati de Viliers et decimam totius redditus Rothomagi et decimam totius redditus suorum ruricolarum circa Colebosch adjacentium; in Otburvilla VI. acras terre cum uno hospite. In Anglia vero XXII. libratas terre in Avesberia. In Witeburna juxta Salesberiam VII. libratas, scilicet terciam partem ville; in Cadecoma terram reddentem L. solidos. Item ex donatione et concessione prenominati regis Henrici ecclesiam de Ailis cum omni re sibi pertinente sicut tenuit eam episcopus R. Lu[n]doniensis, ita liberam sicut ipse Willelmus de dono ipsius regis Henrici eam accepit. Item de dono regis Henrici, IX. libratas terre de Westona sicut idem Willelmus dedit, et XX. libratas terre in Aveberia et in Bereberia quas G. filius Pagani dedit Sancto Georgio. Item ex concessione ejusdem regis Henrici terram adjacentem abbatie, mutuatam a H. de Guitvilla, ita quietam tenendam sicut illa erat que data est pro illa. Item ex donatione ejusdem regis Henrici et concessione quietudinem in foresta Roumare, id est viride lignum de liberatione captum ad omne opus sancti faciendum, siccum vero, herbagium, pasnagium quietum sibi et manipastui ejus et in omnibus dominiis regis Henrici, forestis, burgis, mercatis, passagiis, pasnagiis, portibus cis mare et ultra. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia Sancti Georgii de Baukervilla et monachi in ea servientes omnia supradicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in ecclesiis, terris, decimis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et mariscis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, et cum omnibus libertatibus et quietanciis et liberis consuetudinibus suis, sicut carta regis Henrici avi mei et carte aliorum donatorum suorum testantur.

Testibus : Rad[ulfo] de Wand[e]villa cancellario, magistro Waltero de Costentiis Oxin[eforde] archidiacono, Willelmo Painel Abrincensi archidiacono, comite Johanne Vindocinensi, Roberto de Stuttevilla, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Hugone de Cressi, Ricardo del Aufoy, Gilleberto Pipardo, Bertranno de Verduno, Saherio de Quinci, Willelmo de Mara, Reginaldo de Pavilleio.

Apud Juliam Bonam.

[a] mare *b*.

DXCV

Delisle, n° 417.

1177-1182. — Lillebonne.

Exemption des droits de tonlieu pour l'abbaye de Saint-Georges.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Saint-Georges; Bibliothèque de Rouen, n° 1227, fol. 62 v°.

Round, n° 209.

Les souscriptions des témoins donnent lieu de croire que cette pièce est contemporaine de la précédente. Voir la note chronologique de la pièce en question.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris suis Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis quod dedi et concessi Deo et abbatie Sancti Georgii de Bauquervilla et monachis ibi Deo servientibus quietancias et libertates, ut res sue proprie sint quiete, et manupastus ejus, de theloneis et pasnagiis et passagiis et herbagiis, per omnia dominia mea et per forest[as] et per mercata et per aquam Sequane et in portibus maris. Hoc quidem concessi in perpetuam [a] elemosinam pro anima mea et pro antecessoribus meis.

Testibus : Radulfo [b] de Warnevilla cancellario, Waltero de Constanciis, Sehier de Quenci, Roberto de Stotevilla.

Apud Juliam Bonam.

DXCVI

Delisle, n° 418.

1177-1182. — Lillebonne.

Confirmation des biens et des franchises de l'abbaye de Saint-Victor-en-Caux.

A. Original perdu.

[a] perpetua *B.* — [b] Rŏberto *B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

B. Vidimus de Charles IV, en 1323; Archives nationales, reg. JJ 61, n° 404. — *C.* Autre vidimus; Archives nationales, reg. JJ 62, n° 530. — *D.* Inspeximus de 1328 au Public Record Office, 2e année d'Édouard III, membrane 28.

a. Monasticon Anglicanum, t. VI, vol. II, p. 1106, éd. partielle. — *b. Calendar of the Charter Rolls*, t. IV, p. 67, d'après *D.*

Eyton, p. 174.

Cette pièce, étant données les souscriptions des témoins, doit être datée comme les deux précédentes.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie Sancti Victoris martiris et monachis ibidem Deo servientibus omnes donationes que eis facte sunt et confirmate cartis omnium donatorum suorum, regum scilicet, comitum et baronum, et omnium dominorum et amicorum suorum. Do etiam et concedo predicte abbatie in propriis rebus, et manipastui ejus, libertates et quietancias de passagio, theloneo et omni servili condicione, per totam terram meam, cis mare et ultra, scilicet in portibus maris et in portibus Secane, et in civitate Rothomagensi quitanciam de theloneo et de modiacione et de omnibus aliis consuetudinibus. Precipio etiam ut habeant satis ad necessaria de foresta de Alwi (*sic*), mortuum boscum ubicumque invenerint, sed quia sepius deficit ibi et non potest inveniri, volo ut habeant preter hoc de ramis et frondibus, et residu[u]m carpentariorum et ea omnia que gentes de patria sument per licentiam ad ignem faciendum, vel alia necessaria, et ad domos reficiendum habebunt de majori bosco per liberationem capto. Volo etiam et precipio ut maneria prefate abbatie de Anglia, scilicet Hunlaumtona, Clafort et Strafella, habeant quietancias et libertates suas de sciris, hundrez et hidagez et dangelz, et pasnagium sibi quietum et manipastui eorum in omnibus forestis meis. In omnibus civitatibus meis, castellis, burgis, mercatis, passagiis, portibus cis mare et ultra, do eis quietanciam et libertatem de passagio, theloneo et omni alia consuetudine. Preter cetera volo et jubeo ut juste habeant fugitivos suos, ubicumque eos invenient, nec aliquis retineat eos nec catalla eorum super forisfactura decem librarum, et similiter habeant nativos suos. Precipio etiam ut peccunia prenominate ecclesie non capiatur in nampnum, nec hominum suorum, pro debito vel forisfacto Hugonis de Mortuo Mari aut heredum ipsius, vel quorumlibet hominum suorum; et si super hoc capta fuerit pro debito vel forifacto alicujus illorum, reddatur quieta. Volo itaque et firmiter jubeo ut abbatia Sancti Victoris et monachi

Deo in ea servientes omnia supradicta habeant rata et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et pacifice, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, in ecclesiis et terris et decimis, in aquis et molendinis, et in omnibus aliis locis et rebus aliis ad ea pertinentibus, et cum omnibus libertatibus et quietanciis et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : Radulpho de Wannevilla cancellario, magistro Waltero de Constanciis, Seherio de Quenci, Hugone de Cresseyo, Raginaldo de Pavilleyo.

Apud Juliambonam.

DXCVII

Delisle, n° 419.

1177-1182. — Séez.

Confirmation des biens et des franchises du prieuré de Grais.

A. Original perdu.

B. Vidimus de 1331, au Trésor des Chartes, Archives nationales, registre JJ 66, fol. 319, n° 766.

Cette pièce, comme les précédentes, a été souscrite par Gautier de Coutances, trésorier de l'église de Rouen; pour les raisons que nous avons plusieurs fois exposées, elle est au plus tard de 1182. La date de 1177-1182, donnée à la table, paraît bonne; il est probable que l'acte n'est pas antérieur à 1177.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Turonensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus baillivis et fidelibus suis Turonie et Andegavie et Cenomannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse priori de Gresso et canonicis ibidem Deo servientibus locum suum, cum omnibus que modo rationabiliter possident, et que in futuris temporibus rationabiliter exquirere poterunt. Et concedo eis pasnagium et herbagium de dominicis porcis et animalibus suis quietum in nemore de Bruncheisnei, et ut in eodem nemore necessaria habeant in proprios usus suos. Quare volo et firmiter precipio quod, sicut supra determinatum est, omnia predicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : Henrico Baiocensi, F. Sagiensi episcopis, magistro Waltero de Constantiis thesaurario Rothomagensi, Mauricio de Creon, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Bertranno de Verdun.

Apud Sagium.

DXCVIII

Delisle, n° 420.

1177-1182. — Valognes.

Donation de la moitié de l'église Saint-Hilaire de Petiteville à l'abbaye de Longues.

A. Original perdu.

B. Copie de la fin du XIII^e^ s. (vers 1270), dans le cartulaire de Longues, Bibliothèque du chapitre de Bayeux, ms. 163, pièce 4. — *C.* Copie du commencement du XIV^e^ s., Bibliothèque nationale, ms. latin 11036, pièce 4.

Eyton, p. 235. — Round, n° 1448.

Pour la date, voir les pièces précédentes. Henri II a séjourné à Valognes dans l'été de 1180 (Eyton, p. 233-234).

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis tocius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse ac presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie Sancte Marie de Longis, et monachis ibidem Deo servientibus, medietatem ecclesie Sancti Hilarii de Parva Villa, que medietas ad donationem meam spectat, habendam et tenendam prefatis monachis in libera et perpetua elemosina, cum omnibus pertinenciis suis. Quare volo et firmiter precipio quod prenominata abbacia et monachi ejusdem loci medietatem predicte ecclesie Sancti Hilarii habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, cum terris et decimis et cum omnibus aliis redditibus et pertinenciis suis, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eandem medietatem pertinentibus, sicut ipsam eis dedi et presenti carta mea confirmavi.

Testibus : Ricardo Wintoniensi, Henrico Baiocensi episcopis, magistro Walterio

de Constanciis, Godefrido de Luci, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Alveredo de Sancto Martino, Osberno de Hosa, Hamone Pincerna.

Apud Valonias[a].

DXCIX

Delisle, n° 427.

Avril 1180-1182. — Alençon.

Sauvegarde pour l'abbaye de Saint-Amand de Rouen.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Saint-Amand de Rouen; Archives de la Seine-Inférieure, H non coté, fol. 9 v°.

Round, n° 100.

Souscription de Guillaume du Hommet, connétable depuis 1179; retour de Henri II en France en avril 1180; souscription de Gautier de Coutances, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183, alors que Henri II avait quitté la Normandie depuis décembre 1182. On doit donc dater cette pièce : avril 1180-1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis tocius Normannie, salutem.

Sciatis quod abbatia Sancti Amandi et omnes res et possessiones que ad ipsam pertinent sunt in manu mea et custodia et protectione. Quare volo et precipio quod eamdem abbatiam et omnes res et possessiones illius manuteneatis et protegatis, nullam eis injuriam vel contumeliam aut gravamen facientes nec ab aliquo fieri permittentes. Et si quis eidem abbatie aut sanctimonialibus ibidem Deo servientibus aut rebus earum in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam sine dilatione eis inde justiciam fieri faciatis. Et prohibeo ne prenominate sanctimoniales de aliquo tenemento suo ponantur in placitum nisi coram me.

Testibus : magistro Waltero de Constantiis, Willelmo de Humetis constabulario, Rogero le Bigot.

Apud Alenzune.

[a] *La date de lieu et les noms des trois derniers témoins manquent dans B.*

DC

Delisle, n° 412.

1180-1182. — Bur.

Confirmation d'un accord conclu entre le chapitre de Bayeux et Robert d'Isigni, au sujet de la dîme d'Isigni et d'autres biens ou revenus.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le Livre Noir du chapitre de Bayeux, Bibliothèque du chapitre de Bayeux, ms. 193, fol. 4, n° 11.

a. Bourrienne, *Antiquus cartularius ecclesiæ Baiocensis*, t. I, p. 16.

Eyton, p. 235.

Cette pièce ne peut pas être antérieure à 1180; elle porte la souscription de Pierre, abbé de Saint-Étienne de Caen, dont le prédécesseur, Guillaume, est mort en 1180 (Delisle, *Chron. de Robert de Torigni*, t. II, p. 96, note 1); elle est datée de Bur, en Normandie, et Henri II, qui avait quitté la France en juillet 1178, n'y est revenu qu'en avril 1180. — La souscription de Gautier de Coutances, et le fait que Henri II n'a pas été en Normandie de janvier à mai 1183, prouvent que l'acte est au plus tard de 1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, presente Henrico Baiocensi episcopo et favente, ad petitionem Roberti de Isingni, concessisse et presenti carta mea confirmasse finem et concordiam que facta est coram me inter capitulum Baiocensis ecclesie et prefatum Robertum de Isingny, scilicet quod idem Robertus dimisit capitulo Baiocensi omnino quietum mesagium sacerdotis, cum virgulto, in quo mansit Mabo presbiter, et cum terra arabili que est in capite virgulti, et omne jus quod quoquo modo dicebat se habere in ecclesia de Isingny, universum quoque jus percipiendi decimas de toto illius ecclesie territorio, si quod ad eum pertinebat, sive de grangia capituli, sive de terris ipsius Roberti aut alienis, sive decime consistant in duabus garbis sive in tercia. Terrarum vero facta divisione super quibus vertebatur contentio, juxta formam pacis, habet capitulum terram que est versus forestam, et contra istam habet Robertus culturam que est sub gardino Ade, et culturam que est de feodo Croste.

Item habet capitulum totum pratum de Filgeriis, et Robertus habet totam landam versus Goleth. Item habet capitulum Milonem de Gonessa, et Arnulfum Besuch., et Hogam, et Robertus habet contra hec Pilosum et Herveum de Goleth. Item prefatus Robertus dimisit ipsi capitulo dimidiam acram terre quam tenet Chipheth., et Willelmus nepos ejus, et dimidiam acram quam tenet filia Riculfi, et tres virgatas quas tenet Rogerius Tranchere, et dimidiam acram quam tenet Robertus filius Gocie et Grosvassal, et mansuram Bersich. de Aumanvilla. Hanc autem concordiam juraverunt in perpetuum [se] observaturos Robertus et Simon et Rogerius Suhart, fratres ipsius Roberti, super sancta evangelia, publice, in processione ecclesie Baiocensis. Et capitulum dedit eidem Roberto XXVI. libras Andegavensium, et fratribus illius LX. solidos Andegavensium, pro bono pacis, et ut jus quod capitulum habebat in predictis, et prefati diutius perturbaverunt, sibi quietum dimitterent et inconcussum. Et ipsi quicquid juris in eis se habere dicebant super majus altare ecclesie Baiocensis posuerunt, ei omnino renunciantes. Quare volo et firmiter precipio quod prescripta concordia, sicut coram me facta fuit, firmiter et inconcusse teneatur.

Testibus : M. abbate de Cirizay, P. abbate de Cadomo, magistro Waltero de Constanciis, magistro J. Cicestr[ie] archidiacono, magistro Petro Blesensi, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Folqueio Painel, Ricardo de Aufay, Roberto de Briecurt, Hamone Pincerna.

Apud Burum.

DCI

Delisle, n° 450.

1180-1182. — Caen.

Charte portant confirmation des biens appartenant à l'abbaye de la Trinité de Caen.

A. Original autrefois scellé sur cordonnet; Archives du Calvados, H, fonds de la Trinité. — Photographie.

B. Copie, de la main de Léchaudé d'Anisy, contenant des interpolations qui semblent indiquer une homologation émanée du roi associé Henri, fils de Henri II; Bibliothèque nationale, ms. latin 10077, fol. 13. — *C.* Confirmation, par le roi Jean (décembre 1354), imprimée au XVIII^e^ s. sur une feuille in-folio; Bibliothèque nationale, ms. latin 10077, fol. 105. — *D.* Nouvelle confirmation par Henri IV (4 décembre 1604), également imprimée au XVIII^e^ s., in-folio; ms. latin 10077, fol. 113. — *E.* Copies informes, XV^e^ s., XVI^e^ s., et extraits collationnés du XVII^e^ s., aux Archives du Calvados.

Eyton, p. 235. — Round, n° 439.

Cet acte ne peut pas être antérieur à 1180; il est daté de Caen et porte la souscription du connétable Guillaume du Hommet, or Guillaume est devenu connétable en 1179, et Henri II, qui était alors en Angleterre, n'est revenu en Normandie qu'en 1180. La pièce semble avoir été homologuée (Introduction, p. 271-272) par le jeune roi Henri, qui est mort le 11 juin 1183; or Henri II n'a pas été en Normandie pendant les six premiers mois de 1183; il avait passé à Caen la fête de Noël 1182.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancte Trinitatis Cadomi et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus omnes subscriptas donationes quas antecessores mei eis fecerunt, et omnes alias rationabiles donationes sibi factas : Ex dono Willelmi regis proavi mei et Mathildis regine uxoris sue, villam de Caluz, cum omnibus pertinentiis suis, excepta decima ecclesie Sancte Marie Baiocensis; et Oistrehan cum omnibus pertinentiis suis, excepto eo quod Robertus tenebat ibi de comite Moritonii, secundum quod in carta ipsius regis continetur; et villam que dicitur Chaufor, cum omnibus pertinentiis suis; et villa[m] Barge, cum omnibus pertinentiis suis; et C. et X. acras terre in villa de Amblia, et unum molendinum in eadem villa; et quinquaginta acras terre in territorio Cadomi; et Eskenevillam; et terram quam Robertus filius Wimundi Cufel habebat in Hertrufivilla; et terras quas Ricardus filius Herlewini tenebat in Taxilli et in Monte Boani; et terram quam Radulfus filius Alani tenebat in Willun, et rusticum unum in Karun, et duas garbas decime in eadem villa, et duas garbas decime quas Ranaldus de Barberiis habebat in eadem villa de Karun; et in Valcellis terram que fuit Milonis marescalli et Alesuine uxoris ejus, et id quod ipsi habebant in ecclesia et in molendino ejusdem ville, excepto maritagio Beatricie (*sic*) filie sue; et in territorio Cadomi terras illas quas Godefridus Juvenis et Rogerus constabularius et Willelmus Patric tenebant de prefato rege Willelmo predecessore meo; et in burgo Cadomi decimam unius molendini ipsius regis, et decimam furnorum ad ipsum pertinentium, et decimam aque de Diva, de piscibus et denariis; et decimam de Divula et de Bavent, de sale et denariis; et decimam de Gacei de denariis, piscibus et molendinis; et in insula de Gerzoi unum molendinum et medietatem decime de quinque parrochiis, et sextam garbam unius parrochie et dimidie, et terram et decimas quas Raginaldus capellanus ipsius regis de eo tenebat in eadem insula. Et in villa que dicitur Maintrud, LX. acras terre; et in Billei, terram que fuit Hernosti clerici et terram Radulfi

de Billei; et apud Lyriacum III. arpennos vinee et VI. acras terre; et apud Albam Viam, VII. arpennos vinee; et apud Vernon, III. arpennos vinee et unam domum in eadem villa; et medietatem ville de Carpiquet; ex dono Adelaidis filie Tustini Haldup, alteram medietatem ville de Carpiquet, cum medietate decime et ecclesie ejusdem ville; et duas partes ville que dicitur Puteus; inter Felgerolas et Estarvillam, novies XX^ti^ acras terre; et terram quam Oesmelinus filius Teodorici et Herbertus Folenfant tenebant de ea in Goisbertivilla et in Dumouvilla et in Cuvervilla; et in Coisneriis, dimidium molendinum et terram unius caruce; in Ruscavilla terram unius caruce; et in Ingulfivilla terram que fuit Ansquitilli, et in Calvavilla terram unius caruce; et Fraxinivillam et Mesnillum Urselli. Ex dono Stigandi, ecclesias Falesie cum decimis, et ecclesiam de Wibrai, et unum molendinum ibidem; et ex dono Alveredi de Moiun (?), terram que fuit Aale sororis ejus apud Ranvillam, excepto feodo quod Sanctus Leodegarius de Pratellis ibi habet. Ex dono Fredesend[is] amite Ran[nulfi] vicecomitis, Osbertivillam. Ex dono prefati Ran[nulfi], molendinum unum infra burgum Cadomi, et terram duorum francorum hominum in Goisbertivilla. Ex dono Balduini filii comitis Gilleberti et Emme uxoris ejus, ecclesias de Foresta cum decimis, et ibidem CC. acras terre. Ex dono Muriel[is] de Guitot, Osbertivillam supra mare. Ex dono Alberede sororis Fulconis, terram quam habebat in Willun. Ex dono Billeheld[is] filie Rogeri, maritagium suum in Vernon. Ex dono Rogeri de Monbrai, terram quam habebat in Grainvilla. Ex dono Rogeri de Monasteriis, terram de Salan cum omnibus pertinentiis, et medietatem bosci Montis Alboldi; et ecclesiam de Vaus cum decima, et terram unius caruce in eadem villa, et hoc quod habebat in dominio ibidem in quodam molendino, et terram que fuit Ric[ardi] in villa de Lu. Ex dono Fulconis de Alnou, Folebec cum molend[inis] et omnibus pertinentiis suis. Ex dono Asceline filie Alveredi Gigantis, terram quam habebat in Grandi Campo et in Joeio. Ex dono Willemi Bacun, duas partes decime de Bleer et unum rusticum in eadem villa. Ex dono Goiffridi Lovet, duas partes decime de decem et octo villanis, et VI. acras terre in Colevilla. Ex dono Ebremari, XL. acras terre in Engleschevilla, et XX. in Karun, et duas garbas medietatis decime de Karun, et in Villun decimam quam emit a Muriele sorore Ricardi principis. Ex dono Petri, id quod habebat in Monasteriis. Ex dono Odonis clerici, XL. acras terre in Cambis. Ex dono hominum de Burnuvilla, ecclesiam de Burnuvilla cum decima, excepto eo quod Rogerus filius Unfredi ibidem tenuit. Item ex dono prefati regis Willelmi, homines suos de Burnovilla, cum tota terra que fuit Unfredi camerarii in ipsa villa. Ex dono Alberede uxoris Radulfi Tessun, servicium terre quam Fulcherius Malherbe de ipsa tenebat in Blevilla. Ex dono Gille filie Tustini, terram quam habebat in Graei et in Dunvilla, cum omnibus pertinentiis

IMPRIMERIE NATIONALE.

suis. Item ex dono prefati regis, servicium quod Gaufridus filius Salomonis et Helco dapifer ei reddebant de Graei. Ex dono Wigerii de Sancte Marie Ecclesia, terram quam habebat in villa que dicitur Mortua Femina. Ex dono Radulfi filii Al., terram quam habebat in Adevilla. Ex dono Alberede matris Hugonis et Rogeri, id quod habebant in ecclesia et decima de Henouvilla, et unam acram terre in eadem villa. Ex dono Hugonis Pincerne, terram de Fago. Ex dono Gonnor matris Willelmi de Breosa terram quam habebat in Bavent, et terras quas habebat in Rovres et in Cierneio et in Craissanvilla et in Quatrepuiz. Ex dono Roberti filii Aufredi dapiferi, terram quam habebat in Condeio, et medietatem pratorum de Wishulmo. Ex dono Radulfi de Aneriis, XXXVI. acras terre in Aneriis. Ex dono Urselli, terram quam habebat in villa Sancti Anieni. Ex dono Roberti camerarii, terram que fuit Hadebrandi in Lovigneio. Ex dono Willelmi camerarii, unum molendinum juxta Katehol, et terram quam ipse ibidem tenebat de prefata M[athildi] regina. Ex dono Roberti Bertran duos liberos homines cum decima sua in Columbellis. Ex dono Emme comitisse de Moschans, quicquid habebat in prefata villa de Columbellis. Ex dono Willelmi de Guermonvilla, decimam quam habebat in Grentevilla. Ex dono Willelmi Gloiet, duas garbas decime quam habebat in Dunmesnillo. Ex dono Rogeri de Botemont et Willelmi de Mesnillo Maugerii duas garbas decime quam habebat in Colevilla, et LX. arpennos terre in Duxeio et in Chooig. Ex dono Willelmi de Warenna, servicium de terra que fuit Doriel in Aniseio et in Barberiis et in Willun. Ex dono et concessione Odonis Baiocensis episcopi, omnes libertates et quietantias prefate abbatie et ecclesie Beati Egidii, et ipsi abbatisse et monialibus et clericis et servientibus earum ab eodem episcopo concessas, secundum quod in carta prefati regis Willelmi continetur. Ex dono Haudvise uxoris Roberti Marmion terram quam habebat in Sancto Georgio et in Jurkis, et molendinum de la Boista et le Parket. Ex dono Ricardi de Rollos, unum modium frumenti in Rosel. Ex dono Roberti de Matonio XX. sextarios annone singulis annis. Ex dono Toroldi Papeillun, decimam hominum suorum de Amblia. Ex dono Hugonis Murdac et uxoris ejus, decimam quam habebant in Traili, ita ut pro decima illa reddentur singulis annis XX. solidi prefatis monialibus in nundinis Montis Martini. Ex dono Hugonis de Bruecuria X. acras terre et unam in Graina. Ex dono Willelmi de Goisbertivilla, decimam Herberti Burni. Ex dono Vivienni de Argentiis, III. acras vinee. Ex dono Willelmi filii Herberti, decimam quam habebat in Willun et decimam hominum suorum. Ex dono Willelmi Tanetin, LXX. acras terre in Ranerii Mesnil. Item ex dono prefati regis Willelmi et M[athildis] regine burgum Kathehulmi cum appendiciis suis et quandam mansuram in Rothomago, et quandam mansuram in Barbefluctu. Ex dono Ade uxoris Rogeri de Prateriis, decimam quam habebat in Columbeio. Ex

dono hominum de Piris, duas garbas decime sue. Ex dono Fulcoldi camerarii regine, terram et domos quas habebat in Cadomo et in Cambis. Ex dono Unfridi de Adevilla, duas garbas decime sue de Adevilla. Ex dono Willelmi Flandrensis camerarii regine, LX. acras terre in Adevilla. Ex dono Gonnil et Lesceline filie sue, LX. acras terre in territorio Baiocensi, et in ipsa civitate unam mansuram. Ex dono Gaufridi Pelemosche, unum censarium de duabus acris terre in Lyon. Ex dono Willelmi de Plumetot, duas garbas decime quater XX^ti^ acrarum terre in Grentevilla. Ex dono Thome Bardul, XXX. solidos Stellingorum in molendino suo de Erwadeston[e] super Derwente. Ex dono prefati regis Willelmi proavi mei et regis Henrici avi mei[a], terras subscriptas in Anglia : maneria videlicet Hanton[e] et Avelingues et Penneberiam et Felesteldam et Horsteldam et Tarentam et Teolvesiam, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et pertinentiis eisdem maneriis pertinentibus, cum soca et saca, et thol et thien et infangueneth[eof]. Ex dono Willelmi de Plesseicio decimam de Tholosona. Concedo etiam et confirmo conventionem et finem factum inter monachos Sancti Stephani et moniales Sancte Trinitatis concessione et assensu prefati regis Willelmi super controversiis que inter monachos et moniales de tenementis ipsorum vertebantur, sicut carta prefati regis quam moniales inde habent testatur. Ex dono Willelmi de Fontibus, XX. solidos Andegavensium in molendino suo ad pontem Sancti Martini de Munnevilla. Quare volo et firmiter precipio quod prefata abbatia et abbatissa et moniales omnia supradicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice et plenarie, in ecclesiis et terris, infra burgum et extra, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et rebus ad ea pertinentibus, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carta[b] prefati regis Willelmi et regis H[enrici] avi mei et aliorum donatorum testantur.

Testibus[c] : Henrico Baiocensi episcopo, Willelmo de Humeto[d] constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Hugone de Creissi, Alveredo de Sancto Martino, Roberto de Bruecuria, Ricardo de Canvilla, Gilleberto Filio Rainfredi.

Apud Cadomum.

[a] *Copie de Léchaudé (B) :* Ex dono prefati regis Willelmi abavi nostri et regis Henrici patris mei. — [b] *Il faudrait* carte. *La copie de Léchaudé porte :* sicut carta prefati regis Willelmi et regis Henrici proavi et regis Henrici patris nostri... *Ces termes indiquent une homologation par le jeune roi Henri.* — [c] *En toutes lettres.* — [d] *Au singulier.*

DCII

Delisle, n° 404.

1180-1182. — Cherbourg.

Confirmation de la dîme de Langrune, donnée à l'abbaye de Hambie par Philippe de Colombiers.

A. Original autrefois scellé sur cordonnet; Archives de la Manche, H 4471: cette pièce est en mauvais état; au dos, on lit la mention : « de Lyngronia in Beissino ».

Cet acte a pour témoins le connétable Guillaume du Hommet, en charge depuis 1179, Foulques Painel, mort en 1182 ou 1183, Honfroi de Bohon, mort en 1182. La pièce est datée de Cherbourg, et Henri II n'a pas été en Normandie en 1179.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Hambei[a] et monachis in ea Deo servientibus rationabilem donationem quam Philippus de Columbariis eis fecit, scilicet totam decimam suam de Lengronia, concessu et assensu Henrici filii sui, exceptis donis que ipse Philippus prius aliis ecclesiis cartam suam habentibus dederat, scilicet sanctimonialibus de Moretonio duos modios frumenti et unum sextarium, et abbatie de Longis unum modium, Templariis de Baugeio septem sextaria et canonicis de Monte Morelli dimidium modium, et sanctimonialibus de Mostun dimidium modium, et infirmis de Maisnil Osulfi dimidium modium, et sanctimonialibus de Lingevra dimidium modium, et canonicis de Plaisseiz dimidium modium, et monachis de Troart decimam XX. acrarum, de qua contentio erat inter predictum Philippum et monachos de Troart, que omnia persolvenda sunt per manum episcopi Baiocensis et abbatis Hambeiensis. Quare volo et firmiter precipio quod prenominata abbatia de Hambeia predictam decimam de Lengronia sicut predictum est habeat et teneat in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, sicut carta predicti Philippi testatur.

Testibus : Willelmo de Humetis constabulario, Folqueio Painel, Stephano de

Turonis senescallo Andegavie, Willelmo de Ostilli, Roberto de Stotevilla, Unfrido de Bohun constabulario, Ricardo Giffard[i].

Apud Chiereburc [a].

DCIII

Delisle, n° 422.

1180-1182. — Cherbourg.

Confirmation des biens de l'église Saint-Lô de Rouen.

A. Original scellé sur cordonnet; Archives de la Seine-Inférieure, fonds de l'abbaye de Saint-Lô.— Photographie. — Fac-Similé, Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXXII, avec transcription.

Round, n° 264.

Date donnée à la table : 1179-1182. L'acte ne peut pas être antérieur à 1180; il est, en effet, souscrit par Guillaume du Hommet, connétable, élevé à cette dignité en 1179, alors que Henri II était en Angleterre; le roi n'a pas pu passer à Cherbourg avant 1180. D'autre part, Richard, évêque d'Avranches, également témoin de cet acte, est mort le 25 avril 1182 ou 1183, et, en avril 1183, Henri II ne s'est pas trouvé en Normandie (Eyton, p. 250-251). La pièce ne peut donc pas être postérieure à 1182.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancti Laudi Rothomagensis et canonicis regularibus in ea Deo servientibus omnia subscripta que rationabiliter data sunt eis et concessa, videlicet Brealtare cum ecclesia et decimis totius parrochie et feiriam et forum in eadem villa, que eis concessi cum consuetudinibus quas habent fora aliarum abbatiarum in Normannia, et feodum quod tenebat Willelmus de Brealtari de Willelmo de Roumara; Arclou, cum ecclesia et molendino; unam prebendam in Burdeneio, cum ecclesia et molendino, et duas partes decime quas tenebat Symon de Burdeneio in dominio suo in eadem parrochia; terram quam dedit eis Radulfus Waspail, et pratum de Balneatorio Simonis, a prato Bigoti, cum terra interjacente usque ad haiam, sicut carta Michaelis de

[a] Chierebur.; *la dernière lettre est effacée, et le reste du mot est à moitié visible.*

Burdeneio testatur, quam inde habent, et decem acras terre de feodo episcopi Luxoviensis quas emerunt et tenent de abbatia Mortui Maris, secundum testimonium carte quam de eadem abbatia habent; ecclesiam de Blovilla cum decimis; ecclesiam de Maisnillo cum decimis; decimas de Aqua Pluta et de Escura; medietatem ecclesie de Agon et cimiterii, cum medietate decime totius parrochie; medietatem ecclesie de Casteneio, cum duabus partibus decime de feodo Rainaldi de Casteneio; ecclesiam de Raphetot cum omnibus pertinentiis suis et decimis totius parrochie; ecclesiam Sancti Johannis de Rothomago, et decimas de feodo episcopi Baiocensis in Rothomago; in festivitate Sancti Laudi, de domino Normannie, unum cervum et VI. solidos in moneta, unum aprum in festivitate Sancti Rumpharii, et decimas quasdam in Rothomago et circa, et duas acras prati apud Cruisset de feodo unius monetarii, et LX. solidos quos dedit eis Radulfus Filius Stephani in molendino suo de Carevilla. In Rothomago, de Radulfo Filio Roberti, LX. solidos; de uxore ejus Maria, LX. solidos; de Johanne de Bellomonte, LX. solidos, de redditibus Rogeri Groinet; de feodo Johannis Goebout, LIII solidos; de feodo Radulfi de Bellomonte, XLII. solidos, et alios quosdam parvos redditus. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et canonici ibidem Deo servientes omnia supradicta, et omnia alia que rationabiliter eis dabuntur, habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et terris et decimis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in denariis et aliis redditibus, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : G. Eliensi, B. Exoniensi, Henrico Baiocensi, R. Abrincensi episcopis, Willelmo de Hum[etis] constabulario, Willelmo Filio Radulfi, Hugone de Creissi, Roberto de Stutevilla, Ricardo Giffard, Gilleberto Pipard.

Apud Cesaris Burgum.

DCIV

Delisle, n° 424.

Avril 1180-1182. — Valognes.

Charte de fondation de l'Hôtel-Dieu d'Angers.

A. Original perdu.

B. Copie de l'année 1265; Archives de Maine-et-Loire, fonds de l'Hôtel-Dieu, volume coté A 1, fol. 16.

a. Célestin Port, *Cartulaire de l'hôpital Saint-Jean d'Angers*, p. IV, n° IV, d'après plusieurs vidimus conservés aux Archives de Maine-et-Loire.

Round, n° 1157.

Souscriptions du connétable Guillaume du Hommet, en charge depuis 1179, du connétable Honfroi de Bohon, mort sans doute en 1182, de Geoffroi de Lucé, qui a souscrit sans titre, et qui est devenu archidiacre de Derby en 1182, de Foulques Painel, mort en 1182-1183. Henri II n'a pas été en France en 1179; il a débarqué en Normandie au milieu d'avril 1180. La pièce doit donc être datée d'avril 1180 à 1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, decanis, archidiaconis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, constabulariis et omnibus ministris et fidelibus suis, presentibus et futuris, totius terre sue, salutem.

Sciatis me, pro Dei amore et pro salute anime mee et pro animabus omnium antecessorum et successorum meorum, dedisse et concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et pauperibus Christi situm loci in quo fundata est domus Dei apud Andegavim, juxta fontem Sancti Laurentii, quam scilicet domum ego in honore Dei ad hospitalitatem egenorum et ad eorum inopiam relevandam de propriis elemosinis meis fundavi. Preterea concedo et confirmo eidem domui omnia beneficia que rationabiliter fidelium devotione ei collata sunt aut erunt, et quicquid fratres et custodes ejusdem domus imposterum acquirere poterunt, tam de meo quam de alterius feodo, habendum et possidendum in libera et perpetua elemosina, cum omnibus pertinenciis suis, bene et in pace, plenarie, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, libera et quieta ab omni exactione seculari et ab omni terreno servicio quod ad me pertinet.

Testibus : Godefrido de Luci, Herberto Cantuariensi archidiacono, Guillelmo de Humetis constabulario, Unfredo de Bohun constabulario, Folqueio Painel, Roberto de Stutevilla, Radulfo Taisson, Bertrando de Verdun, Guillelmo de Ostilleio, Johanne de Suligneio, Roberto Marmion, Guillelmo de Solariis, Hamone Pincerna.

Apud Valonias.

DCV

Delisle, n° 425.

Avril 1180-1182. — Valognes.

Charte de fondation de l'Hôtel-Dieu du Mans.

A. Original perdu.

B. Copie au Trésor des Chartes; Archives nationales, registre JJ 66, n° 687, fol. 281 v°.

Souscription de Guillaume du Hommet, élevé à la dignité de connétable en 1179, alors que Henri II était en Angleterre; débarquement de ce prince en Normandie au milieu d'avril 1180. Les autres souscriptions prouvent que l'acte n'est pas postérieur à 1182. Voir la note chronologique de la pièce précédente.

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, decanis, archidiaconis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, constabulariis et omnibus ministris et fidelibus suis presentibus et futuris tocius terre sue, salutem.

Sciatis me, pro Dei amore et pro salute anime mee, et pro animabus omnium antecessorum meorum et successorum, dedisse et concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et pauperibus Christi situm loci in quo fundata est domus Dei apud Cenom[annum], quam scilicet domum ego in honore Dei ad hospitalitatem egenorum et ad eorum inopiam relevandam de propriis elemosinis meis fundavi. Preterea concedo et confirmo eidem domui omnia beneficia que rationabiliter a fidelium devocione [ei data] et collata sunt aut erunt, et quidquid fratres et custodes ejusdem domus in posterum acquirere poterunt, tam de meo quam de alterius feodo, habenda et possidenda in libera et perpetua elemosina, cum omnibus pertinentiis suis, bene et in pace, plenarie, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, libera et quieta ab omni exactione seculari et ab omni terreno servitio quod ad me pertinet.

Testibus : Godefrido de Luci, Herberto Cantuariensi archidiacono, Willelmo de Humetis constabulario, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Umfrido de Bohun constabulario, Folqueio Painel, Roberto de Stutevilla[a], Radulfo Teison, Bertranno de Verdun, Willelmo de Ostilli, Johanne de Sulygneyo, Roberto Marmion, Willelmo de Solariis, Hamone[b] Pincerna.

Apud Valonias.

DCVI

Delisle, n° 431.

1180-1182 (sans doute avril 1180). — Windsor.

Confirmation à maître Gautier de Coutances de la maison de Raoul Fils d'Étienne, sise à Rouen, au-dessus du Grand Pont, qu'il avait achetée par devant la justice de la commune de Rouen.

A. Original perdu.

[a] Custovilla *B.* — [b] Ramone *B.*

B. C. D. Copies dans le cartulaire de l'église de Rouen; Bibliothèque de Rouen, ms. 1193, fol. 69 v°, n° 87 (*B*); fol. 78 (*C*); fol. 106 v°, n° 168 (*D*), ce dernier texte est une homologation de l'acte de Henri II par son fils le jeune roi Henri.

a. Delisle, Introduction, p. 268, col. 1, édition partielle.

Round, n° 32.

M. Delisle, dans son Introduction, p. 269-270, a fait valoir les raisons pour lesquelles cette charte doit être d'avril 1180. A la table, il admet, comme possible, la date 1180-1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, ad peticionem Bernardi Cumin[a] et Hawise uxoris sue et Willelmi filii sui primogeniti et aliorum liberorum suorum, et Radulfi de Sancto Amando, heredum Radulfi Filii Stephani, concessisse et presenti carta mea confirmasse magistro Waltero de Constanciis, clerico meo, domum[b] que fuit Radulfi Filii Stephani in Rothomago super Grandem Pontem, cum gardino et toto purprisio[c] et omnibus pertinentiis suis, quam ipse magister[d] Walterius emit ab eis coram justiciis meis et communia[e] Rothomagi. Confirmo etiam ei domum Iboldi de Grandi Ponte, cum virgulto ejusdem domus, predicte domui adjacente, quam prefatus Bernardus et uxor sua et liberi ejus emptione sua possidebant eidemque magistro Waltero vendiderunt. Bernardus autem Cumin[f] et uxor sua et filii ejus pro parte domus prefati Radulfi filii Stephani que eos contingebat, et pro domo Iboldi et virgulto ei adjacente, receperunt a magistro Waltero septies XX. libras Andegavensium et palefridum unum. Radulfus vero de Sancto Amando, pro parte supradicte domus prenominati Radulfi Filii Stephani, que eum contingebat, centum libras Andegavensium recepit. Preterea magister Walterus adquietavit prefatam domum Radulfi Filii Stephani versus Emmam, que fuerat uxor ipsius Radulfi, de X. marcis auri, quas super eandem domum habebat de dote sua. Abjuraverunt autem omnes prefati venditores magistro Waltero et heredibus suis domos et mansiones illas cum virgultis et omnibus pertinentiis suis absque reclamatione aliqua in perpetuum de se et de heredibus suis. Juraverunt etiam quod si quis magistrum Walterum vel heredes suos super his vexare voluerit, ipsi cum eo pro posse suo stabunt et predicta omnia ei sine dolo

[a] Comin *B.* — [b] clerico domini regis, patris mei, domum *D* (*homologation du jeune roi Henri*). — [c] porpriso *B.* — [d] quam dominus rex et pater meus ei carta sua confirmavit, et quam ipse magister *D* (*homologation du jeune roi*). — [e] còram justiciis domini regis et patris mei et coram communia *D* (*idem.*). — [f] Comin *B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

et malo ingenio absque suum mittere guarantizabunt. Quare volo et firmiter precipio quod predictus magister Walterus de Constanciis clericus meus et heredes sui [a] omnia predicta salvo servitio meo et dominorum [b] feodi habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut aliquis ea unquam melius et liberius tenuit.

Testibus : Ricardo Wintoniensi, Gaufrido Eliensi episcopis, Willelmo de Humetis constabulario, Rogero le Bigot, Stephano de Toronis senescallo Andegavie, Rannulfo de Glanvilla, Gaufrido de Pertica, Saihero de Quinci, Rogero de Stutevilla, Michaele Belet, Willelmo de Bendeng[is].

Apud Windesor.

DCVII

Delisle, n° 428.

1181-1182. — Argentan.

Confirmation des biens de l'abbaye de Saint-Martin d'Aumale.

A. Original perdu.

B. Vidimus de Philippe de Valois, au Trésor des Chartes, Archives nationales, registre JJ 65, 1, n° 282, fol. 195 v°.

Souscription de Sifroi, évêque de Chichester, sacré le 16 novembre 1180, à Cantorbéry (Eyton, p. 237), qui, par conséquent, ne doit pas être antérieure à 1181. Gautier de Coutances est qualifié trésorier de Rouen, et l'on sait qu'il a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183, alors que Henri II avait quitté la Normandie depuis la fin de décembre 1182. Nous datons cet acte de 1181-1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum [c], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, constabulariis, senescallis et omnibus ministris et fidelibus suis tocius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse omnes rationabiles donationes que facte sunt Deo et ecclesie Sancti Martini de Albemarla et monachis

[a] mag. Walt. et heredes sui *D* (*homologation du jeune roi*). — [b] salvo servitio domini regis, patris mei, et meo et dominorum *D* (*idem.*). — [c] Anglie rex et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavensis *B*.

ibidem Deo servientibus, sicut carte donatorum testantur, scilicet, ipsam ecclesiam Sancti Martini de Albemarla, ex dono Willelmi comitis de Albemarla, et alias ecclesias de Albemarla ex donatione ejusdem, scilicet ecclesiam Sancte Marie de Castello, et Sancti Petri et Sancti Lazari et Sancte Marie ultra aquam, cum decimatu et scol[is] et omnibus aliis pertinenciis suis, sicut carta ejusdem comitis testatur. Item, ex concessione prefati comitis, omnes decimas dominicatus sui, scilicet horreorum, vacarum, ovium, porcorum, baconum, caseorum, et decimam census domorum et ortorum tocius oppidi de Albemarla, et traversi et thelonei, molendinorum et furnorum, et decimam omnium piscium et ciborum mense ipsius comitis, preter carnium recentium, et decimam omnium que navis predicti comitis de Anglia attulerit, que vendi[a] possunt, decimam quoque duplicem de culturis ejusdem comitis, quicunque eas excoluerit, duos molendinos in Alceio, et duas culturas terre ecclesie Sancte Marie contiguas; culturam unam subtus monasterium Sancte Marie, ultra villam et secus amnem, et unum curticulum cum hospitibus tribus; hospites eciam qui sunt foris portam juxta vel supra superiorem viam; dimidium ruris quod Bertainmesnil dicitur. Nundinas quoque in festivitate Sancti Martini, liberas et quietas, qualibet die evenerint, monachis accipientibus quicquid de consuetudine thelonei vel alterius redditus inde provenerit, cessante etiam mercato de Albemarla, si ea die evenerit; communem etiam pasturam per totam terram predicti comitis, in bosco et in plano, ita liberam et quietam, ut nullus inde pasnagium vel aliam consuetudinem ab eis exigat; silvam etiam de Moufflers ad quoslibet usus necessarios, ecclesiam de Villers, ecclesiam de Haudricurt, et elemosinam Roberti filii Ode de Wacluis, et dimidiam partem decime de Quirieres, ecclesiam Sancti Walarici, et ecclesiam de Belfresno, et ecclesiam Sancti Satur[n]ini cum pertinenciis suis, et ecclesiam de Allecurt, et ecclesiam de Flames, ecclesiam de Yslois cum omnibus pertinenciis suis, et ecclesiam de Villers ultra nemus cum duabus partibus decime, de Pulteriis duas partes decime, decimam quoque de Blossavilla, piscium, porcorum, baconum, et decimam lane de ovibus prenominati comitis, decimam eciam omnium que comeduntur in curia ejusdem comitis, sive in Albemarla sive ubicunque in hac patria. Hec in Normannia sunt. In Anglia vero, ex donatione ejusdem comitis, omnes decimas dominicatus sui, scilicet horreorum, vacarum, ovium, porcorum, baconum, caseorum et pullorum equarum ipsius comitis, ubicunque fuerint in Herdernessa, ecclesiam de Pagl., cum appendiciis suis, ecclesiam de Prestona cum capell[a] [b] de Hed., et aliis appendiciis suis, ecclesiam de. . .[c], ecclesiam de Burtona Gamelin, ecclesiam de Wifornewit. (?), ecclesiam de

[a] mandi *B.* — [b] capell., *sans terminaison.* — [c] *Le nom est resté en blanc dans le registre.*

Wagl., cum capella de Suttona[a] et cum tota decima de Melsa, ecclesiam de Fromgueham, ecclesiam de Catello, ecclesiam de Marletona cum appendiciis suis, ecclesiam de Aldeburc cum pertinenciis suis, ecclesiam de Donestal, ecclesiam Sancti Petri de Thorna, ecclesiam Sancte Marie de Wifornesel cum capella de Holmetona et aliis appendiciis suis, ecclesiam de Esinthona cum capella de Neverthona, ecclesiam de Bristall., ecclesiam de Chinlesey, ecclesiam de Cahingueham, et decimas et capellas predictis ecclesiis adjacentes, et hospitem unum ad flumen Herdone; quin eciam transitum Humbri ad opus predictorum monachorum et omnium illis servientium et ad omnia necessaria eorum, libere et quiete; in Lindiseia ecclesiam de Baron, et decimam dominii de Wiflesby, ecclesiam de Grosseby, et decimam dominii de Aldolby, ecclesiam de Carletona, ecclesiam de Bicham cum omnibus appendiciis suis; in episcopatu Norwicensi, ecclesias de Belestreda et manerium ejusdem ville, et terram de Saierlande, et quecunque ad manerium pertinent, sicut [carta] predicti comitis testatur, et ecclesiam de Affledetona, et decimam de Cardacra cum decima dominii de Clopesona, sicut carta ejusdem comitis testatur. Item ex donatione predicti Willelmi comitis de Albemarla, molendinum Avenel. Item ex donatione et confirmatione ejusdem comitis et Roberti constabularii, unum mesagium datum Roberto incluso in Alceio, ubi Odo Frokemont manere solebat, sicut carte eorumdem testantur. Item ex donatione Ingerranni et Franconis filii sui, et confirmatione ejusdem Franconis, boscum de Aumont, cum terra et pertinenciis suis, et de avennis, de quibus avennis ipse Franco garbam accipiet qnandiu voluerit; totam eciam decimam de culturis et curticulis suis de Malassis, et totam decimam de Greinnun; octoginta insuper jugera terre arabilis in feodo de Greinnun, de quibus garbam tantum accipiet quamdiu voluerit, et culturam de eodem feodo que est inter boscum de Aumont et boscum de Gohovilla; medietatem eciam de mara Saucheuse, et medietatem districti quod est inter Aumont et campum Alvredi; totam eciam terram de Valle Uscionis, et boscum de Corber., sicut Letoldus de Cabatoria eis dedit, unde ipsi monachi eidem Franconi reddere debent annuatim decem solidos Belvacensium, pro omnibus serviciis; medietatem terragii culture juxta Sanctum Clementem, sicut Robertus de Gohovilla eis dedit. Item ex concessione et confirmatione Arnulfi Biset, predictam ecclesiam de Ailecurt, sicut carta ejusdem testatur, et medietatem veteris bosci de Morviler, et tria jugera terre predicto bosco contigua. Item ex concessione et confirmatione Hugonis de Oyri, duas garbas decime de Roupiel, quas Robertus de Coreaus presbiter tenuit, et unum hospitem in eadem villa cum mansura et curtillo qui ad eandem mansuram pertinet, sicut carta ejus testatur.

[a] Succona *B.*

Item ex concessione et confirmatione Eustachii de Oirival, terciam partem decime in Colreaus, et medietatem decime in Floscurant, et totam decimam unius quartarii, et medietatem decime alterius quartarii in Maisnil Fukelini, sicut carta ejus testatur. Item ex donatione et concessione Johannis comitis de Augo, mortuum boscum in foresta Augi, ad usum ignis ipsorum monachorum, et libertatem per totam terram ipsius comitis Johannis et vendendi et emendi et eundi et redeundi et portandi res suas et reportandi sive de Anglia sive de Normannia, sicut carta ejus testatur. Quare volo et firmiter precipio quod prenominati monachi omnia predicta habeant et teneant in liberam et perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinenciis suis, bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in ecclesiis et capellis, in terris et decimis et redditibus, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in pascuis et silvis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis, in mariscis et piscariis, in grangiis et virgultis, in viis et semitis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Henrico Baiocensi, Frogerio Sagiensi, Reginaldo Bathoniensi, Sifredo Cicestrensi episcopis, magistro Waltero de Constanciis Rothomagensi thesaurario, magistro Huberto Ebroycensi archidiacono, Willelmo Painel Abrincensi archidiacono, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Rollando de Dinan, Ricardo Giffardi, Roberto Marmion, Hamone Pincerna.

Apud Argentomum.

DCVIII

1181-1182. — Bonneville-sur-Touques.

Confirmation de la fondation du prieuré de La Caine, dépendance de l'abbaye de Beaumont près de Tours, faite par Roger Malfillâtre, du consentement de Guillaume, duc de Normandie, depuis roi d'Angleterre.

A. Original autrefois scellé sur attaches rouges et blanches, acheté au libraire Jouan, de Caen, le 31 mai 1910; Bibliothèque nationale, ms. français nouv. acq., 21689, pièce n° 5.

Cette pièce, copiée par M. Delisle peu de temps avant sa mort, n'a pas été datée par lui, ou plutôt, il avait seulement tracé au-dessus des indications bibliographiques la date incomplète : 1181- . Elle a été souscrite par Geoffroi Fils du roi, chancelier de Henri II, qui prend le titre de chancelier dès 1181, et par Gautier de Coutances, trésorier de l'église de Rouen, qui fut élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. D'autre part, Henri II ne paraît pas avoir résidé en Normandie pendant les premiers mois de 1183. Elle a donc été expédiée entre 1181 et 1182.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me, pro amore Dei, concessisse et presenti carta mea confirmasse in liberam et perpetuam elemosinam Deo et abbatie Sancte Marie de Bellomonte, que sita est juxta Turonensem civitatem, omnia subscripta, rationabiliter ei collata, sicut in carta Rogeri Mali Filiastri inde facta continebantur. Ex dono ipsius Rogeri, per manus Willelmi nobilissimi ducis Norm[annorum] et deinceps regis Anglorum, proavi mei, et concessione ipsius et conjugis sue Matildis filiorumque suorum Roberti, Ricardi, Willelmi, monasterium Sancte Marie de villa que dicitur Catena, cum tota eadem villa et omnibus que ad eundem Rogerum ibi pertinebant, ut sit cella prefate abbatie de Bello Monte; quoadusque locus ipse, adjuvante Deo, crescat ut abbatia fieri possit, ita quod, postquam abbatia fieri poterit, constituatur ibi abbatissa, ab abbatissa communique capitulo predicte abbatie de Bello Monte in ejusdem abbatie subjectione. Concessit etiam idem Rogerus ut ejusdem celle sanctimoniales accipiant in proprium usum necessaria ex omnibus nemoribus suis, cum licentia custodum ipsorum nemorum, qui tamen prohibere non poterunt. Ex donatione etiam et concessione ipsius Rogeri, piscium suorum medietatem ex flumine Olne, si ipse presens fuerit, preter salmones et lampredas, et ex ipsis tamen decimam; et si absens fuerit, omnes pisces preter salmones et lampredas, ut predictum est, et ex ipsis tamen, sicut predictum est, decimam. Ex dono ejusdem Rogeri, decimas totius dominii sui ex annona et communionem pascuorum totius sui dominii, preter equorum propriorum pascua, et in ipsis tamen proprii ejusdem loci equi atque equitum pascentur. Ex dono etiam ipsius, ecclesias de Monte Secreto, secundum testimonium curie sepedicti Rogeri. Nobilissimus prenominatus dux Norm[annorum] de his omnibus saisivit abbatissam ejusdem ecclesie, et omnia servitia et omnes querelas que ad eum pertinebant. Ipse etiam concessit in elemosinam eidem ecclesie ut orationum particeps fieret, et retinuit in custodiam sibi et heredibus suis quod forent inde tutores et defensores contra omnes mortales. Secundum etiam testimonium ejusdem carte, dedit idem dux ex sua parte eidem ecclesie quoddam mercatum et nundinas, ut elemosina succresceret. Quare volo et firmiter precipio quod supradicta abbatia Sancte Marie de Bello Monte et sanctimoniales ibidem Deo servientes omnia predicta sicut supra determinatum est habeant et teneant in libera et perpetua elemosina bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et decimis et terris, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis

consuetudinibus suis, sicut eis concessa sunt et collata et cartis donatorum confirmata.

Testibus : H. Baiocensi, R. Bathoniensi episcopis, G. cancellario filio meo, magistro Waltero de Constanciis Rothomagensi thesaurario, Hugone de Nonanto Lexoviensi archidiacono, comite Willelmo de Mandevilla, Hunfrido de Buhun constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Seherio de Quinci, Hugone de Creissi, Widone de Sancto Walerico, Thoma Bard[ulfi].

Apud Bonam Villam super Tokam.

DCIX

Delisle, n° 432.

1181-1182. — Bur.

Donation de l'église d'Ivrande au prieuré du Plessis.

B. Copie de 1483, dans le cartulaire du Plessis-Grimoult, Archives du Calvados, H non coté, t. II, charte 853, dans une confirmation de Henri V.

Voir l'Introduction, p. 309.

M. Delisle, dans son Introduction (p. 309), établit que cette pièce, sous la forme qu'elle a dans sa nouvelle rédaction, doit être de 1181 ou 1182. Elle porte la souscription de Geoffroy Fils du roi, avec le titre de chancelier, «G. cancellario filio meo», que ce personnage a porté dès 1181 ou 1182, et celle de Gautier de Coutances, qui n'était pas encore évêque de Lincoln (il fut élu évêque le 8 mai 1183). La charte est datée de Bur, en Normandie, et l'on sait que Henri II n'a pas résidé en Normandie dans les premiers mois de 1183.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse, pro salute anime mee et antecessorum meorum, et presenti carta mea confirmasse Nicolao priori et canonicis regularibus de Plessitio, in perpetuam elemosinam, ecclesiam Sancte Marie de Iveranda, cum decimis et pertinentiis suis. Prior vero ponet in eadem ecclesia septem canonicos regulares, qui jugiter ibi Deo servient, et providebit eis in temporalibus et spiritualibus, ut regulariter ibi vivant et Deo digne ministrent. Et si aliquis eorum deliquerit, prior eum corrigat, et si expedire viderit, amoveat, et alium ydoneum substituat. Ad sus-

tentationem vero illorum concedo et do eis in perpetuum supradictam ecclesiam de Yveranda, cum omnibus decimis et pertinentiis suis, et totam terram que est inter fossata illorum interiora et exteriora, sicut claudunt locum et pasturam illorum. Et in foresta nostra (*sic*) de Landa Putrida et de Tenerchebray mortuum boscum ad ignem illorum, et ad edifficia ejusdem loci, et pasnagium porcis eorum in foresta nostra (*sic*) de Landa Putrida et de Tenerchebray, et in aliis forestis nostris de Passeys, scilicet in Andeine et in silva Drua [a], exceptis deffensis nostris. Dedi etiam eis in perpetuam elemosinam centum libras Andegavensium in prepositura Baiocensi; et si in aliquo tempore alia moneta cucurrerit in civitate illa, centum libras illius monete similiter percipiant annuatim. Dedi eis preterea ecclesiam de Camba, et ecclesiam Sancti Clementis juxta vada Vire, et ecclesiam de Morta (*sic*) Ger, et ecclesiam de Bueys, cum omnibus pertinentiis earumdem ecclesiarum. Volo autem et sic constituo ut unoquoque sabbato reddat prepositus avenantum de illis centum libris, per manum servientis canonicorum; et si uno sabbato minus fuerit, altero sabbato suppleatur, ita ut habita ratione per sabbata infra annum centum libre eis persolvantur. Do etiam eis [b] et confirmo in perpetuam elemosinam vivarium de Pomeria quod feci, et concedo ut faciant molendinum extra fossata sua, et ut habeant aque conductum liberum ad illud molendinum per terram meam. Concedo etiam eis et do mansuram cum domibus apud Baiocas, que fuerunt Radulfi filii Riculfi, in perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni servicio seculari. Volo etiam et firmiter precipio ut predicti canonici et possessiones eorum et servientes eorum liberi sint et quieti per totam terram meam a theloneo et passagio et pontagio, et ab omni consuetudine. Henricus vero episcopus Baiocensis, pro amore Dei et meo, liberavit et quietavit predictam ecclesiam de Iveranda ab omni episcopali consuetudine, salva tamen episcopo Baiocensi reverentia et debita obedientia. Ut autem hec mea elemosina cum integritate in perpetuum inconvulsa perseveret, presentis carte munimine et sigilli mei auctoritate eam corroboro.

Testibus : H. Baiocensi episcopo, G. cancellario filio meo, magistro Waltero de Constanciis Oxoniensi archidiacono, Radulfo archidiacono Herefordie, Willermo de Humetis constabulario, Willermo Filio Radulfi senescallo Normannie, fratre Rogerio elemosinario, Hugone de Morwich dapifero, Hugone Bardulfi.

Apud Burum [1].

[a] silva Dima *B.* — [b] Do etiam etiam et *B.*

[1] Dans sa table des pièces comprises dans le recueil, M. Delisle indique, sous le n° 432 A, et avec la date : vers 1182, une donation de l'église de la Cambe au prieuré du Plessis. Cet acte, qui n'est pas parvenu jusqu'à nous, a dû exister, si l'on s'en rapporte à une charte de

DCX

Delisle, n° 431 A.

Fin de juillet 1181-mars 1182. — Northampton.

Confirmation d'un accord conclu entre Richard du Pec et les chanoines du Vœu, de Cherbourg, au sujet de la terre d'« Arravilla ».

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin; Archives de la Manche, H 1959, fonds de l'abbaye de Cherbourg.

B. Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10068, fol. 32.

Round, n° 946.

Cette pièce a été souscrite par Geoffroi Fils du roi, fils naturel de Henri II, qui a été élu évêque de Lincoln en 1173, mais n'a jamais été sacré. Il a résigné ses droits à l'épiscopat en 1181 ou 1182, pour devenir chancelier du roi (voir l'Introduction, p. 104). Geoffroi ne porte ici ni son titre d'évêque élu, ni celui de chancelier; l'acte a donc dû être rédigé au moment où il avait renoncé à l'épiscopat. D'autre part, la pièce est datée de Northampton; or Henri II a résidé en Angleterre de la fin de juillet 1181 au commencement de mars 1182; il a ensuite passé plus de deux ans en France.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis quod peticione Ricardi de Pecco et uxoris sue Matihildis concessi et presenti carta mea confirmavi convencionem factam inter eos et canonicos Sancte Marie

Henri, évêque de Bayeux, copiée dans le cartulaire du Plessis, tome III, n° 1383, et par laquelle cet évêque confirme le don que Henri II avait fait au prieuré du Plessis des églises de «Camba» et de Saint-Clément «super vada Vire». L'acte de Henri, évêque de Bayeux, porte les souscriptions suivantes : «Testibus : Gaufrido filio dicti regis, magistro Waltero de Constantiis Oxon[iensi] archidiacono, Radulfo archidiacono Hereford[e], Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, fratre Rogero elemosinario, Hugone de Morwic dapifero, Hugone Bardulf[i], et pluribus aliis.» On voit que ces souscriptions se retrouvent toutes, après celle de l'évêque de Bayeux, à la fin de la pièce de Henri II, ici publiée, et copiée dans le cartulaire du Plessis sous le n° 853.

IMPRIMERIE NATIONALE.

de Voto apud Cesarisburgum de terra de Arravilla, quam dederunt eisdem canonicis et concesserunt in perpetuam elemosinam de ipsis tenendam pro V. marcis argenti annuatim reddendis, sicut carta ejusdem Ricardi et prenominate uxoris sue testatur. Quare volo et firmiter precipio quod eadem convencio, sicut inter eos facta est et cartis eorum utrobique confirmata, stabilis et firma permaneat et inconcusse teneatur.

Testibus : Gaufrido filio meo, Hugone de Laci, Hugone de Creissi, Willelmo de Lanval[leio], Thoma Basset, Roberto filio Bern., Ger[ardo] de Canvilla.

Apud Norhantonam.

DCXI

460 A.

Fin de juillet 1181-mars 1182. — Northampton.

Don aux lépreux de Saint-Lazare de Jérusalem d'une rente de quarante marcs d'argent sur l'Échiquier.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, C, n° 5. — PHOTOGRAPHIE.

On remarquera que M. Delisle a fait entrer dans son recueil un certain nombre de textes étrangers à la France, écrits en Angleterre, mais relatifs à la Terre-Sainte; celui-ci est de ce nombre. — Geoffroi Fils du roi, qui figure ici comme témoin, est bien le bâtard de Henri II qui renonça, en 1181, à l'évêché de Lincoln pour devenir chancelier. L'acte est daté de Northampton, et le prince Geoffroi, fils d'Aliénor, n'est pas retourné en Angleterre de 1179 à 1186, année de sa mort. D'après M. Delisle (Introduction, p. 463), Thomas Basset, autre témoin de cet acte, est mort au plus tard en 1183, date à laquelle ses biens échurent à son fils aîné Gilbert. L'acte doit donc avoir été rédigé plutôt entre 1181 et 1183 que vers 1185, ainsi que le porte la table. Or, dans cette période, Henri II n'a été en Angleterre que de la fin de juillet 1181 (Eyton, p. 240) au commencement de mars 1182 (Eyton, p. 247).

CARTA LEPROSORUM SANCTI LAZARI DE JERUSALEM.

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum, Aquitanorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta confirmasse, pro salute mea et antecessorum et successorum meorum, leprosis Sancti Lazari de Jerusalem XL. m[arcas] in perpetuam elemosinam annuatim habendas. Et ideo precipio baronibus meis de Scaccario ut singulis annis eas ipsis habere faciant ad festum Sancti Michaelis, ita quod ipsi inde non vexentur nec disturbentur dilatione vel aliqua alia occasione. Et ita eas ibi habeant annuatim, donec a me vel ab heredibus meis, quos volo ut hanc elemosinam ratam habeant et in perpetuum firmiter teneant, eis assignentur in certis redditibus terrarum vel ecclesiarum.

Testibus : Galfrido filio meo, Willelmo comite de Albemar[la], Waltero Filio Roberti, Hugone de Creissi, Willelmo de Lanval[eio], Toma Basset, Rogero de Stutevilla, Willelmo de Stutevilla, Gerardo de Canvilla.

Apud Norhant[onam].

DCXII

Delisle, n° 437.

22 février 1182. — Waltham.

Testament de Henri II.

A. Original perdu.

a. Gervasius Cantuariensis, éd. Stubbs, t. I, p. 298. — *b.* Rymer, *Fœdera*, 2e édition, t. I, pars 1, p. 47. — Nous suivons le texte de M. Stubbs, en empruntant à celui de Rymer les variantes les plus importantes.

Date de 1182, dans l'acte, et du 22 février, dans Eyton, p. 246, d'après Rymer et Raoul de Diceto.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum [a], Henrico regi, et Ricardo et Gaufrido et Johanni filiis suis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis [b], vicecomitibus, ministris, et omnibus hominibus et fidelibus suis, tam clericis quam laicis, totius terre sue citra mare et ultra, salutem.

Notum vobis facio quod apud Waltham, presentibus episcopis R[icardo] Wintoniensi et J[ohanne] Norwicensi, et G[aufrido] cancellario filio meo, et magistro Waltero Constantiensi archidiacono Oxenefordie [c], et Godefrido de Luci archidiacono

[a] Anglie, *etc., dans les éditions.* — [b] justiciariis *b.* — [c] Oxon. *b.*

de Derebi, et Randulfo [a] de Glanvilla, et Rogero Filio Reinfrei [b], et Hugone de Morewic, et Radulfo Filio Stephani camerario, et Willelmo Rufo, feci divisam meam de quadam parte pecunie mee in hunc modum : domui militie Templi Jerusalem V. milia marcas argenti; domui Hospitalis Jerusalem [c] V. milia marcas argenti, et ad communem defensionem terre Jerosolimitane V. milia marcas argenti, per manum et visum magistrorum Templi [d] et Hospitalis Jerusalem habendas, preter pecuniam illam quam prius predictis domibus Templi et Hospitalis commiseram custodiendam, quam similiter dono ad defensionem ipsius terre Jerosolimitane, nisi eam in vita mea repetere voluero. Et aliis domibus religiosis totius terre Jerusalem, et leprosis, et inclusis, et heremitis ejusdem terre V. milia marcas argenti, dividendas per manum et visum patriarche Jerusalem et episcoporum terre Jerosolimitane [e] et magistrorum Templi et Hospitalis. Domibus religiosis Anglie, monachorum, canonicorum, sanctimonialium, et leprosis, et inclusis, et heremitis ipsius terre, V. milia marcas argenti, dividendas per manum et visum R[icardi] Cantuariensis archiepiscopi, et R[icardi] Wintoniensis, et B[aldewini] Wigorniensis, et G[aufridi] Eliensis, et J[ohannis] Norwicensis episcoporum, et Randulfi de Glanvilla justitie [f] Anglie. Domibus religiosis Normannie, monachorum, canonicorum, sanctimonialium, et inclusis et heremitis ejusdem terre, III. milia marcas argenti, dividendas per manum et visum archiepiscopi Rothomagensis, et Baiocensis, et Abrincensis, et Sagiensis, et Ebroicensis episcoporum. Domibus leprosorum ipsius terre, CCC. marcas argenti, per manum et visum predictorum dividendas. Monialibus Moretonie, C. marcas argenti. Monialibus de Vilers [g] extra Falesiam, C. marcas argenti. Domibus religiosis terre comitis Andegavie [h] patris mei, exceptis sanctimonialibus de ordine Fontis Ebraudi [i], mille marcas argenti, per manus episcoporum Cenomannensis et Andegavensis dividendas. Ipsis autem sanctimonialibus Fontis Ebraudi, et domibus ipsius ordinis, II. milia marcas argenti, dividendas per manum et visum abbatisse Fontis Ebraudi. Sanctimonialibus Sancti Sulpitii Britannie, C. marcas argenti. Domui et toti ordini Grandismontis, III. milia marcas argenti. Domui et toti ordini de Chartosa [j], II. milia marcas argenti. Domui Cisterciensi et omnibus domibus ipsius ordinis, exceptis domibus ejusdem ordinis que in terra mea sunt, quibus divisam meam feci, II. milia marcas argenti, dividendas per visum et manum abbatis Cistercii et Clarevallis. Domui Cluniacensi [k] mille marcas argenti, preter quod eidem domui accommodavi, quod ei perdono, nisi in vita mea repetere voluero.

[a] Ranulfo *b.* — [b] Reimfridi *b.* — [c] Jerosolime *a.* — [d] per manum magistrorum T. et H. Jer. et visum eorundem habendas *b.* — [e] per manum patriarche Jerusalem, et visum episcoporum terre Jerosolime *b.* — [f] Ranulfi de Glanvilla justiciarii *b.* — [g] Viliers *b.* — [h] *sic*, *a. b.* — [i] Ebraldi *b.* — [j] Chartusa *b.* — [k] Cluniaci *b.*

Domui Majoris Monasterii perdono mille marcas argenti, quas ei commodavi, nisi eas in vita mea repetere voluero. Sanctimonialibus de Marcilli[a] C. marcas argenti. Domui de Prémustré et toti ordini, exceptis domibus ejusdem ordinis que in terra mea sunt, CC. marcas argenti. Domui de Arroeis[b] et toti ordini, exceptis domibus ejusdem ordinis terre mee, C. marcas argenti. Ad maritandum pauperes et liberas feminas Anglie que carent auxilio, CCC. marcas auri, dividendas per manum et visum R[icardi] Wintoniensis, et B[aldewini] Wigorniensis, et G[aufridi] Eliensis, et J[ohannis] Norwicensis episcoporum, et Randulfi de Glanvilla. Ad maritandum pauperes et liberas feminas Normannie que carent auxilio, C. marcas auri, dividendas per manum et visum Rothomagensis archiepiscopi, et Baiocensis, et Abrincensis, et Sagiensis, et Ebroicensis episcoporum. Ad maritandum pauperes et liberas feminas de terra comitis Andegavie, patris mei, C. marcas auri, per manum et visum Cenomannensis et Andegavensis episcoporum dividendas. Hanc autem divisam feci in predicto loco, anno incarnationis Domini MCLXXXII, quam vobis filiis meis, per fidem quam michi debetis et sacramentum quod michi[c] jurastis, precipio ut firmiter et inviolabiliter faciatis teneri, et quod super eos qui eam fecerint manum non ponatis[d]. Et quicunque contra hoc venire presumpserit, indignationem et iram omnipotentis Dei et maledictionem ipsius Dei et meam incurrat. Vobis etiam archiepiscopis et episcopis mando ut, per sacramentum quod michi fecistis, et per fidem quam Deo et michi debetis, in sinodis vestris sollempniter accensis candelis excommunicetis et excommunicari[e] faciatis omnes illos qui hanc divisam meam infringere presumpserint. Et sciatis quod dominus papa hanc divisam meam et scripto et sigillo suo confirmavit, sub interminatione anathematis.

DCXIII[1]

Delisle, n° 433.

Vers 1182. — Chinon.

Confirmation de la donation que Guillaume de Mauge avait faite à l'abbaye de Fontevrault de ses droits sur le minage et l'eau de Saumur. — Texte remanié au XVI^e siècle.

A. Original perdu.

[a] Maitilla *b.* — [b] Arrodis *b.* — [c] quod inde *a.* — [d] apponatis *b.* — [e] excommunicare *a.*

[1] M. Delisle avait joint à sa collection de copies un accord conclu à Nottingham, le 24 août 1182, en présence de Henri II, entre Thibaud, abbé de Cluni, et Hamelin, comte

B. Copie moderne aux Archives de Maine-et-Loire, fonds de Fontevrault, Minage de Saumur, fol. 3.

M. Delisle, dans son Introduction (p. 290 à 293), a signalé les altérations subies au XVI^e^ siècle par diverses chartes de Fontevrault relatives au minage de Saumur, c'est-à-dire aux redevances en blé que l'abbaye de Fontevrault emmagasinait dans cette ville; plusieurs de ces pièces ont pris place dans ce recueil, entre autres les chartes DXVI et DXVII, indiquées à la table de M. Delisle sous les numéros 350 et 350 A. C'est à cette même catégorie qu'appartiennent les deux actes publiés ci-dessous (n^os^ DCXIII et DCXIV, 433 et 433 A de la table). Le premier (DCXIII) a subi des remaniements évidents; la phrase initiale, après la salutation, est d'une forme insolite : « *Omnibus notum esse volumus nos* presenti carta confirmasse... »; la pièce originale devait commencer par la formule d'usage : « *Sciatis me...* »; le remaniement est également visible, plus bas, dans les mots : «in supradicto *medimnario* seu minagio». La date de la pièce pourrait être établie par les souscriptions; on y voit figurer, comme témoins, Geoffroi Fils du roi, chancelier, qui a porté ce titre à partir de 1181 ou 1182, et Gautier de Coutances, qui ne porte ici aucun titre, et qui fut élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. C'est certainement pour cette double raison que M. Delisle a considéré l'acte comme rédigé vers 1182. — Le cas de la pièce DCXIV est plus gênant; elle aussi représente un remaniement postérieur, prétentieux dans sa forme; le dispositif y commence bien par la bonne formule : « Sciatis me... », mais on relève au cours de l'acte des termes insolites «in *medimnario* seu minagio Salmuriensi», «Quare volo et *qua valeo authoritate* precipio», «in predicto *medimnario* seu minagio et *memorata* aqua», «cum omnibus *adjacentibus*, libertatibus et consuetudinibus suis». Enfin les souscriptions sont fort embarrassantes; le chancelier qui figure en tête des témoins n'est désigné que par son titre, comme cela s'est fait souvent pour Thomas Becket, puis on voit apparaître le connétable Richard du Hommet, «Ricardo de Humetis constabulario», qui est mort à l'abbaye d'Aunai en 1179 (Introduction, p. 430); il y aurait donc eu deux concessions identiques, l'une entre 1172-1173 et 1179, l'autre vers 1182. Le fait est bien peu vraisemblable, et l'on en arrive à se demander si le texte DCXIV n'est pas quelque chose de plus qu'un remaniement.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

de Varenne, au sujet de la nomination du prieur de Saint-Pancrace de Lewes. L'original de cette pièce est perdu; il en existe une copie incorrecte du XIII^e^ siècle, dans le cartulaire D de Cluni, conservé à la Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., ms. 766, n° 232, fol. 63. L'édition que Marrier et Duchesne ont donnée de ce texte dans la *Bibliotheca Cluniacensis*, col. 1446, laisse aussi beaucoup à désirer. L'acte ne faisant que mentionner la présence du roi, on peut se dispenser de lui donner place dans ce recueil, et c'est ce qu'a fait M. Delisle, quand il ne l'a pas mentionné à sa table; nous nous rangeons à son avis et renonçons à le publier. On le trouve mentionné, par M. Pardessus, dans la *Table chronologique des Diplômes*, t. IV, p. 33, et par MM. Bernard et Bruel, dans le *Recueil des chartes de l'abbaye de Cluny*, t. V, p. 657.

Omnibus notum esse volumus nos[a] presenti carta confirmasse donationem quam Deo et Beate Marie de Fontebraldo et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus Guillelmus[b] de Mauge, consentiente Agatha uxore ipsius Guillelmi et Philippo et Agnete filia, fecerit, quicquid scilicet ipse Guillelmus in minagio et aqua Salmuriensi possidebat. Itaque volo et precipio firmiter ut dicta ecclesia Beate Marie de Fontebraldo et sanctimoniales in ea Deo servientes bene, pacifice, integre, quiete et plenarie obtineant et possideant quicquid predictus Guillelmus in supradicto medimnario seu minagio et in aqua antehac possidebat, et quod eis ex consensu predictorum concessit et tradidit et vendidit.

Testibus : J. Acon. episcopo, Gaufrido cancellario filio meo, magistro Waltero de Constancia, Reginaldo de Cortenay, Stephano senescallo Andegavensi, Jouberto de Pressingneio, Willelmo de Ostilli.

Apud Chinon.

DCXIV

Delisle, n° 433 A.

Vers 1182? — Chinon.

Autre texte de la même charte ou d'une charte analogue, remanié au XVI^e^ siècle. — Texte suspect.

B. Copie moderne, aux Archives de Maine-et-Loire, fonds de Fontevrault, Minage de Saumur, fol. 4.

Voir l'Introduction, p. 293, note 2.

Cette pièce, si elle était authentique, devrait être antérieure à 1179, puisqu'elle a été souscrite par Richard du Hommet, connétable; en ce cas elle ne saurait dériver de la précédente. Il se peut qu'elle ait été falsifiée. Voir la note placée en tête de la pièce DCXIII.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus suis ministris [et] fidelibus, salutem.

Sciatis me, rogatu Guillelmi[c] de Mauge, concessisse et presenti mea carta con-

[a] *sic B.* — [b] Cyrillus *B.* — [c] Cyrilli *B.*

firmasse Deo et ecclesie Beate Marie de Fontebraldo, et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, quicquid ipse Willelmus de Mauge possidebat in medimnario seu minagio Salmuriensi et in aqua, quod totum eis vendidit, et meo et Agathe uxoris, Willelmi et Philippi filiorum et Agnetis filie consensu. Quare volo et qua valeo autho-
5 ritate precipio ut predicta ecclesia de Fontebraldo et sanctimoniales in ea Deo servientes totum illud quod supradictus Willelmus de Mauge in predicto medimnario seu minagio et memorata aqua habebat, in pace, libere, quiete, integre, plenarie, cum omnibus adjacentibus, libertatibus et consuetudinibus suis possideant, sicut prefatus Willelmus de Mauge, assensu meo et predictorum, illud eis in perpetuum
10 vendidit et tradidit.

Testibus : cancellario, Willelmo clerico de Cam[er]a, Mauricio de Creon, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Ricardo de Humetis constabulario, Hugone de Creissi, Henrico filio Ivonis.

Apud Chinon.

15

DCXV

Delisle, n° 440.

1182. — Chinon.

Charte de Henri II, confirmant à l'abbaye de Marmoutier le prieuré de Lehon cédé à cette abbaye par les religieux de Saint-Magloire de Paris.

20 *A.* Original perdu, mentionné par *B*, « ex autographo ».

B. C. Copies de Dom Martène, d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 12879, fol. 174 v° (*B*) et 176 (*C*). — *D.* Extrait; Bibliothèque nationale, ms. latin 5441, t. III, p. 250.

Cette pièce et la suivante sont de 1182, ainsi que le prouve l'acte de l'évêque de Saint-Malo,
25 publié ci-dessous.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus [a], senescallis, prepositis, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

[a] vicariis *B, C.*

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse monasterio Majoris Monasterii et abbati [a] et monachis ibidem Deo servientibus prioratum de Lehun cum omnibus pertinentiis suis, quem monachi Sancti Maglorii Parisiensis eis concesserunt et dederunt in excambium pro redditibus et possessionibus quas abbas et conventus Majoris Monasterii concesserunt et dederunt ipsis monachis Sancti Maglorii in Francia pro prioratu illo et pertinenciis suis habendas. Quare volo et firmiter precipio quod abbatia Majoris Monasterii et abbas et monachi in ea Deo servientes predictum prioratum de Lehun habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus pertinenciis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut supradicti monachi Sancti Maglorii eum tenuerunt et ipsis concesserunt et in excambium dederunt pro predictis redditibus et possessionibus ab abbate et monachis Majoris Monasterii sibi concessis.

Testibus : magistro Walterio de Constanciis archidiacono Oxoniensi, Willelmo Painel archidiacono Abrincensi, Paride Rovece[strie] archidiacono, Johanne thesaurario Lexoviensi, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Willelmo de Ostilleio [b], Willelmo de Vou.

Apud Chinonum.

DCXVI

Delisle, n° 441.

1182. — Chinon.

Charte de Henri II attestant l'accord intervenu entre l'évêque de Saint-Malo et l'abbé de Marmoutier au sujet du prieuré de Lehon.

A. Original perdu.

B. Copie; Bibliothèque nationale, collection de Touraine (Dom Housseau), vol. V, n° 1960. — *C.* Autre copie, par Dom Martène; Bibliothèque nationale, ms. latin 12879, fol. 176.

Round, n° 1224.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

[a] J. abbati *dans l'extrait fourni par D. Cette initiale J. ne se trouve pas dans les copies B et C.* — [b] Oltilleio *B, C.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Sciatis quod in presentia mea pacificati sunt ad invicem A., episcopus Sancti Maclovii, et H., abbas Majoris Monasterii, super querela que vertebatur inter eos de prioratu de Lehon et aliis rebus, et quod pacem et concordiam inde inter eos factam concedo et ratam habeo, et ipsam presenti carta mea confirmo, sicut in scriptis eorum inde inter eos factis continetur, et me conservatorem et protectorem ipsius pacis et concordie constituo. Quare volo et firmiter precipio quod eadem pax et concordia inter eos facta rata sit et stabilis et inconcusse teneatur, sicut in cartis et scriptis inde inter eos factis continetur.

Testibus : magistro Walterio de Constanciis Oxenefordie archidiacono, Willelmo Painel Abrincensi archidiacono, Parisio Rogvecestrie archidiacono, Johanne Lexoviensi thesaurario, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Willelmo de Hostilleio, Willelmo de Vol.

Apud Chinonem.

DCXVII

Delisle, n° 442.

1182. — Chinon.

Charte d'Aubert, évêque de Saint-Malo, notifiant l'accord intervenu, en présence de Henri II et en sa cour, entre son église et l'abbaye de Marmoutier, au sujet du prieuré de Lehon.

A. Original perdu.

B. Copies; Bibliothèque nationale, ms. latin 12879, fol. 175 v° et 181 v°. — *C.* Autre copie; Bibliothèque nationale, collection de Touraine (Dom Housseau), vol. V, n° 1957.

a. Fragment publié par Dom Morice, Preuves, I, 689.

Round, n° 1223.

Cet acte permet de fixer à l'année 1182 les deux chartes de Henri II qui viennent d'être publiées. (*Note de M. Delisle.*)

Ego Albertus, Dei permissione Sancti Maclovii episcopus, universis fidelibus notificare curavi nos dilectis fratribus Herveo venerabili abbati et monachis Majoris Monasterii, actore Domino, cum assensu fratrum totius capituli nostri, concessisse Lehonense monasterium, cum pertinentiis suis, in perpetuam possessionem haben-

dum, salvo jure episcopali, *etc.* Hoc bona fide firmiter in perpetuum tenendum et nos et abbas Majoris Monasterii in manu magistri Walterii de Constanciis affidavimus.

Actum est hoc apud Chainonum in presentia domini Henrici, illustris regis Anglorum, anno ab incarnatione Domini MCLXXXII, sub his testibus, in plenaria curia domino regi Anglie assistentibus : Henrico duce Saxonie, Parisio archidiacono Rowecestrie, Willelmo Paenel archidiacono Abrincensi, Johanne thesaurario Lexoviensi, David fratre regis Scotie, Hugone Bardol senescallo, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Gervasio Paenel, Willelmo de Hostilleio, Bernardo Cha[onis], Willelmo de Vol, Bernardo magistro priore Majoris Monasterii, Stephano de Castro Goscelini, Gervasio baiulo, Enardo sacrista, Thoma scriptore, magistro Stephano de Monte Falconio, magistro Herveo, Ivone camerario, Matheo de Nannetis, Mauricio Nano (?), Guidone Guaste viande, Petro de Mesleio, famulis abbatis, et pluribus aliis clericis et laicis.

Et ut hoc ratum et firmum maneat in perpetuum, sigilli nostri et sigilli capituli nostri actoritate et impressione ad posterorum nostrorum fecimus memoriam communiri et confirmari.

DCXVIII

Delisle, n° 443.

23 septembre 1182. — Chinon.

Confirmation d'un accord conclu entre l'abbaye de Fontevrault et Guillaume de Montsoreau.

A. Original perdu.

B. Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 5480, t. I, p. 421.

Round, n° 1078.

Une charte de Raoul, évêque d'Angers, du même contenu et souscrite par les mêmes témoins, a été rédigée à la date du 23 septembre 1182; il paraît donc certain que la charte de Henri II, ici publiée, est du même jour. Nous donnons ici la date de cette première pièce, émanée de l'évêque d'Angers : « Actum est anno ab incarnatione Domini MCLXXXII, indictione XV, epacta XIIII, concurrente IV, cyclo decemnovennali V. Data per manum Guillelmi magistri scolarum, VIIII kalendas octobris. » Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 5480, t. I, p. 423. Voir l'Introduction, p. 56.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justitiis, vicecomitibus, seneschallis, prepositis, et omnibus baillivis et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse subscriptam conventionem et concordiam coram me consilio et assensu meo in curia mea factam inter abbatissam et sanctimoniales Fontis Ebraudi et Guillelmum de Monte Sorelli, concessione et assensu heredum ipsius Guillelmi, super querelis que inter eos vertebantur de consuetudinibus et rectitudinibus et possessionibus unde contentio erat inter eos, videlicet quod vigeria super qua contendebant remanet ecclesie Fontis Ebraudi, hoc retento quod, si contentio fuerit inter homines abbatie unde duellum surgat, judicabitur apud Fontem Ebraudi, et per manum abbatisse mittetur in curiam domini de Monte Sorelli; si fuerit duellum inter homines abbatie super catallis et possessionibus et quibuscumque rebus, totum rectum et tota emendatio quantum ad censum erit abbatisse; si vero fuerit inter homines abbatisse et homines extraneos, rectum et emendatio hominis abbatie erit abbatisse, hominis autem extranei totum rectum et emendatio erit domini Montis Sorelli; si fuerit duellum tale unde contingat hominem destrui, vel quocumque modo detruncari, inter quoscunque fuerit, rectum et emendatio hominis abbatie quantum ad censum erit sanctimonialium et abbatisse, justicia destructionis corporis et membrorum, cujuscumque, domini Montis Sorelli erit, et census hominis extranei, si contigerit hominem extraneum redargui et convinci super latrocinio, et census et corpus integre erit domini Montis Sorelli; si simile contigerit hominibus abbatie, census erit sanctimonialium et abbatisse, justicia destructionis corporis et membrorum erit Domini Montis Sorelli, sicut supradictum est, erit (*sic*) de omni forisfacto unde contigerit hominem mori vel truncari. Omnes alie contentiones, precipue de mensura vini et bladi et secretarie sanctimonialium et dominicorum hominum abbatie integre remanent ipsi abbatie, ita quod singulis annis, in sollempnitate Assumptionis beate Marie, reddet abbatia L. solidos domino Montis Sorelli vel ejus precepto apud Montem Sorelli, hoc etiam adjecto quod abbatia non recipiet aliquem de hominibus domini Montis Sorelli ad aliquam mansionem, nisi religionis habitum in abbatia susceperit, et tunc recipietur tantum cum mobili suo. Et si forte aliquis ex hominibus domini Montis Sorelli dederit ipsi abbatie domum vel aliquam possessionem immobilem, ipsa eam tenebit per annum et diem, et tunc vel infra annum et diem oportebit de necessitate ut vendat eam, nisi per gratiam et concessionem domini Montis Sorelli eam retinuerit. Iterum nullus hominum abbatie capiet terram hominum domini Montis Sorelli ad colendum sine licentia domini Montis Sorelli. Mensura vini et bladi

Montis Sorelli curret per totam terram abbatie que est de castellaria Montis Sorelli, sine aliqua custuma quam ob hoc exigere possit dominus Montis Sorelli. Preterea nullus hominum abbatie dabit paagium vel passagium in tota terra domini Montis Sorelli; et si contingat aliquem hominem abbatie esse mercatorem, custumas suas ut alii mercatores domino Montis Sorelli persolvet. Donationes etiam militum suorum factas abbatie et faciendas concedit dominus Montis Sorelli, salvo servitio suo. Quare volo et firmiter precipio quod hec conventio et concordia inter eos facta rata sit et stabilis et firmiter et inconcusse inter eos teneatur.

Testibus : Radulfo Andegavensi episcopo, Ricardo comite Pictavensi et Gaufrido comite Britannie et Gaufrido cancellario, filiis meis, magistro Gualtero de Constanciis archidiacono Ox[eneforde], Godefrido de Luci archidiacono de Derbi, Ricardo vicecomite de Sancta Susanna, Johanne comite Vindocinensi, Stephano de Turonis seneschallo Andegavie, Guillelmo Filio Radulfi seneschallo Normannie, Reginaldo de Curtenai, Gaufrido Huberti preposito Lauduni, Aimerico de Bernezaio, Hugone Galler., Joisberto de Prescin[iaco], Petro Filio Guidonis, Guillelmo de Ostilleio, Guillelmo Rolland, Bartholomeo Rolland fratre suo preposito Andegavensi, Nicolao de Sancto Paer.

Apud Chinonum.

DCXIX

Delisle, n° 438.

1182. — Compiègne.

Lettre de recommandation pour les quêteurs de l'abbaye de Saint-Corneille de Compiègne.

A. Original perdu, décrit par Dom Gilleson, Mémoires, Bibliothèque nationale, ms. français 19842, fol. 382; scellé d'un sceau en cire verte sur cordon de soie, portant les légendes : Henricus Dei gratia rex Anglorum, sur le sceau, et : Henricus Dux Normannorum et Aquitanorum, sur le contre-sceau. Cf. Morel, *Cartulaire de Saint-Corneille.*

B. Copie d'après l'original, par Dom Grenier; Bibliothèque nationale, collection Moreau, vol. 84, fol. 134.

a. Morel (le chanoine). *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Corneille de Compiègne* (Soc. historique de Compiègne), Montdidier, 1904, in-4°, t. I, p. 141-142.

Voir l'Introduction, p. 80, sur le passage de Henri II à Compiègne en 1182.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus hominibus et baillivis et fidelibus totius terre sue, salutem.

Sciatis quod abbatiam Compendii et abbatem et monachos in ea Deo servientes, pro amore Dei et reverentia sanctorum quorum reliquie in ipsa abbatia continentur, sincero affectu complectimur, promotionem suam et incrementum honoris et boni status sui affectantes. Quia vero expedit eis, pro necessitate ipsius abbatie sue, predicationis uti officio, mandamus vobis rogantes attentius ut, cum ad vos predicando venerint, benigne eos recipiatis, et debitum honorem eis exhibeatis, et ipsos et omnia sua et quecumque ad eos spectaverint manuteneatis et protegatis, ne quis eis violentiam vel injuriam aut gravamen inferre presumat. Ad predicationem autem eorum, intuitu caritatis et pro salute animarum vestrarum, de beneficiis vestris eis conferre velitis, et quos poteritis ad hoc inducatis quod eis de beneficiis suis subveniant, quatinus super his que eis feceritis a summo retributore condignam possitis promereri mercedem.

Testibus [a] : Gualer[anno] [b] Roffensi [c] episcopo, et [d] Willelmo clerico de camera. Apud Compendium.

DCXX

Delisle, n° 439.

1182.

Lettre de Henri II à Richard, évêque de Winchester, lui annonçant l'accord conclu avec Philippe Auguste pour fixer les rapports des deux rois avec le comte de Flandre et certains de ses barons.

a. Radulfus de Diceto, éd. Stubbs, t. II, p. 11.

Cet acte est postérieur à la conférence de Senlis, qui eut lieu en 1182. Voir l'Introduction, p 79.

Rex Anglorum Ricardo, Wintoniensi episcopo, salutem.

Philippus comes Flandrensis reddidit regi Francorum Perefont, et rex idem castrum episcopo Suessionensi, et episcopus Agathe, que fuit uxor Hugonis de Oisi,

[a] Testibus, *omis dans a.* — [b] Gualeb., *a.* — [c] Rossen., *a. Il s'agit de l'évêque de Rochester, et non de l'évêque de Ross, en Écosse*, Cf. Morel, p. 142. — [d] et, *omis dans a.*

quod eam hereditarie contingit, tenendum de ipso episcopo, et episcopus de rege. Civitas quoque Ambianis concessione regis Francorum remanet episcopo Ambianensi, de ipso rege tenenda, et si comes Flandrensis quicquam in ea calumpniabitur, episcopus Ambianensis inde ipsi comiti plenitudinem justitie in curia sua vel curia regis exhibebit. Comes Claremontis et Radulfus de Chuci remanent ex toto in manu regis Francorum, liberi omnino a comite Flandrie. Philippus quoque comes Flandrensis clamavit quietum regem Henricum, filium meum, de omnibus conventionibus que inter eos erant. Concessit etiam ut barones Flandrenses plenarie faciant michi servicium meum quod michi debent de feodo quod de me tenent, et quod feoda illa sine recuperatione amittant, nisi servicia mea michi fecerint. Convenit etiam ibidem [1] inter nos, quod nullus ex suis amittet terram in Flandria propter servicium meum, si mihi servire in terram meam venerit. Omnibus igitur ad pacem reductis, quotquot a fidelitate regis Francorum recesserant, consilio regis Anglorum et opera, redierunt in ejus ligantiam. Damna tam hinc quam illinc illata mutua compensatione deleta sunt.

DCXXI

Delisle, n° 434.

Vers 1182. — Rouen.

Confirmation d'une donation faite à l'abbaye de Saint-Étienne de Caen par Robert de la Haie et Hugues Maubenc.

A. Original perdu.

B. Extrait fait pour Gaignières; Bibliothèque nationale, ms. latin 17135, p. 9.

Cette charte a été souscrite par Geoffroi Fils du roi, chancelier, qui est entré en fonctions en 1181 ou 1182, et par Gautier de Coutances, alors qu'il n'était pas encore évêque élu de Lincoln, c'est-à-dire avant le 8 mai 1183. Elle est datée de Rouen, et nous savons que Henri II n'a pas été en Normandie pendant les premiers mois de 1183. — On observera que Henri II a fait un séjour en Angleterre du 26 juillet 1181 au 11 mars 1182 environ.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum, — confirmat Deo et abbacie Sancti Stephani de Cadomo — donationem quam Robertus de Haia et Hugo

[1] A la conférence de Senlis, Cf. Rad. de Diceto, II, p. 10.

Maubenc et uxor ejus Ascelina eis fecerunt — de tenemento quod prefatus Robertus tenebat de predicto Hugone et Ascelina — salvis redditibus quos Hugo Ardens antecessor prefati Roberti fecit domino feodi, etc.

Testibus : Gaufrido cancellario filio meo, magistro Waltero de Constanciis, comite Willelmo de Mandevilla, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, fratre Rogero elemosinario, Roberto de Stutevilla, Alvredo de Sancto Martino, Hugone de Creissi, Gaufrido de Say.

Apud Rothomagum.

DCXXII

1172-1173–1183. — Chinon.

Confirmation à l'abbaye de Marmoutier du manoir de « Torvertone » avec son église, et de l'église de « Cosham ».

A. Original perdu.

B. Inspeximus au Public Record Office; Charter Rolls, 21e année de Henri III, membrane 5, cité dans *Calendar of the Charter Rolls*, t. I, p. 227 (simple indication). — *C.* Autre inspeximus au Public Record Office, 1315, 8e année d'Édouard II, 2e partie, membrane 28.

a. Monasticon Anglicanum, t. VI, vol. II, p. 1097, d'après *C.* — *b.* Analyse en anglais, *Calendar of the Patent Rolls*, Edward II, 1313–1317, 1898, p. 258.

L'acte, portant la formule *Dei gratia*, ne peut pas être antérieur à 1172-1173; il est souscrit par Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, qui a été sacré évêque de Lincoln dans l'été de 1183.

Henr[icus], Dei gratia rex Angl[orum], et dux Norm[annorum] et Aquit[anorum], et comes Andeg[avorum], archiepiscopis, etc., salutem.

Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et monasterio Sancti Martini de Majori Monasterio, et monachis ibidem Deo servientibus, manerium de Torvertone et ecclesiam ejusdem manerii cum omnibus pertinentiis suis. Et ideo volo et firmiter precipio quod predicti monachi predictum manerium, sicut Exa dividit, habeant et teneant integre, bene et in pace, libere et quiete et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus que ad manerium illud pertinent. Preterea concedo predicto monasterio Sancti Martini de Majori Monasterio ecclesiam de Cosham, cum omnibus que ad illam pertinent ecclesiam, tam in

terris quam in decimis et hominibus, et in omnibus aliis rebus, et omnem decimam hominum meorum de Cosham, et decimam garbam totius messis mee de Cosham, ita quod decima accipiatur ad hostium grangie mee, et ibi monachis vel eorum servientibus liberaliter detur. Concedo etiam eis de me et de hominibus meis de Cosham decimam lanarum et caseorum et agnorum et vitulorum et porcorum et pullorum, et omnium rerum quarum decima detur. Iterum autem concedo quod predicti monachi habeant sexdecim boves et quinque vaccas et unum taurum in omnibus pasturis meis ubicunque homines mei pergunt pascere. Volo etiam et firmiter precipio quod ipsi monachi ecclesiam suam de Torvertone cum manerio ad proprios usus habeant et teneant integre, bene et in pace, libere et honorifice, et quiete ab omnibus serviciis et geldis et scotis et omnibus aliis querelis, et de feudo, ne aliquis cum eis hospicium capiat absque licentia monachorum.

Testibus : magistro Waltero de Constantiis Oxon[ie] archidiacono, Willielmo Paynel, Gervasio Paynel, Ambrico archidiacono, St. de Turri (*sic*) senescallo de Andeg[avia], Hugone Bardulf dapifero, Galfrido Filio Petri, Ernisio de Nevill.

Apud Chinonem.

DCXXIII

Delisle, n° 447.

1172-1173–1183. — Quevilli.

Ordre aux baillis d'Arques et de Drincourt (Neufchâtel) de maintenir les chanoines de Rouen en jouissance de leurs biens.

A. Original perdu.

B. Copie du commencement du XIII^e^ s.; cartulaire de l'église de Rouen, Bibliothèque de Rouen, ms. 1193, fol. 46, n° 40.

Round, n° 25.

Souscription de Rotrou, archevêque de Rouen, mort le 25 novembre 1183.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, bailivis suis de Archis et de Drincort, salutem.

Precipio vobis quod sine dilatione et integre faciatis habere canonicis Sancte Marie de Rothomago et tenere bene et in pace omnia tenementa sua que ad ecclesiam suam et ad prebendas suas pertinent, tenenda eisdem libertatibus et liberis

IMPRIMERIE NATIONALE.

consuetudinibus quibus tenuerunt tempore regis Henrici avi mei; et si quid de terris suis in bosco vel plano occupatum est, juvetis eos ad retrahendum, sicut melius et rationabilius facere poteritis ad ecclesie et eorum utilitatem. Et tantum inde facia-[ti]s ne oporteat eos michi inde querimoniam facere.

Teste R. archiepiscopo Rothomagensi.

Apud Chivili.

DCXXIV

Delisle, n° 446.

Octobre 1174–1183. — Quevilli.

Confirmation des biens donnés à l'abbaye du Bec et au prieuré de Saint-Philbert par Henri I^er^, Robert Courte-Heuse et Robert de Montfort.

A. Original perdu.

B. Extrait par Dom Jouvelin, Bibliothèque nationale, ms. latin 13905, fol. 96 v°.

Cette pièce porte la souscription de Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, sacré le 6 octobre 1174. Elle a également pour témoin Rotrou, archevêque de Rouen, mort le 25 novembre 1183.

Henricus Dei gratia rex Anglorum, etc.

Sciatis me concessisse..... abbatie Sancte Marie Becci, et ecclesie Sancti Philiberti, et monachis ibidem Deo servientibus, elemosinas quas habent ex dono antecessorum meorum et hominum meorum, scilicet : Ex dono Henrici regis, avi mei, ecclesiam Sancti Clari in Auge, cum tribus hospitibus et V. acris terre. Ex dono Roberti, ducis Normannorum, fratris ipsius Henrici, medietatem ville Sancti Philiberti, cum pertinentiis suis, in bosco, in plano, in pratis et pasturis, in molendinis et piscariis. Item ex dono ipsius Roberti, ecclesiam Sancti Stephani de Alier, cum hospitibus quos habent in eadem parrochia. Ex dono Roberti de Monfort, ecclesiam Sancti Petri de Monfort, et ecclesiam Sancti Andree de Appevilla, et ecclesiam Sancti Audoeni de Frolencurt, et boscum de Wivere qui vocatur Parcus, et Vallem Taxonis cum pertinenciis suis. Ex dono Rogerii Efflant, ecclesiam Sancti Audoeni de Bosco Turstini, et XXV. acras terre in eadem villa.....

Testibus : Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, Ricardo episcopo Wintoniensi, ...Henrico de Novo Burgo.....

Apud Kivilli.

DCXXV

Delisle, n° 448.

1172-1173–1183. — Rouen.

Confirmation de cent acres de terre aux religieuses de Bondeville.

A. Original autrefois scellé sur simple queue; Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Bondeville. — Atlas, pl. XXIV.

Souscription de Rotrou, archevêque de Rouen, mort le 25 novembre 1183.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et hac mea carta confirmasse abbatie de Bondevilla et sanctimonialibus in ea Deo servientibus centum acras terre in Monte Calvel, quas Gislebertus de Roures dedit eidem abbatie et sanctimonialibus in perpetuam elemosinam, pro Dei amore et salute anime sue et omnium parentum et antecessorum suorum, sicut in carta ipsius Gisleberti continetur. Quare volo et firmiter precipio quod has centum acras terre liberas et quietas, solutas bene et in pace teneant.

Teste Rotrodo Rothomagensi archiepiscopo.

Apud Rothomagum.

DCXXVI

Delisle, n° 455.

1172-1173–1183.

Concession de franchises à des hommes de la maison des Bons-Hommes de la Bellière établis à Argentan, Falaise, Caen et dans diverses paroisses, pour recevoir les dons et les aumônes destinés à cette maison. — Acte suspect ou remanié.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Normandie; Bibliothèque de Rouen, ms. 1235, fol. 40.

C. Vidimus par Charles VI, au Trésor des Chartes, Archives Nationales, JJ 120, n° 179, fol. 92 v°. — *D.* Copie moderne; Bibliothèque nationale, collection Moreau, vol. 1707, fol. 205 v°, d'après *C.* — *E.* Autre copie; collection Moreau, vol. 631, fol. 252, d'après les rôles de Henri V.

a. La Roque, *Histoire de la maison de Harcourt*, t. IV, p. 1349. — *b. Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. II, p. 1089, d'après les Norman Rolls de Henri V, 8e année, 2e partie, membrane 8.

Round, n° 1287.

Voir à l'Introduction, p. 298, les raisons qui donnent lieu de croire que ce document a été remanié. Foulques Painel, qu'on y voit figurer comme témoin, est mort en 1182 ou 1183 (Introduction, p. 369); l'acte ne peut donc pas être postérieur à 1183.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, Henrico, Ricardo, Gaufrido, Johanni, karissimis filiis suis, Rothomagensi archiepiscopo, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis in archiepiscopatu Rothomagensi constitutis, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta confirmasse, pro amore Dei et pro animabus patris et matris mee et filiorum et antecessorum meorum, Deo et domui de Grandimonte que dicitur Bellaria in castro meo de Argentomo unum hominem, in castro meo de Falesia alium hominem, in castro meo de Cadomo alium, et [in] omnibus parrochiis adjacentibus predictis castris, in unaquaque earum videlicet unum hominem similiter, qui beneficia et elemosinas, que fratribus dicte domus in predictis villis dabuntur, pro amore Dei recipiant et eis legittime defferant. Volumus autem, concedimus et firmiter precipimus quod homines pretaxati, a nobis dati et concessi fratribus predicte domus ad suum servitium, sint [a] in omnibus quieti et in pace ab exercitu, ab equitatu, servitio, fouagio, passagio, vignagio, pedagio, telonio, et de omnibus consuetudinibus in terra et in mari ad dominium meum pertinentibus.

Testes autem hujus donationis et concessionis nostre sunt : F. episcopus Sagiensis, Robertus comes de Mulant, Henricus de Novo Burgo, Fulco de Anou [b], Fulco Paanel, Ricardus Guiffart, et plures alii [c].

[a] sicut *B.* — [b] *leg.* : Alnou. — [c] *Pas de nom de lieu.*

DCXXVII

Delisle, n° 421.

1178–avril 1183. — Angers.

Confirmation des biens et des franchises appartenant aux religieux de Grammont établis à la Haie d'Angers.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de l'ordre de Grammont, Archives de Maine-et-Loire, H non coté, n° 2. — *C.* Copie de la fin du XV^e^ s. dans le cartulaire de la Haie aux Bons-Hommes; Bibliothèque d'Angers, n° 856, fol. 1 (copie de M. Port). — *D.* Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, collection de Touraine (Dom Housseau), vol. V, n° 2041. — *E. Idem;* Bibliothèque nationale, ms. français 22450, Gaignières 650, p. 237.

a. Martène, *Thesaurus Anecdotorum*, t. I, col. 446.

Dans son Introduction (p. 298) M. Delisle relève le fait assez étonnant que dans cette pièce Gautier de Coutances est qualifié de chancelier du roi, « meo cancellario »; sans vouloir condamner absolument l'acte en question et un autre qui se trouve dans le même cas, il se demande si ces deux textes n'ont pas subi quelque altération. — La souscription de Gautier de Coutances prouve que la pièce est antérieure au 8 mai 1183, jour de son élection à l'évêché de Lincoln. Raoul, évêque d'Angers, également nommé ici comme témoin, a été élu en 1177 ou 1178, et sacré en 1178. La présence de Henri II à Angers est relevée dans l'itinéraire de Rév. Eyton en janvier et mars ou avril 1183. La pièce a donc pu être rédigée entre 1178 et avril 1183.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, senescallis, prepositis et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro Dei amore et pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum, dedisse et concessisse in perpetuam et piam elemosinam Deo et priori et fratribus Grandimontis locum de La Haya Andegavis, et totum nemus liberum et quietum, ad omnes voluntates suas faciendum, sicut muris clauditur, et per totas forestas meas omnia necessaria ad edificationem et usus ejusdem domus et aliarum domorum ejusdem ordinis de tota terra mea. Dedi etiam et concessi predictis fratribus duos solidos singulis diebus in vinagiis Andegavie, in festo Sancti Michaelis annuatim recipiendos, et totum vinagium meum de omnibus vineis quas habent vel habebunt. Dedi etiam ad serviendum eisdem fratribus, tam

sanis quam leprosis, quatuor homines apud Andegavum, et unum in Valeia apud locum qui dicitur le Mou [a], liberos et quietos, cum rebus suis et rebus fratrum, in terra et aqua, ab omni servicio et tailliagio, pontagio, theloneo, passagio, fossagio, exercitu et omni consuetudine, et de omnibus rebus et occasionibus ad me pertinentibus. Quare volo et firmiter precipio quod predicti Boni Homines [b] omnes predictas elemosinas meas [c] habeant bene et in pace, libere et integre, sicut eas illis dedi et presenti carta confirmavi.

Testibus his [d] : Bartholomeo Turonensi archiepiscopo, R. Andegavensi episcopo, Gauterio de Costanciis meo cancellario, W. comite de Mandavilla, R. vicecomite de Sancta Susanna, Arl. de Faug. [e], S. de Marsai senescallo Andegavie, R. de Veo, David de Castelbria.

Apud Andegavum.

DCXXVIII

Delisle, n° 444.

Avril 1180–janvier 1183. — Gorron.

Confirmation d'une donation de rente à prendre sur le domaine de Pont-Audemer, faite à l'abbaye de Savigni par Isabelle, fille de Galeran de Meulan, du consentement de ses enfants.

A. Original scellé autrefois sur double queue de parchemin; Archives nationales, L 968. — Atlas, pl. XXIV.

B. Copie ancienne dans le cartulaire de Savigni; Archives de la Manche, H non coté, charte 570. — *C.* Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 10078, p. 241.

Eyton, p. 235. — Round, n° 837.

Cette charte est datée de Gorron, dans le Maine. Elle porte la souscription de maître Gautier de Coutances, et est par conséquent antérieure au 8 mai 1183, jour de l'élection de Gautier comme évêque de Lincoln. Henri II a été au Mans le 1er janvier 1183. — Le connétable Guillaume du Hommet, témoin de l'acte, est entré en fonctions en 1179; le roi était alors en Angleterre et n'en est parti qu'en avril 1180. Il s'est trouvé au Mans le 20 avril 1180 (Eyton, p. 232).

[a] Le Mou, *C; alias :* de Comou. — [b] *Rédaction incorrecte; le terme* predicti *suppose que les religieux ont été qualifiés plus haut de :* Boni Homines, *ce qui n'est pas.* — [c] nostras, *dans plusieurs copies.* — [d] his *est incorrect.* — [e] Sang., *dans C.*

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis [a], vicecomitibus, constabulariis, et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me ad petitionem Ysabell[is], filie Gualerandi comitis de Mellento, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte Trinitatis de Savingnio (*sic*) et monachis ibidem Deo servientibus X. libratas redditus Andegavensium, quas prefata Ysabellis concedentibus filiis suis, Juhello scilicet, filio Gaufridi de Meduana, et Mauricio et Petro, filiis Mauricii de Creon, eis dedit et concessit annuatim apud Pontem Aldemari percipiendas ad duos terminos, scilicet mense proximo et precedente Nativitatem Domini C. solidos, et mense proximo precedente Pascha C. solidos, de redditu LX. librarum Andegavensium, quas prenominatus Gualerandus comes cum ipsa Ysabell[i] filia sua dedit Gaufrido de Meduana in maritagium apud Pontem Aldemari de redditu qui primitus veniret secunda feria ebdomade. Quare volo et firmiter [b] precipio quod predicti monachi de Savingnio habeant et teneant in perpetuam elemosinam prenominatas X. libras Andegavensium bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, sicut prefata Ysabell[is] illas eis concessit et carta sua confirmavit.

Testibus : magistro Waltero de Constanciis, Willelmo Abrincensi archidiacono, Mauricio de Creon[io], Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Willelmo de Humetis constabulario, Folqueio Painel.

Apud Gorham.

DCXXIX

Delisle, n° 445.

Avril 1180–janvier 1183. — Gorron.

Confirmation d'une donation faite à Henri « de Marisco » par Gérard, prieur de Norwich.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s.; Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, S n° 25. — PHOTOGRAPHIE.

Eyton, p. 252.

On a vu, à propos de la pièce précédente, que Henri II s'est trouvé au Mans en avril 1180 et en janvier 1183 (Eyton, p. 232 et 249); c'est très probablement à l'occasion d'un de ces deux

[a] *En toutes lettres.* — [b] et firmiter, *répété dans A.*

séjours qu'il a passé à Gorron, localité du Maine. La présente pièce porte la souscription de Roland, archevêque de Dol, élu en 1177. D'après M. Delisle (Introduction, p. 454), c'est sans doute en 1182 ou 1183 qu'il s'est rencontré, à Gorron, avec Henri II. Jean de Coutances, qui est également nommé ici comme témoin, avec le titre de trésorier de Lisieux, a exercé cette fonction en 1182 (Introduction, p. 394).

CARTA HENRICI DE MARISCO.

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Henrico de Marisco et heredibus suis..... donationem quam Gerardus prior et totus conventus Norwicensis ecclesie ei assensu Johannis, Norwicensis episcopi, in feodo et hereditate concesserunt et carta sua confirmaverunt, videlicet totam terram eorum in Hemstede et homines eorum cum serviciis suis, cum molendinis et vivariis, et..... pertinentiis et libertatibus suis, sibi et heredibus suis, tenendam de eis jure hereditario libere et quiete, reddendo inde annuatim ecclesie sue Norwicensi pro omni consuetudine et servicio LXX. solidos ad IIII^{or} terminos, sicut carta eorum continet. Quare volo et firmiter precipio quod prenominatus Henricus et heredes sui post eum omnia supradicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in mariscis et turbariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis [locis et rebus ad] terram illam pertinentibus, sicut carta ejusdem prioris et conventus testatur.

Testibus : [R. e]lecto Dolensi, Hugone Murdach, Johanne de Constantiis Lexoviensi thesaurario, Rannulfo de Glanvilla, Hugone Bardulfi dapifero, Alelmo de Fontibus, Radulfo de Ardena, Galfrido Filio Petri, Gilberto Filio Reinfredi.

Apud Gorham.

DCXXX

Delisle, n° 423.

Fin d'avril 1180–début de 1183. — Chinon.

Abandon à l'abbaye de Turpenai d'une rente que Henri II avait en la terre de « Muntagre », donnée à ladite abbaye par « Halo de Brisaico ».

A. Original perdu.

B. Copie d'après le cartulaire [de Turpenai]; Bibliothèque nationale, collection de Touraine (Dom Housseau), vol. V, n° 1769. — *C.* Autre copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 17128 (Gaignières 640), p. 270.

Souscription du connétable Guillaume du Hommet, pourvu de sa charge en 1179. Or la pièce est datée de Chinon, où le roi n'a pas pu se trouver avant la fin d'avril 1180, ayant séjourné en Angleterre du milieu de juillet 1178 au milieu d'avril 1180 (Eyton, p. 222, 232). Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, témoin de l'acte, est devenu évêque de Lincoln le 8 mai 1183; le roi a pu se trouver à Chinon dans les premiers mois de cette année. De là la date approximative: fin d'avril 1180–premiers mois de 1183.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta mea confirmasse abbatie Sancte Marie de Turpiniaco et monachis in ea Deo servientibus, in liberam et perpetuam elemosinam, costumam meam quam habebam annuatim in terra de Muntagre, quam Halo de Brisaico dedit prenominatis monachis, scilicet unum sextarium avene et VI. denarios et unam gallinam et III. obolos, et bianium meum quod etiam in terra illa habebam. Quare volo et firmiter precipio quod prefata abbatia Sancte Marie de Turpiniaco et monachi in ea Deo servientes de predicta costuma et prefato bianio quieti sint, et hec predicta habeant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice. Et prohibeo ne super hoc ullo modo vexentur vel disturbentur.

Testibus : magistro Galterio de Constanciis Oxenefordie archidiacono, Herberto Cantuariensi archidiacono, Radulfo Herefordensi archidiacono, Guillermo de Humetis constabulario, Reginaldo de Curtenai, Stephano senescallo Andegavensi, Petro Filio Guidonis, Guillelmo de Ostilli.

Apud Chinonium.

DCXXXI

Delisle, n° 449 B.

1180–1183. — Angers.

Charte de sauvegarde pour la maison des Bons-Hommes de Brouzeau. — Acte faux.

a. Bulletin de la Société archéologique et historique du Limousin, t. LVI, p. 423. — *b.* Introduction, p. 298.

IMPRIMERIE NATIONALE.

L'acte authentique d'après lequel ce faux a été fabriqué, et auquel ont évidemment été empruntés les noms des témoins, portait la souscription de Guillaume du Hommet, connétable depuis 1179; or Henri II n'a pas été en France en 1179; la date initiale de 1179, donnée par la table, doit donc être remplacée par celle de 1180. La pièce ne peut pas avoir été postérieure au mois de mai 1183, époque à laquelle Gautier de Coutances, qui l'a souscrite, a été élu évêque de Lincoln.

Henricus, Dei gratia rex Angl., dux Norm. et Aquit., et comes And., Stephano Calvo et heredibus suis, salutem.

Sciatis quod amicus meus karissimus prior pauperum Grandimontis posuit in manu mea et custodia et protectione domum de Brondea. Et ideo volo et firmiter vobis precipio quod prefatam domum et helemosinam Willelmi Calvi custodiatis et manuteneatis et protegatis, sicut rem meam propriam, ita quod nullam ei injuriam vel contumeliam aut gravamen faciatis nec fieri permittatis. Si quis autem eidem domui forisfacere presumpserit, sine dilatione illud emendare faciatis. Sciatis enim certissime quod si quis prefate domui molestiam aliquam aut injuriam aut gravamen intulerit, plenariam inde justiciam exhibere non differam.

Testibus : Radulfo Andegavensi episcopo, magistro Waltero de Constanciis, Willelmo de Humetis constabulario, Folqueio Painel, Stephano de Turonis senescallo Andegavie.

Apud Andegavim.

DCXXXII

Delisle, n° 429.

1181–janvier 1183. — Le Mans.

Donation par Henri II de l'écluse d'Angers à l'Hôtel-Dieu d'Angers, dont il est le fondateur.

A. Original; Archives de Maine-et-Loire, Hôtel-Dieu, B 12, fol. 57. — Photographie.

B. Copie; Bibliothèque nationale, collection de Touraine (Dom Housseau), vol. V, n° 1759.

a. Célestin Port, *Cartulaire de l'hôpital Saint-Jean d'Angers*, p. v, n° v, d'après l'original.

Cette pièce porte la souscription de Sifroi, évêque de Chichester, sacré à Cantorbéry le 16 novembre 1180 (Eyton, p. 237), et qui n'a pas dû se trouver au Mans avant 1181. Elle a aussi pour témoin Gautier de Coutances, qui n'était pas encore évêque (il l'est devenu le 8 mai 1183). Noter que Henri II a été au Mans le 1er janvier 1183. Date probable : 1181–janvier 1183.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro salute et redemptione animarum patris et matris mee, et pro salute ac redemptione anime mee et antecessorum meorum, fundasse et construxisse apud Andeg[avim], juxta fontem Sancti Laurentii, hospitale quoddam in honore Dei ad sustentamentum et relevationem pauperum Christi. Ego autem, pietate motus super inopia et necessitate tam sanorum quam infirmorum inhabitantium in ipso hospitali, dedi eis et concessi et presenti carta mea confirmavi exclusam meam Andegav[ensem], quam ex propriis sumptibus meis feci et a primo lapide fundavi, habendam et tenendam in liberam et perpetuam elemosinam, sicut eam melius habui, cum omni emendatione quam ibi facere poterunt tam molendinorum quam aliarum rerum ad eandem exclusam pertinentium. Quare volo et firmiter precipio quod predictum hospitale et pauperes Christi in eodem habitantes predictam exclusam habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, absque omni calumpnia et reclamatione alicujus, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Si quis vero hanc prescriptam donationem meam infringere vel cassare attemptaverit vel aliquo modo minuere presumpserit, omnipotentis Dei malivolentiam, iram et indignationem incurrat et meam.

Testibus : Willelmo episcopo Cenoman[nensi], Sefredo episcopo Cicestrensi, magistro Waltero de Constantiis, Mauricio de Creon[io], Willelmo de Hum[etis] constabulario, Ricardo vicecomite Bellemontis (*sic*), Lancelino de Vindoc[ino], Roberto de Stuttevilla, Hugone de Creissi, Folqueio Painell[i], Thoma Bardulfi, Willelmo de Ostilli.

Apud Cenomanniam.

DCXXXIII

Delisle, n° 430.

1181–janvier 1183. — Le Mans.

Donation au même Hôtel-Dieu du « Boscus Deserte sub Rupeforti ».

A. Original; Archives de Maine-et-Loire, Hôtel-Dieu, B 96, fol. 6. — Atlas, pl. XXIII.

B. Copie; Bibliothèque nationale, collection de Touraine (Dom Housseau), vol. V, n° 1758.

a. Édition fragmentaire; Célestin Port, *Cartulaire de l'hôpital Saint-Jean d'Angers*, p. VI, n° VI.

Round, n° 1158.

Pour la date de cette pièce, voir la note chronologique de la pièce précédente.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro salute et redemptione animarum patris et matris mee, et pro salute ac redemptione anime mee et antecessorum meorum, fundasse et construxisse apud Andegav[im] juxta fontem Sancti Laurentii hospitale quoddam quod ibi situm est in honore Dei ad sustentamentum et relevationem pauperum Dei. Ego autem, pietate motus super inopia et necessitate tam sanorum quam infirmorum inhabitantium in ipso hospitali, dedi eis et concessi et presenti carta mea confirmavi in liberam et perpetuam elemosinam boscum meum Deserte sub Rupeforti, habendum et possidendum cum omnibus pertinentiis suis libere et quiete ad usus suos, et ad faciendum inde quicquid voluerint. Quare volo et firmiter precipio quod predictum hospitale et pauperes Christi in eodem habitantes prenominatum boscum Deserte habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, absque omni calumpnia et reclamatione alicujus, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Si quis vero hanc prescriptam donationem meam infringere vel cassare attemptaverit, vel aliquo modo imminuere presumpserit, omnipotentis Dei malivolentiam, iram et indignationem incurrat et meam.

Testibus : Willelmo episcopo Cenoman[nensi], Sefredo Cicestrensi episcopo, magistro Waltero de Constanciis, Mauricio de Creon, Willelmo de Humetis constabulario, Ricardo vicecomite Bellemontis (*sic*), Lancelino de Vendocino, Roberto de Stuttevilla, Hugone de Creissi, Folqueio Painel, Thoma Bardulfi, Willelmo de Ostilli.

Apud Cenomanniam [a].

DCXXXIV

Delisle, n° 426.

Avril 1180–mai 1183.

Confirmation à l'église Saint-Maurice d'Angers de la terre « de Thedrigia et de Heuseta », que le roi Henri I^er^ lui avait donnée.

A. Original perdu, signalé par Madox.

[a] *La lettre m est mal formée, une première fois, puis écrite une seconde fois.*

a. Madox, *Formulare Anglicanum*, p. 47, n° 85, d'après l'original à l'« Office of the late court of augmentations ».

Quoique cette pièce, dans la copie que nous en possédons, ne porte pas de date de lieu, elle a très probablement été rédigée en Anjou. Elle porte la souscription de Guillaume du Hommet, connétable depuis 1179; mais Henri II, qui était alors en Angleterre, n'a passé en France qu'en avril 1180. Gautier de Coutances y figure aussi comme témoin, et l'on sait qu'il a été élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. Date probable : avril 1180–mai 1183.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Mauritii, et episcopo, et canonicis Sancti Mauritii Andegavensis, terram de Thedrigia et de Heuseta, quam rex Henricus, avus meus, dedit eis in elemosinam, cum omnibus consuetudinibus eisdem terris pertinentibus, sicut carta ejusdem avi mei testatur. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia Sancti Mauritii et episcopus et canonici terras illas habeant et teneant de me in capite in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum thol et thiem et infangenethef, et cum libertate et quietantia de exercitibus et de operationibus fossatorum et de karreagio, siris et hundredis, et seminatura et aratura, et cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut prefatus rex avus meus dedit eis et concessit, et sicut ipse eas tenebat dum essent in manu sua. Et super hoc non intromittat se inde vicecomes nec alius nisi per episcopum.

Testibus : magistro Waltero de Constanciis, archidiacono Oxenefordie, Willelmo de Humet constabulario, etc.

DCXXXV

Delisle, n° 451.

1181–1183. — Neufchâtel (Drincourt).

Lettre de non-préjudice donnée aux moines de Cluni, qui, à la demande du roi, avaient alloué à Guillaume de Sainte-Mère-Église la jouissance viagère de l'église de Saint-Côme en Cotentin.

A. Original perdu.

B. Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, collection Moreau, vol. 67, fol. 144.

a. Bernard et Bruel, *Chartes de Cluny*, t. V, p. 528, d'après *B*.

Round, n° 1402.

Siffroi, évêque de Chichester, témoin de cet acte, a été sacré le 16 novembre 1180; il n'est pas probable qu'il ait pu se trouver en France avant 1181. D'autre part Thibaud, abbé de Cluni, dont il est question dans la pièce, a été créé cardinal en 1183; la pièce a donc été rédigée entre 1181 et 1183.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem.

Noveritis T. abbatem et conventum Cluniacensem, ad petitionem nostram, concessisse Willelmo de Sancte Marie Ecclesia, clerico nostro de camera nostra, ecclesiam suam Sancti Cosme in terra nostra de Constantino, ad tenendum eam de ipsis tota vita sua in perpetua elemosina, reddendo eis pensionem XXX. librarum Andegavensium per annum, ita quod post decessum suum ad abbatem et conventum Cluniacensem revertatur. Nolumus autem ut, ex hoc quod ipse Willelmus eandem ecclesiam ad petitionem nostram adeptus est et eam possidet, dampnum vel detrimentum eis proveniat, quin post decessum prefati Willelmi ipsam ecclesiam bene et pacifice et integre habeant cum omnibus pertinentiis suis et cum omnibus emendationibus quas ipse Willelmus ibi fecit.

Teste S. episcopo Cicestrensi.

Apud Driencurt.

DCXXXVI

Delisle, n°s 452-453.

1181–1183. — «Apud Selvi castrum».

Confirmation des biens de l'abbaye de Valmont.

A. Original perdu.

a. A. Du Monstier, *Neustria Pia*, p. 871, pièce II. Édition fragmentaire, d'après un texte inconnu.

Geoffroi Fils du roi, qui figure ici comme témoin, ne porte plus son titre d'évêque de Lincoln, or nous savons que sa renonciation à l'épiscopat a été annoncée en 1181 et rendue définitive en 1182; la pièce ne peut donc pas être antérieure à 1181. Elle ne peut pas être postérieure à 1183, puisque Foulques Painel, qui l'a souscrite, est mort en 1182 ou 1183 (Introduction, p. 369).

Henricus, Dei gratia rex Anglie, et dux Normannie et Aquitanie, et comes Andegavie [a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis [b], vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie Sancte Marie de Gallomonte, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes ecclesiarum et terrarum, et hominum, et eleemosynarum, que eis rationabiliter facte sunt, tam in rebus ecclesiasticis quam in possessionibus mundanis, scilicet : Ex dono [Nicolai] de Stotevilla, *etc., ut supra* [c], *deinde addit :* Ex dono Juliane, uxoris predicti Nicolai, in Anglia, apud Norwicum, centum solidos terre, de primo maritagio suo; et ex dono Roberti de Stotavilla, filii ejusdem Nicolai, ecclesiam de Gomervilla, et ecclesiam de Magnavilla, et ecclesiam de Wimonvilla, cum altari Sancti Stephani; et quoddam molendinum apud Beverdam, de honore ramorum (?), et quicquid ad molendinum pertinet in molta et omni re; et aquarias suas de Sotevilla et decem et octo acras terre in eadem villa, quas mercatus fuit de Roberto Genero; et supra Gallomonte, quinquaginta acras terre, de terra Tronquay. Et ex dono Nicolai de Stotevilla, filii predicti Nicolai, quinquaginta solidatas terre in Arvilla. Et ex dono Willelmi de Stotavilla filii predicti Nicolai senioris, quandam marcam terre in Estrafled. Et ex dono Richardi de Stotavilla, filii predicti Nicolai senioris, quadraginta solidos annuatim, in molendino suo de Herocourt, quod vocatur Turmolin. Ex dono Petri de Hotot et Juliane uxoris sue, molendinum suum de Caneio integre; et ex concessione Richardi de Alfay et Johannis, filii ejus, totum molendinum cum pertinentiis quod Nicolaus de Stotavilla et Juliana, uxor ejus, predicte abbatie dederunt apud Gausevillam, et unum modium bladi, quod Willelmus Burdet habebat in eodem molendino quod abbas et conventus ejusdem abbatie tenuerunt ab ipso Guillelmo, concedente Ainfrido filio, herede suo. Et ex dono ejusdem Richardi de Alfay, triginta quinque acras terre apud Stigal., pro reliquo quod mater ejus dederat predicte abbatie. Et ex dono Reginaldi de Gerponvilla, unum modium bladi in molendino suo de Hamel, et unam somam frumenti apud Clivillam, secundum quod in carta sua continetur annuatim recipiendam. Et ex dono Roberti Affargart et Gaufridi, filii ejus, unum modium bladi annuatim in molendino de Noet, et decem acras terre ad Logias; et apud Hacquavillam, masuram Gosce carpentarii integre. Et ex dono Mathei de Gerarvilla et Willelmi filii sui,

[a] *Nous laissons à cette adresse la forme qu'elle a dans l'édition.* — [b] justitiariis *a.* — [c] *Le passage passé ici par les éditeurs de la* Neustria Pia *comprenait évidemment l'énumération des biens donnés à l'abbaye par Nicolas d'Estouteville, telle qu'elle se trouve dans la charte de fondation publiée à l'article précédent, p. 871, pièce 1. Mais nous ne pouvons pas avoir la prétention de rétablir le texte au moyen de cette énumération.*

dimidiam pesiam salis annuatim sumendam de proprio granario ipsius. Et ex dono Walteri de Castrillion, quatuor acras terre, et dimidiam ad calceatum Goufredi-ville, et decem septem carteria avene, et quatuor capones in duobus hospitibus terre sue de foresta, et decimam totius terre et redditus quam acquiret. Et ex dono Willelmi de Canovilla, dimidium modium bladi in molendino suo, in riparia sua de Witeflend annuatim habendi. Et ex dono Walteri de Arfay et Patricie, uxoris sue, et Willelmi filii sui, ecclesiam de Devilla. Et ex dono Richardi Tallebot et Amicie, uxoris ejus, et Hugonis et Willelmi filiorum suorum, unum modium avene apud Belvayam, in mansura Hugonis, filii Jefrey Larduin [a], quam tenet in Canuta sylva. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et monachi ejusdem loci omnia predicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in stagnis et vivariis, in mariscis et piscariis, in grangiis et virgultis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut eis rationabiliter data sunt, et sicut carte donatorum, quas habent, testantur.

Testibus : Bartholomeo Lexoviensi episcopo [1], Gaufrido filio meo, Folqueio Painel, Reginaldo de Curthenaio [b], Radulpho Filio Stephani, Willelmo de Bendengis [c], Michaele Belot.

Apud Selvi castrum.

DCXXXVII

Delisle, n° 467.

1182–1183 (probablement : mars 1182). — Barfleur.

Charte de franchise de droits de tonlieu et autres coutumes, en faveur d'Alain de Périers.

A. Original perdu.

B. Vidimus daté de Lire, en novembre 1328, délivré par Philippe de Valois à Jean le Féron, écuyer, de Saint-Lô, héritier d'Alain de Périers; Archives nationales, Trésor des Chartes, registre JJ 65 B, n° 73; le haut de la page a été détruit.

[a] *ou :* L'Arduin. — [b] Eurchen., *a.* — [c] Budaicq *a. La lecture* Bendeng[is] *est admissible, sinon certaine.*

[1] Il n'y avait pas, à cette époque, d'évêque de Lisieux portant le nom de Barthélemy. Peut-être s'agit-il de Barthélemy, évêque d'Exeter (Exoniensi), qui fut en fonctions de 1161 à 1184.

Round, n° 1289.

Cette pièce porte à la table la date : 1186 (?). Elle paraît être du mois de mars 1182, ou tout au plus tard de 1183. On y relève la souscription de Raoul de Wanneville, évêque de Lisieux, désigné par Henri II, dès le 26 juillet 1181, pour occuper ce siège, et devenu évêque en 1182 (Introduction, p. 102). On y voit également, comme témoin, Thomas Basset, mort au plus tard en 1183, date à laquelle ses biens échurent à son fils aîné Gilbert (Introduction, p. 463). Au cours de ces deux années, 1182-1183, Henri II a passé à Barfleur vers le 10 ou le 11 mars 1182 (Eyton, p. 247). La pièce est probablement de cette date.

.....dux Norm[annorum] et Aquit[anorum], comes Andeg[avorum], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, ...suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me dedisse pro servicio suo Alano de Piris et Thome filio suo.....suis, in omnibus locis de omnibus tenementis suis, ubicumque habeant, scilicet quod sint quiti de telonagio, de consuetudinibus, de passag[io], ...de stallag[io], de focagiis, de tabernag[io], et de omnibus modis misericordiarum, et de omnibus rebus mihi et heredibus meis pertinentibus..... Quare volo et firmiter precipio quod predictus Alanus et Thomas filius ejus et heredes eorum teneant tenementa sua bene et in pace, honorifice et quiete et integre, ...disturbare presumpserit, in emendam forefacture mee incidat. Et ut hoc ratum sit, stabile et firmum, hanc cartam sigilli mei attestatione.....

Testibus h[iis] : Ricardo episcopo Wincestr[ie], Johanne episcopo Norwicensi [a], Radulfo [episcopo] Lexoviensi [b], Willelmo comite de Magnavilla, Willelmo comite de Sussesse,..... Mauricio [c] de Creun, Hugo[ne] de Cresseyo, Th. Basset [d], Willelmo de Lansvalleio [e], Willelmo de Hostill[eio].

Apud Barbefluctum [f].

DCXXXVIII

Delisle, n° 445 A.

20 janvier 1183. — Caen.

Accord conclu entre l'abbesse de Caen et Robert, fils de Richard de « Scrotonia », en la cour plénière tenue par le roi.

A. Original perdu.

[a] Norvericensi *B.* — [b] Lexom. *B.* — [c] Mauricen. *B.* — [d] Bassac *B.* — [e] Lansvallen. *B.* — [f] Barbefluctus *B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

B. Copie ancienne dans le cartulaire de la Trinité de Caen; Bibliothèque nationale, ms. latin 5650, fol. 14.

Round, n° 432.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod talis fuit finis inter Johannam, abbatissam Cadomi, et Robertum, filium Ricardi de Scrotonia, in curia domini regis Henrici filii Matildis imperatricis [a], apud Cadomum in plenaria assisia coram Willelmo Filio Radulfi, tunc temporis senescallo Normannie, et Roberto comite Mellenti [b], et Henrico episcopo Baiocensi et H. abbate Fiscannensi, et Petro abbate Cadomensi, et Godefrido abbate Sancti Severi, Rogero de Arreio, Henrico de Novoburgo, comite Augi, Johanne de Solinneio, Waquelino de Ferrariis, Hugone de Gornaio, Ricardo de Belfou, Engerranno Patric, Willelmo camerario Tancarville, Bertranno de Verdun, Radulfo Taixun, Henrico de Tilleio, Willelmo Pingui, Walterio [c] de Brionia, Willelmo de Merula, Roberto de Briecuria, Hamone Pincerna, Ricardo Bevrel, Gaufrido Fiquet, Jordano de Landa, Roberto de Curleio, Roberto de Liveto, Ricardo Gifardi, Albino de Vira, Reginaldo de Doit, Gaufrido Duredent, Herberto filio Bernardi, Paride clerico, Radulfo de Warlano Monte, Radulfo vicecomite, Ranulfo de Pratariis, Doone Bardulfo, Willelmo de Manerio, Roberto de Manerio, Ranulfo de Grandi Valle, Radulfo de Clinchamp, Willelmo Silvani, Radulfo de Breseio, Thoma de Botemonte, Roberto de Lunviler, Hugone Buschardi, Ricardo de Argentiis, Roberto de Capella, Hugone de Liveto, Alano de Putot, Philippo de Croleio, Philippo Suhardi, Ricardo de Graeio, Radulfo de Carun, Dinan [d] de Carun, Thoma portitore, Henrico Lupello, Willelmo Escorcheville, Gaufrido de Boesvilla, Roberto de Lu, Roberto Belet, Willelmo Belet, Willelmo de Calviz, Radulfo Abbate, Maugero Ferun, Benedicto de Loches, Johanne Britone, Arturo et Willelmo fratre ejus, sacerd[otibus], Johanne de Grantia, Osberto, sacerdotibus, Radulfo de Hospicio, Michaele filio Gar[ini], Ranulfo nepote Nigelli, Gisleberto de Foro et multis aliis, quod prefata abbatissa dedit predicto Roberto X. libras Andegavensium, et concessit ei quod faceret monialem unam de filiabus prelocuti Roberti, ita quod ipse inveniret illi filię suę pannos et caritatem daret monialibus quando reciperetur in sanctimonialem in abbatia Sanctę Trinitatis de Cadomo; et prefatus Robertus dedit et concessit predicte abbatie illud juris et hereditatis quod habebat et clamabat apud Willun ex parte Ranulfi de Willun, avunculi sui, et obtulit super altare Sanctę Trinitatis hujusmodi donum per tentum ejusdem ęcclesię, et juravit super sacrosancta ęcclesię, in ejus capitulo coram abbatissa et conventu et clericis

[a] imperatrix *B.* — [b] Mellensi *B.* — [c] Walterius *B.* — [d] Dina, *avec un trait sur l'a.*

et laicis qui aderant, quod prefatam teneret conventionem nec amodo reclamaret quidquam ibidem nec quisquam per eum.

Et hoc factum fuit ad octavas Sancti Hylarii apud Cadomum, anno ab incarnatione Domini MCLXXXII [1], quo tenuit rex curiam suam ibidem ad Natale, cum duce Saxon[ie]; et ibi adfuerunt Ricardus filius Henrici, Rogerus filius Landrici, Martinus de Hosa, Johannes Filius Luce.

DCXXXIX

Delisle, n° 445 B.

8 mars 1183. — Poitiers.

Notification par Henri II d'un accord conclu en sa présence entre l'archevêque de Cantorbéry et l'abbé de Saint-Augustin.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le ms. 238 du collège Gonville et Caius (fol. 147), cité par M. James : *A descriptive Catalogue of the manuscripts in the library of Gonville and Caius college*, by Montague Rhodes James, Cambridge, 1907, t. I, p. 285.

La date « anno ab incarnatione Domini M° C° L XXX° II°, VIII° idus martii, apud Pictavim » correspond, d'après le Rév. Eyton (p. 250), au 8 mars 1183, et c'est à cette date que Henri II a dû se trouver à Poitiers. Il ne pouvait pas s'y trouver le 8 mars 1182. Suivant l'auteur des *Gesta Henrici*, t. I, p. 285, l'état de la mer en 1182 ne permit pas à Henri II de s'embarquer avant la Mi-Carême (8 mars 1182); il prit la mer ce jour-là, à Portsmouth, et débarqua le lendemain à Barfleur. L'embarquement du roi est fixé au 3 mars par Raoul de Diceto; Henri II avait hâte d'avoir avec Philippe Auguste une entrevue qui eut lieu à Senlis; *Gesta Henrici*, t. I, p. 288.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, *etc.*

Sciatis quod subscripta pax et concordia coram me facta fuit assensu utriusque partis inter R. archiepiscopum Cantuariensem et R. abbatem Sancti Augustini Cantuariensis, *etc.*

Facta est autem hec composicio anno ab incarnatione Domini M° C° LXXX° II°,

[1] Le ms. porte bien cette date; il est évident que l'acte a été fait en janvier 1183; Henri II célébra la fête de Noël en 1181 à Winchester, et en 1182 à Caen.

VIII° idus marcii, apud Pictavum [a], utrimque autem promiserunt archiepiscopus [b] et abbas in verbo veritatis se eam observaturos, hiis testibus : domino Henrico, Baiocensi, et domino Wal., Rofensi episcopis, magistro Girardo Pucella, magistro Petro Bathoniensi et Henrico Baiocensi archidiaconis, magistro Stephano Remensi, magistro Roberto Blundo, magistro Rogero de Rolanst., magistro Petro Gai, magistro Radulfo de Ford., magistro Radulfo de Esseburn., Henrico Baiocensi, Willelmo de Sotend.

Apud Pict[avum].

DCXL

Delisle, n° 456.

1172-1173–1185. — Argentan.

Ordre de maintenir les « divisie et divisiones » des Bons-Hommes de la Bellière.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII° s., dans le cartulaire de Normandie; Bibliothèque de Rouen, ms. 1235, fol. 40 v°.

Souscription de Froger, évêque de Séez, mort en 1185.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, justiciis et vicecomitibus et omnibus ballivis et fidelibus suis Normannie, salutem.

Precipio vobis quod teneatis et teneri faciatis omnes divisias et divisiones que fient Bonis Hominibus Grandimontis de Bellaria, et inde non disturbetis eos nec disturbari permittatis, sed easdem divisias et divisiones absque vexatione et impedimento eis habere faciatis.

Teste F. episcopo Sagiensi.

Apud Argentomum.

DCXLI

Delisle, n° 454.

1172-1173–1185. — Falaise.

Charte de Henri II confirmant la donation d'une partie du bois de Montpinchon, faite par Henri, évêque de Bayeux, au prieuré du Plessis-Grimoult, et ratifiant divers autres dons faits audit prieuré.

A. Original perdu.

[a] *sic B.* — [b] archiepiscopis *B.*

B. Copie de 1483; cartulaire du Plessis-Grimoult, Archives du Calvados, H non coté, t. I, n° 18, fol. 11 de la première division.

Eyton, p. 154. — Round, n° 548.

Le Rév. Eyton a classé cette pièce à l'année 1171; la présence du *Dei gratia* prouve qu'elle est au plus tôt de 1172-1173. Froger, évêque de Séez, qui l'a souscrite, est mort en 1185 (Introduction, p. 368).

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavensis (*sic*), archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Nicholao priori et canonicis regularibus de Plesseio portionem illam nemoris de Montpinchum quam Henricus Baiocensis episcopus dedit eis circa domum suam, scilicet versus Plessitium et versus Crispineium sicut fossata eorum determinant et dividunt. Confirmo etiam donationem ecclesie de Buays quam dedi eis presente et concedente Ricardo Abrincensi episcopo cum omnibus decimis et elemosinis ad eandem ecclesiam pertinentibus. Adhuc etiam concedo et confirmo donationem quam Robertus Patric et Philippa de Rosel uxor ejus fecerunt predictis canonicis de Plessicio de ecclesiis que sunt de feodo predicte Philippe de Rosel, scilicet ecclesiam de Atreio cum omnibus decimis et pertinentiis suis, et quicquid habebant in ecclesia de Meseretis cum capellis que sunt in eadem parrochia, et ecclesias de Rosel, ecclesiam scilicet Sancti Petri et ecclesiam Sancti Martini cum omnibus decimis, terris et elemosinis ad easdem ecclesias pertinentibus, et cum mansura que fuit Rogerii clerici et cum novem acris terre que fuerunt Rogeri clerici, quas predicta Philippa de Rosel dedit Nicholao priori et canonicis de Plesseio coram Henrico Baiocensi episcopo in perpetuam elemosinam. Et pro hac terra danda et elemosinanda percepit predicta Philippa a canonicis triginta libras Andegavensium. Confirmo etiam eis terram Crabaldi apud Ysigneium, quam Hugo filius Osberti dedit eis in perpetuam elemosinam presente et concedente et confirmante Henrico Baiocensi episcopo assensu capituli Baiocensis. Quare volo et firmiter precipio quod ecclesia Sancti Stephani de Plesseio et canonici ibidem Deo servientes teneant que in carta ista continentur bene et in pace, libere, integre, honorifice et quiete.

Teste : Henrico Baiocensi et Frogerio Sagiensi episcopis, et Hugone de Cressi.

Apud Falesiam.

DCXLII

Delisle, n° 457.

1172-1173 ou 1177-1185. — Angers.

Charte mentionnant la présence du jeune prince Jean, par laquelle Henri II confirme à Foulques, son chambrier d'Angers, la chapellenie que ce personnage avait fondée en l'église de Saint-Laud d'Angers. — Acte faux ou tout au moins falsifié.

A. Exemplaire écrit au XII^e^ s., en dehors de la chancellerie, mutilé, et qui doit sans doute être considéré comme un faux; Bibliothèque d'Angers, ms. 757 (ancien 680).

B. Copie de 1610; Archives de Maine-et-Loire, cahier G 1003.

a. Delisle, Introduction, p. 318.

M. Delisle a indiqué dans son Introduction, p. 318, les raisons qui l'autorisent à considérer cet acte comme faux ou falsifié. Le texte de la pièce se trouve au même endroit (p. 318); M. Delisle a restitué les passages manquant à l'original, qui est mutilé, au moyen de la copie de 1610, conservée sous la cote G 1003 aux Archives de Maine-et-Loire; les passages restitués sont en italiques.

Quoique cette pièce ne porte pas la formule *Dei gratia*, ce qui la placerait avant l'année 1172-1173, la date de 1177-1185, donnée par M. Delisle à sa table, paraît justifiée par la souscription : « Teste etiam Johanne filio regis minori ». Jean sans Terre est né en 1166; « au mois de mai 1177, âgé de onze ans, il fut déclaré roi d'Irlande. C'est à partir de cette date, ajoute M. Delisle, que, selon toute vraisemblance, il a pu figurer dans les actes du roi son père » (Introduction, p. 398). En 1185 il partit pour l'Irlande (Eyton, p. 263-264), d'où il revint en décembre de la même année (Eyton, p. 266). Il est évident qu'à partir de cette année Henri II, dans ses actes, n'a plus pu le traiter de mineur. — A la rigueur Jean sans Terre a pu figurer, même avant 1177, comme enfant, dans un acte de son père.

Henricus[a], rex Anglorum, et dux Norm[annorum] *et Aquitanorum, et comes Andegavorum*, episcopo Andegavis[b], et prepositis et ballivis et omnibus fidelibus suis totius Andegavis, *clericis et laicis, salutem.*

Sciatis me concessisse et presente carta confirmasse Fulconi, camerario meo de Andegavis, *capellaniam quam ipse constituit in* ecclesia Sancti Laudi, pro anima sua et pro anima patris mei et antecessorum meorum, et pro animabus *omnium fidelium*

[a] *En toutes lettres.* — [b] *En toutes lettres, ici et plus bas.*

defunctorum. Quare volo et firmiter precipio quod capellanus qui predicte capellanie deservit libere et quiete teneat *et possideat* omnia *illa que predictus Falco ad* eandem [a] capellaniam dedit et concessit. Concedo itaque capellano terram de Prisciniaco, *feodum et census, cum omnibus consuetudinibus predicte* terre ad me pertinentibus, ętiam in chimino et extra chiminum, preter consuetudinem *exercitus, de quo capellanus poterit retinere* unum si voluerit. Item concedo ei VII. quart[as] vinearum que sunt de feodo Sancti Albini, *et etiam alias quas capellanus poterit adquirere,* inmunes ab omnibus consuetudinibus ad me pertinentibus, ut de vinagio et *aliis, ita etiam quod de vino de predictis* vineis collecto non reddat capellanus benagium [b] neque aliam consuetudinem. Preterea concedo ei domum quandam que est in feodo Sancti Johannis. Et insuper proibeo ne quis capellano de rebus predicte capellanie injuriam vel contumeliam inferat nec eandem capellaniam in aliquo minuere presumat.

Testibus : Stephano sinicallo [c] et Raginardo de Vo. Teste etiam Radulfo Filio Stephani, et Gisliberto Guarderobe, et Willelmo de Ostilleio, et Durando Piscerna [d], et Emerico Piscerna. Teste ętiam Johanne filio regis minori, et pluribus aliis.

Apud Andeg[avim].

DCXLIII

Delisle, n° 458.

1172-1173 ou 1177–1185. — Angers.

Charte analogue à la précédente, mentionnant la présence des fils du roi, Richard et Geoffroi. — Acte faux.

B. Copie de 1630; Archives de Maine-et-Loire, cahier G 1003, fol. 4.

a. Delisle, Introduction, p. 319.

Round, n° 1162.

Voir l'Introduction, p. 319. L'acte étant faux, sa date importe peu. On remarquera seulement que cette pièce est analogue à la précédente, que M. Delisle a datée de 1177-1185; la présence des princes Richard et Geoffroi y est mentionnée, et l'on sait que Geoffroi est mort à Paris le 19 août 1186.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, episcopo Andegavis, et prepositis et ballivis et omnibus fidelibus suis totius Andegavis [e], clericis et laicis, salutem.

[a] eandam *A.* — [b] *sic A.* — [c] *sic A.* — [d] *sic A.* — [e] *sic.*

Sciatis me concessisse et iterum presenti carta mea confirmasse Fulconi, camerario meo de Andegavi, capellaniam quam ipse constituit in ecclesia Sancti Laudi. Quare volo et firmiter precipio quod capellanus qui predicte capellanie deservit libere et quiete teneat et possideat omnia illa que predictus Fulco ad eandem capellaniam dedit et concessit. Preterea concedo terram de Preciniaco, feodum et census, cum omnibus consuetudinibus predicte terre ad me pertinentibus. Item per presentes do predicto capellano jurisdictionem in omnes subjectos etiam rebelles ejusdem terre et feodi, jus pariter bennerii, torcularis venationisque. Concedo similiter ei decimas totius predicti feodi, scilicet vini, bladi, canabis, lini et leguminis, primitias quoque agnorum et porcorum. Et si que fiant novalia in dicto feodo, inde percipiet decimas. Concedo etiam capellano septem quartas vinearum que sunt de feodo Sancti Albini, et etiam alias quas capellanus poterit acquirere, immunes ab omnibus consuetudinibus ad me pertinentibus, ut de vinagio et aliis, ita etiam quod de vino de predictis vineis collecto non reddat capellanus bennagium neque aliam consuetudinem. Insuper prohibeo ne quis capellano de rebus predicte capellanie injuriam vel contumeliam inferat, nec eandem capellaniam in aliquo minuere presumat. Et ut hec firmius et liberius teneantur, sigillo regni mei necnon comitatus mei muniri et sigillari feci et precepi.

Hoc autem viderunt et audierunt Richardus et Gofridus, filii regis, Johannes de Salisberio, Alanus de Theukesberio, Gillanus, Guillermus de Cantorbia, et pluribus aliis [a].

Apud Andegavum.

DCXLIV

Delisle, n° 458 A.

1180–1185. — Argentan.

Confirmation des donations faites à l'église Saint-Pierre de Bath et à celle de Wells.

A. Original perdu.

B. Inspeximus de 1324 au Public Record Office, Charter Rolls, 18e année d'Édouard II, membrane 8.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. III, p. 471, n° 5.

[a] *sic.*

Le connétable Guillaume du Hommet, témoin de cet acte, est entré en fonctions en 1179; Henri II n'a pas quitté l'Angleterre en 1179, et n'est revenu en Normandie qu'au milieu d'avril 1180. L'acte est donc au plus tôt d'avril 1180. Il ne peut pas être postérieur à 1185, puisqu'il porte la souscription de Froger, évêque de Séez, mort cette année.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum, Aquitanorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Petri Bathoniensis omnes donationes et libertates fam in ipsa civitate quam extra, quas rex H., avus meus, eidem ecclesie et episcopis fecit, et preterea omnes alias rationabiles donationes jamdicte ecclesie et episcopo et ecclesie Sancti Andree Wellensis factas. Quare volo et firmiter precipio quod prefate ecclesie et episcopus habeant et teneant omnia predicta bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, in ecclesiis et decimis et terris et tenementis, in omnibus aliis locis et aliis rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut eadem sunt eis rationabiliter data et concessa et cartis donatorum confirmata.

Testibus : H. Baiocensi et F. Sagiensi episcopis, W. de Humez constabulario, M[auricio] de Creoun. [a], R[olando] de Dinant, S[tephano] senescallo Andegavie, W[illelmo] Filio Radulfi senescallo Normannie, H[ugone] de Cressi, R[oberto] de Harecort, R[oberto] Marmion.

Apud Argentomum [b].

DCXLV

Delisle, n° 459.

1180–1185. — Argentan.

Confirmation à l'abbaye de Montmorel du droit d'avouerie et de présentation que Jean de Subligni lui avait donné en diverses églises.

A. Original scellé sur double queue de parchemin; Archives de la Manche, H 13414. — Photographie.

B. Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 10073, fol. 32.

Eyton, p. 235. — Round, n° 785.

Souscription du connétable Guillaume du Hommet, entré en fonctions en 1179; retour du roi en Normandie au milieu d'avril 1180. Souscription de Froger, évêque de Séez, mort en 1185.

[a] Broun. *a.* — [b] Argentanum *a.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris suis Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Beate Marie de Monte Morelli et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus omne jus advocationis et presentationis quod Johannes de Soligneio et uxor sua Aelicia et Hascolfus eorum filius eis concesserunt et dederunt in perpetuam elemosinam rationabiliter in subscriptis ecclesiis, videlicet in ecclesia de Corcellis et in ecclesia de Beneio, et in ecclesia de Gilleberti Villa, et in ecclesia de Lanteglois in Cornubia. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia et canonici ejusdem ecclesie habeant et teneant in predictis ecclesiis omne jus advocationis et presentationis quod Johannes jam dictus et uxor sua et filius suus prenominati in illis habuerunt, ita bene et in pace, et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut predictus Johannes et uxor sua et filius suus eis dederunt et concesserunt, et sicut carta ejusdem Johannis, quam inde habent, testatur.

Testibus: Henrico Baiocensi et Frogerio Sagiensi episcopis, Willelmo de Humetis constabulario, Rannulfo de Glanvilla, Hugone de Creissi, Gaufrido Perticensi, Gerardo de Canvilla, Roberto de Sancto Johanne, Willelmo Filio Radulfi.

Apud Argentomum.

DCXLVI

Delisle, n° 460.

10 avril 1185. — Douvres.

Accord conclu par les soins du roi, en présence d'Héraclius, patriarche de Jérusalem, entre Richard, évêque de Winchester, et les Hospitaliers, au sujet de la maison de Sainte-Croix hors Winchester.

A. Original scellé de trois sceaux[1]; British Museum, Harley 43, I. 38. — Fac-similé dans le recueil de M. Warner, pl. XLIII.

a. Delaville Le Roulx, *Cartulaire général des Hospitaliers*, t. I, p. 481, n° 755. — *b.* George F. Warner et Henry J. Ellis, *Fac-similes of royal and other charters in the British Museum*, Londres, 1903, in-folio, n° 67.

[1] Bulle de Roger de Molins, grand-maître de l'Hôpital, sceaux de Richard, évêque de Winchester, et de Garnier de Naplouse, prieur des Hospitaliers en Angleterre.

Cf. Eyton, p. 263.

La date du 10 avril 1185 est donnée à la fin de l'acte. — Quoique cette pièce concerne l'Angleterre et n'ait pas été donnée en France, M. Delisle l'a insérée dans son recueil, soit parce qu'elle intéresse d'une façon générale l'ordre de l'Hôpital, soit plutôt en raison de sa date; le roi est à Douvres, au moment de passer en France.

CIROGRAFVM.

Cum inter dominum Ricardum, Wintoniensem episcopum, et fratres Hospitalis Jerosolimitani questio pridem esset agitata super custodia et administratione domus Sancte Crucis extra muros Wintonie constitute, interveniente tandem et partes suas pia sedulitate interponente Henrico, illustrissimo rege Anglorum secundo, presente domino Ricardo, Wintoniensi episcopo, et Johanne priore ac conventu Wintoniensi assensum prebentibus, presentibus quoque et assensum prebentibus Rogerio de Molins, magistro domus Hospitalis Jerosolimitani, et fratre Garnerio de Neapoli, priore domus Hospitalis in Anglia, de concordi et communi voluntate fratrum suorum tam Jerosolimis quam in Anglia commorantium, finem pacis in hunc modum sortita est : Prefatus siquidem magister Rogerius et fratres ejus prescripte domus Sancte Crucis custodie et administrationi ac universo juri quod in prefato loco et in redditibus ei assignatis se habere dicebant penitus renunciaverunt, et ea in manus ejusdem Wintoniensis episcopi cum universis munimentis et cartis quas inde habebant sine omni reclamatione resignaverunt, ita tamen quod institutio super centum et tredecim pauperibus a bone memorie Henrico quondam Wintoniensi episcopo ordinata et scripto expressa in perpetuum inviolabiliter observabitur, et prefatus Ricardus Wintoniensis episcopus centum pauperes intuitu Dei et pro salute anime domini regis et sua predictis centum et tredecim pauperibus adjecit, ita quod ducenti de illis in perpetuum secundum institutionem Henrici quondam Wintoniensis episcopi factam de centum in predicta domo Sancte Crucis pascentur, tredecim vero secundum ejusdem ordinationem pascentur et vestientur. Nec licebit umquam ipsi Ricardo Wintoniensi episcopo vel alicui successorum ejus elemosinam deputatam ad victum pauperum in domo illa in alium usum convertere, neque numerum ipsorum ducentorum et tredecim pauperum diminuere, neque custodiam vel administrationem ipsius domus Sancte Crucis ullis umquam temporibus prefatis fratribus Hospitalis Jerosolimitani committere, vel eamdem domum alicui alteri religioni subicere, sed ipse et successores sui tenebunt eam in manu propria, ordinandam per quam voluerint personam idoneam et honestam. Nichilominus pro bono pacis idem magister Rogerius et fratres ejus clamaverunt quieta omnia tenementa

que dicebant ad jus suum pertinere, que memoratus Ricardus Wintoniensis episcopus tunc tenebat juxta domum Sancte Brigide apud Londonias. Exhortante vero domino rege prefatus episcopus, contemplatione religionis memorate domus Hospitalis Jerusalem et affectuose devotionis quam dominus rex et ipse semper ad eam habuerunt, donavit et assignavit prefatis fratribus Hospitalis Jerusalem, ad sustentationem Hospitalis Jerusalem et pauperum Christi in Hospitali illo perpetuo degentium, ecclesias de Morduna et de Hanincton[a] pro redditibus quinquaginta marcarum argenti, usibus eorum perpetuo applicandas et pacifice possidendas. Preterea fecit ipsos fratres Hospitalis absolvi in perpetuum a solutione annue pensionis decem marcarum argenti et duorum cereorum de decem libris cere, quas solebant annuatim solvere monachis Sancti Swithuni pro domo Sancte Crucis, dum ejus administrationem habuerant, ita quod prefati monachi prescriptam pensionem ab ipsis fratribus Hospitalis exigere de cetero non poterunt; et vice versa predicti fratres Hospitalis Jerosolimitani nichil umquam futuris temporibus a prefato episcopo vel successoribus suis sive a monachis Wintoniensibus poterunt exigere, occasione juris alicujus quod in prefata domo Sancte Crucis se dicebant habuisse. Celebrata est autem transactio ista anno incarnationis dominice M° C° LXXX° quinto, quarto idus Aprilis, sedente in cathedra summi pontificatus Lucio papa tercio, regni regis Anglorum Henrici secundi XXXI°, apud Doveram, Eraclio patriarcha Jerosolimitano et Rogerio de Molins magistro fratrum domus Hospitalis Jerosolimitani tunc in Anglia ibidem constitutis.

His testibus : Henrico illustri rege Anglorum, Eraclio patriarcha Jerosolimitano, Johanne episcopo Norwicensi, Randulfo de Glanvilla justiciario domini regis in Anglia, Herberto Cantuariensi archidiacono, Huberto Walteri, Herberto fratre domus milicie Templi, magistro Stephano Remensi, magistris Hamone et Ricardo, medicis, magistro Roberto de Buketorpe, magistro Thoma Griffino, Jordano de Turri, Thoma et Hugone de Gaiherste, Thoma de Tornaco, Jocelino de Risendona, Gaufrido de Niuporte, Randulfo de Geddinges, Roberto de Cirecestria, et multis aliis.

† Ego Ricardus, Wintoniensis episcopus, subscripsi[a].

Ego Rogerius, domus Hospitalis Jerosolimitani humilis custos, subscripsi. Ego Garnerius, prior in Anglia tunc, interfui. Ego Alanus, frater Hospitalis, presbiter, interfui. Ego Rainaldus, frater Hospitalis, interfui. Ego Hylarius, frater Hospitalis, interfui.

[a] *Cette souscription paraît autographe.*

DCXLVII

Delisle, n° 461.

1185.

Reconnaissance des droits de l'abbesse de Caen sur l'église de Carpiquet, en vertu d'un bref du roi présenté à l'assise de Caen présidée par le sénéchal Guillaume Fils de Raoul.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de la Trinité de Caen ; Bibliothèque nationale, ms. latin 5650, fol. 87 v°.

Round, n° 438.

Anno ab Incarnatione Domini M° C. LXXX^mo V^to.

Radulfus filius Eudonis attulit breve domini regis ad assisam apud Cadomum ad Willelmum Filium Radulfi, tunc temporis senescallum Normannie et ad alias justicias que tunc tenebant assisas, per quod breve dominus rex precipiebat eis quod facerent recognosci per legales homines quis presentavit ultimam personam que mortua erat in ecclesia de Karpiket, unde contentio erat inter abbatissam de Cadomo et Radulfum filium Eudonis. Abbatissa dixit quod ecclesia Sancte Trinitatis habuerat eam a fundamento ecclesie sue de dono regis Willelmi et Mathildis regine, et confirmata erat abbatie per cartam regis Willelmi et per cartam regis Henrici filii Mathildis imperatricis. Quibus auditis, barones Scacarii et Willelmus Filius Radulfi et alie justicie domini regis consideraverunt super Scaccar[io] quod recognitio non debebat fieri, nec abbatia placitare debebat super ecclesia illa, que confirmata est abbatie per cartas dominorum Normannie. Et ita remansit inde quieta abbatia versus Radulfum filium Eudonis de calumpnia quam faciebat in ecclesia illa per judicium baronum Scacarii super Scacar[io], coram Willelmo Filio Radulfi, Willelmo de Mara, Hamone Pincerna, Roberto de Harecort, Johanne archidiacono de Arenis, Roberto archidiacono de Notingham, Ricardo Bevrel, Willelmo de Caluz, Jordano de Landa, Rogero de Arreio, Ansquitillo, Osberto cappellano, Radulfo de Lexov[io], Roberto de Bernaio, Sehero de Quinceio, Radulfo Tesson, Gilleberto de Tileriis, Radulfo de Vallemont, Petro de Argentomo, Nicholao Pigace, Johanne Pigace, Rohardo, Arturo, servientibus, Gaufrido de Rapendona, Roberto la Caille et pluribus aliis, et Radulfo scriba de Cadomo, magistro Martino de Grainvilla; magister Gaufridus de Haia.

DCXLVIII

Delisle, n° 461 A.

1185. — Mayet.

Charte de Henri II promulgant un accord conclu, par ses soins, entre l'abbé de Vendôme et Bouchard, comte de Vendôme, en présence de Barthélemy, archevêque de Tours.

A. Original perdu, signalé dans *B.*

B. Copie à la Bibliothèque nationale, fr. nouv. acq. 20225 (ancien ms. Phillipps 25058), fol. 75, avec cette note : « Le sceau pendant avec un cordon de soye ». — *C.* Copie incomplète, Bibliothèque nationale, ms. latin 12700, fol. 246 v° et 247 r°. C'est dans ce ms. que se trouve le long passage donné ci-dessous entre crochets. Ce ms. est le t. XLIII du *Monasticon Benedictinum.* — *D.* Simple mention, ou brève analyse, avec la date 1185, Bibliothèque nationale, ms. latin 13820, fol. 337. — *E.* Bibliothèque de Vendôme, ms. 273.

a. Abbé Métais, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme,* t. II, p. 445.

La date de 1185 a été intercalée dans cet acte avant les souscriptions, qui concordent avec elle. Le chancelier Geoffroi Fils du roi, qui figure ici comme témoin, a été en fonctions depuis 1181 au plus tôt; Hugues, évêque élu de Chester, autre témoin, a été élu en 1185, et consacré le 31 janvier 1188.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus ad quos presens carta pervenerit, salutem.

Super controversia que inter monasterium Vindocinense et comitem ejusdem loci Bochardum diutius noscitur agitari, super quibusdam libertatibus et immunitatibus, quas prefatum monasterium adversus dictum comitem se multis privilegiis dicebat habere, et comes nihilominus contra idem monasterium quasdam consuetudines se et antecessores suos de jure habere dicebat, in presentia venerabilis patris nostri B., Dei gratia Turonensis archiepiscopi, inter dictas partes componere curavimus. De assensu ergo partium coram nobis statutum est ut dictus Bochardus, nec filius ejus aut heres, de cetero in monasterio Vindocinensi, nec aliqua ejus villa ad monasterium pertinente, procurationem exigere possit vel exigat, sive tempore pacis sive tempore guerre; taillias etiam in terra monachorum de cetero nullas faciet vel facere poterit, nec ipse nec heres ejus. Monachi vero, propter hanc sibi ab eo immunitatis

concessionem, ex tribus de causis subscriptis eidem Bochardo et heredibus ejus reddere tenentur tria millia solidorum usualis monete, videlicet si filiam suam primogenitam maritaverit, prima vice quando Jerusalem proficiscetur, pro redemptione corporis sui quotiens captus fuerit de guerra domini sui comitis Andegavensis, vel de propria guerra que non sit contra comitem Andegavensem. Mensuram autem vini, *etc., et post plura* [a]. — Si inter homines de burgo duellum fuerit, totum ad abbatem pertinebit. Si vero homo qui non sit abbatis contra hominem abbatis de burgo duellum facere debuerit, in curia Bochardi duellum erit, et si talis fuerit causa pro qua pena mortis vel membrorum truncatio sequi debeat, et homo abbatis victus fuerit, ad prefatum Bochardum justicia pertinebit. Si vero talis fuerit causa pro qua pena mortis vel membrorum truncatio sequi non debeat, et homo abbatis victus fuerit, tota justitia ad abbatem pertinebit, *et post quamplurima* [b]. [De aliis autem hominibus monachorum qui non fuerint de burgo, totum ad abbatem pertinebit. Preterea quod terra de Puteo [c] Odeline, boscus de Burleio et boscus de Castaneis cum medietate molendini de Chaillon erunt monachorum; debent etiam habere monachi in foresta Guastine dimidium pasnagii, totam ceram et mel, et usagium sibi ad ignem totius monasterii, tam in sicco quam in viridi, et ad edificia facienda; et si in foresta non invenerint, accipiant in defenso [d]; homines autem monasterii accipiant ad ignem de sicco, et ad edificia de viridi, ita ut nec dare nec vendere possint. Et per has conventiones debent esse monasterium et eorum homines liberi ab omni exactione et consuetudine, excepta consuetudine debita comiti in foro suo, excepto eo quod homines abbatis debent quindecim diebus per annum reparare fossata Vindocini, sicut alii homines baronum et militum terre. Debent etiam homines abbatis comitem juvare in guerra et equitatione pro terra defendenda [e], non contra comitem Andegavensem; homines autem de marchia liberi esse debent ab hujusmodi consuetudine.] — Hec igitur compositio, in presentia nostra facta, ita debet firma manere, si summus pontifex eam voluerit approbare. Hoc autem juraverunt se firmiter observaturos Bochardus et Gaufridus filius ejus, Gombertus [f] de Bulcheto, Robertus de Insula, Archembaldus prepositus. Hoc autem actum est anno ab incarnatione Domini M C L XXXV.

Testibus : cancellario filio nostro, Hugone Cestrensi [g] electo, H. vicecomite

[a] *Le ms. 12700 et le ms. 273 de Vendôme résument ainsi cette lacune :* « Ordinavit insuper homines monachorum accipere mensuras annone et vini a servientibus comitis, qui si arguantur de falsitate,... in curia comitis et abbatis causa decidetur et per medium emenda dividetur. » — [b] *Le long passage qui suit, qui donne le sommaire de cette lacune, et que nous publions entre crochets, se trouve dans le manuscrit 12700.* — [c] Putrio *C.* — [d] defensa *a.* — [e] deferenda *C*; defedenda *a.* — [f] Joubertus *B.* — [g] Cestr. *B.*

Castriduni, Richardo vicecomite Bellimontis, Stephano de Turon[is] senescallo Andegavensi, Jouberto de Pellign., Eimerico filio Eudonis, Willelmo de Ostilli, Herveo preposito de Lochis.

Apud Maet[um].

DCXLIX À DCLI

Delisle, n^{os} 462, 463, 464.

1185.

Trois actes relatifs à la reconnaissance des droits de l'abbaye de Fécamp sur l'église d'Étretat.

DCXLIX

Delisle, n° 462.

[1185.]

Notification, par l'archevêque de Rouen, d'un acte de Henri II, relatif aux droits de l'abbé de Fécamp sur l'église d'Étretat et les dîmes de la Forêt de Fécamp.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^{e} s., dans le cartulaire de l'abbaye de Fécamp; Bibliothèque de Rouen, ms. 1210, fol. 25, n° 15 de la division intitulée : archiepiscopi. — *C.* Copie de ce cartulaire, XV^{e} s., ayant appartenu à la Bibliothèque de sir Thomas Phillipps; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 2412, p. 59, n° 72. — *D.* Copie de Baluze, d'après le cartulaire de la Bibliothèque de Rouen; Bibliothèque nationale, Baluze, vol. 73, fol. 45.

Pour la date de cette charte, voir la pièce suivante.

. . .[a] Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, justiciis regis in Normannia, salutem, gratiam et benedictionem.

Notum sit vobis dominum nostrum regem precepisse ut abbas Fiscanni investiretur libere, et quiete teneret ecclesiam de Estrutart et decimas suas de foresta Fiscanni. Hoc ab ipso suscepimus preceptum, et ipsum ita precepisse notificamus.

[a] *Pas d'initiale.*

DCL

Delisle, n° 463.

24 avril 1185. — Rouen.

Lettre de Samson, abbé de Saint-Ouen, et du prieur de Saint-Lô, délégués du pape, relative à une transaction conclue, en présence de Henri II, entre l'abbé de Fécamp et un prêtre nommé Simon, qui prétendait avoir des droits sur l'église d'Étretat.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Fécamp, XIII^e^ s.; Bibliothèque de Rouen, ms. 1210, fol. 34 *bis* v°, n° 50 de la division intitulée: abbates. — *C.* Copie de ce cartulaire, XV^e^ s. (ms. de sir Thomas Phillipps); Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 2412, p. 109, n° 136. — *D.* Copie de Baluze, Bibliothèque nationale, Baluze, vol. 73, fol. 48 v°.

Round, n° 138.

Pièce datée de Rouen, l'an 1180, au mois d'avril, le lendemain de la fête de Saint-Georges, soit le 24 avril. — La date de 1180 est impossible. En effet, ceux de qui elle émane se présentent comme les délégués de Lucius III; or ce pape a été élu le 1^er^ septembre 1181 et couronné le 5 du même mois; il n'est pas probable qu'il ait pu s'occuper de l'affaire en question aussitôt après son avènement. D'autre part nous savons par la *Gallia Christiana* que Samson, abbé de Saint-Ouen, l'un des deux délégués pontificaux de qui émane la lettre, devint abbé au commencement de 1182; enfin Henri de Sully, abbé de Fécamp, nommé dans la pièce, est mort le 10 janvier 1188. L'acte a dû être rédigé du vivant de Lucius III, puisque le nom du pape n'est pas accompagné du terme de «bone memorie» ou «felicis recordationis»; or Lucius III est mort le 25 novembre 1185. La rédaction de cet acte se place donc entre le commencement de 1182 et le 25 novembre 1185. Or nous savons que Henri II a été à Rouen le 21 avril 1185; il est très probable que la pièce est du 24 avril de cette année. Rien ne permet de croire qu'il s'y soit trouvé le 24 avril d'une des trois années précédentes; on peut à ce sujet consulter l'itinéraire d'Eyton.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Sanson, Dei gratia abbas Sancti Audoeni Rothomagensis et prior Sancti Laudi, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem.

Universitati vestre notum facimus quod causa que vertebatur inter venerabilem fratrem nostrum H., Fiscannensem abbatem, et Symonem presbiterum super ecclesia [de] Estrutart, nobis a summo pontifice L[ucio] tertio delegata, in presentia domini regis Anglorum Henrici et nostra compositione amicabili in hunc modum

IMPRIMERIE NATIONALE.

est sopita : Prefatus siquidem Symo presbiter abrenunciavit omni juri quod in ecclesia illa se habere vel habuisse dicebat contra jamdictum abbatem, et se de cetero nichil in ea petiturum contra predictum abbatem vel ejus successores, nullamque ejus molestiam monasterio Fiscannensi se ulterius facturum juramento interveniente firmavit. Abbas vero Fiscannensis, favore paupertatis illius et intuitu laboris et expensarum quas ille fecerat Romanum pontificem ter adeundo, ad preces domini regis sepedicto clerico X. libras Andegavensium intuitu misericordie donavit, et XV. libras ejusdem monete in molendinis suis de Witeflo super mare assignavit eidem annuatim habendas, donec ecclesiam vacare contigerit ad monasterium Fiscannense pertinentem, ejusdem valoris vel majoris, usque ad viginti libras vel [valentiam] XX. librarum, que illi clerico ad suam voluntatem debeat assignari. Si vero molendina illa aliquo modo deperire vel minus valere contigerit, abbas tenetur et monasterium Fiscannense clerico illi predictam summam XV. librarum perficere et in loco convenienti assignare. In molendinis vero predictis tenebuntur molendinarii juratoriam prestare cautionem super pensione XV. librarum pretaxata clerico illi singulis annis persolvenda. Predictarum autem XV. librarum solutio fiet hoc modo, videlicet quod in fine singulorum quatuor mensium C. solidi prenominato sacerdoti solventur.

Hoc autem actum est apud Rothomagum, anno ab incarnatione Domini MCLXXX (*sic*), mense aprilis, in crastino festi Sancti Georgii, presentibus illustrissimo Anglorum [rege] Henrico, Johanne Ebroicensi episcopo, et multis aliis.

DCLI

Delisle, n° 464.

[1185.]

Adjudication de l'église d'Étretat à l'abbaye de Fécamp par les juges du roi siégeant à l'assise de Longueville.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Fécamp, XIII^e^ s.; Bibliothèque de Rouen, ms. 1210, fol. 40, n° 9 de la division intitulée : presbiteri. — *C.* Copie de ce cartulaire, XV^e^ s. (ms. de sir Thomas Phillipps); Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 2412, p. 126, n° 156.

Cum in assisia domini regis apud Longamvillam Simon presbiter de Estrutart et Radulfus de Monasterio, frater ejus, abbatem Fiscannensem super ecclesia de Estru-

tart in causam traxissent, et recognosci deberet in curia domini regis per milites et vavassores ad quem illorum donatio predicte ecclesie pertineret, predictus Simon presbiter, prior natu, quandam cartam quam a domino rege Henrico quesierat, in cujus presentia concordia facta fuerat super eadem ecclesia inter predictum Simonem et abbatem Fiscannensem Henricum, in medium produxit, que, coram justiciis domini regis perlecta, testabatur et asserebat quod predictus Simon, mediante concordia inter ipsum et abbatem Henricum, omni juri quod in predicta ecclesia se dicebat habere renunciaverat, et quod per XV. libras Andegavensium quas predictus abbas in molendinis suis apud Witefluet ei quandiu viveret per annum contulit, predictam ecclesiam coram rege Henrico prorsus abjuraverat, assistente et assensum prebente Radulfo de Monasterio, fratre suo. Cum autem hoc audissent justicie domini regis, assistentibus et presentibus predicto Symone presbitero et Radulfo fratre suo, adjudicaverunt ecclesiam de Estrutart ecclesie Fiscannensi, pacifice, libere et quiete perpetuo possidendam, eo videlicet quod predictus Symon presbiter prior natu [a] et heres, qui nunc fratrem suum heredem constituerat, nec domino abbati [b], ad quem dominatus sui feodi pertinebat, eum tanquam attornaverat. Unde judicatum fuit illi quod etsi donatio ecclesie illius ad eum spectasset, cum ita mediante pecunia in presentia domini regis abjurasset eam, predicta ecclesia de Estrutart ecclesie Fiscannensi de jure debebat et poterat remanere quieta.

DCLII

Delisle, n° 464 A.

Vers 1185. — Saint-Pierre-sur-Dive.

Confirmation de l'union des abbayes de Saint-Hélier de Jersey et de Notre-Dame de Cherbourg.

A. Original autrefois scellé sur cordonnet; Archives de la Manche, H 1972. — Photographie.

B. Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10068, fol. 34. — *C.* Copie insérée dans les procès-verbaux de l'enquête de 1309. Voir ci-dessous : *Placita de quo waranto.*

a. Gallia Christiana, t. XI, instr., col. 250. — *b.* Bonnin, *Cartulaire de Louviers*, t. I, p. 22, d'après l'Histoire de Jersey par Delacroix. — *c. Placita de quo waranto : Rolls of the assizes held in the Channel Islands, a. D. 1309*, p. 86.

[a] natus *B.* — [b] *Passage obscur; il semble qu'il y ait dans le ms. une lacune.*

Round, n° 952.

Gautier de Coutances, archevêque de Rouen, qui a souscrit cette pièce, a été confirmé par Lucius III le 17 novembre 1184; Henri II se trouvait alors en Angleterre, et il y est resté jusqu'au 16 avril 1185 (Eyton, p. 263), date à laquelle il a passé en France, pour y résider jusqu'au 27 avril 1186. C'est probablement pendant ce séjour qu'a été expédiée la présente charte, datée de Saint-Pierre-sur Dive. Henri a ensuite séjourné en Angleterre jusqu'au 27 février 1187 (Eyton, p. 277). Il est certain que l'acte est postérieur au milieu d'avril 1185, vraisemblable qu'il est antérieur à la fin d'avril 1186; nous ne croyons pas qu'il soit plus récent.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis[a], vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod ego, de consilio Rotrodi, pie recordationis Rothomagensis archiepiscopi, et multarum aliarum venerabilium et religiosarum personarum, conjunctionem duarum domorum canonicorum regularium, que ratione fundationis ad meam specialiter nullo mediante dominationem [b] pertinent et ordinationem, Sancti scilicet Elerii de Insulis et Sancte Marie de Cesarisburgo, jam pridem concessi, ea videlicet consideratione inductus quod nulla illarum per se ad sustentationem conventus regulariter degentis sufficere posse credebatur. Sed quia predicta concessio mea ante tempora venerabilis viri Walteri Rothomagensis archiepiscopi ad plenum non fuerat effectui mancipata, de voluntate et assensu ejusdem archiepiscopi eam presentis scripti annotatione et sigilli mei appositione confirmavi, firmiter precipiendo ut in perpetuum in hunc modum conjuncte permaneant, scilicet ut in ecclesia Sancte Marie de Cesarisburgo precipua sedes sit abbatis, et in ea ordo Beati Augustini juxta statuta Sancti Victoris Parisiensis observetur, et in domo Sancti Elerii de Insulis quinque canonici ad minus secundum dispositionem abbatis regulariter viventes Deo deserviant, qui modis omnibus potestati et voluntati abbatis prenominati loci permanebunt subjecti, et possessiones omnes, tam ecclesiastice quam alie ad domum Sancti Elerii pertinentes, in dispositione ejusdem abbatis consistent.

Testibus : Waltero Rothomagensi archiepiscopo, H. Dunelmensi et Johanne Ebroicensi episcopis, Mart[ino] abbate de Ceresiaco, Roberto archidiacono de Notingg[eham], Willelmo clerico de Camera, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Rogero Filio Reinfredi, Gilleberto Filio Reinfredi, Roberto Poherio.

Apud Sanctum Petrum super Divam.

[a] *En toutes lettres, A.* — [b] *Sic A.;* donacionem *c.*

DCLIII

Delisle, n° 465.

1185. — Ivri.

Charte de Henri II, relative à un accord conclu entre les moines de Marmoutier et Simon d'Anet touchant les biens du prieuré de Croth.

A. Original perdu, mentionné au bas de l'extrait ci-dessous indiqué, avec la mention : « scellé en cire verte sur lacs de soie feuille morte ».

B. Extrait; Bibliothèque nationale, ms. latin 5441, t. I, p. 94.

Pour la date, voir la pièce suivante.

H., Dei gratia rex Anglorum[a], dux Normannorum et Aquitanorum, archiepiscopis, *etc.*, salutem.

Sciatis me presenti carta mea confirmasse compositionem mediante Reginaldo de Muthun, Carnotensis ecclesie electo, ... factam inter monachos Majoris Monasterii et Simonem de Aneto ..... de quibusdam ad domum de Croto pertinentibus, ...

Testibus : J.[b] Dunelmensi, J. Ebroicensi episcopis, comite Willelmo de Mann[evilla], R. comite Legrecestrie[c], Willelmo comite Saresberiensi, Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Seer[io] de Quinci, Hugone de Creissi.

Apud Ibreium.

DCLIV

Delisle, n° 465 A.

19 août 1185.

Charte de Renaud, évêque élu de Chartres, mentionnée dans le précédent acte de Henri II, et permettant de le dater.

A. Original perdu, autrefois scellé.

[a] Francorum *B.* — [b] *Corr.* H.; *Hugues, évêque de Durham* (1153-1195). — [c] Legret., *B.*

B. Extrait; Bibliothèque nationale, ms. latin 5441, t. I, p. 93.

R., Dei gratia Carnotensis electus, omnibus..... salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod, cum inter dilectos nostros monachos Majoris Monasterii et nobilem virum Symonem de Aneto controversia verteretur super quibusdam ad domum de Croto pertinentibus, nobis mediantibus inter partes taliter est transactum..... Actum anno gratie 1185, XIIII kalendas septembris.

DCLV

Delisle, n° 465 C.

1185. — Alençon.

Charte de Henri II confirmant la donation d'une rente de cent livres sur le minage de Poitiers, faite à l'abbaye de Fontevrault par la reine Aliénor, du consentement de ses fils Richard, Geoffroi et Jean.

A. Original perdu.

B. Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 5480, t. I, p. 487. — *C.* Copie sur un rôle des chartes de Sainte-Catherine de La Rochelle; Archives de Maine-et-Loire, fonds de Fontevrault, carton des cartulaires (copie de M. Port).

Round, n° 1082.

Aliénor d'Aquitaine figure rarement dans les actes royaux, ayant été emprisonnée depuis la révolte de ses fils contre Henri II jusqu'en 1185, suivant Gervais de Cantorbéry, qui fixe à environ douze années la durée de sa captivité (Delisle, Introd., p. 352-353). Son retour en France est fixé par un article du *Pipe Roll* de 1185. M. Delisle publie (p. 353) une charte de la reine, datée d'Alençon, par laquelle, peu après son retour en France, elle s'associe à son mari et à ses enfants pour assurer à l'abbaye de Fontevrault la perception d'une rente sur la prévôté de Poitiers. Cette charte d'Aliénor doit être de 1185, puisque Geoffroi, qui y est mentionné, mourut, de nouveau révolté, à la cour de France, le 19 août 1186. La charte de Henri II, que nous examinons ici, datée d'Alençon, comme celle d'Aliénor, et relative au même sujet, doit être contemporaine. Le rapprochement entre ces deux pièces est évident.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, prepositis et omnibus baillivis et fidelibus suis totius Aquitanie, salutem.

Sciatis me ad petitionem A. regine, uxoris mee, concessisse et presenti carta mea confirmasse abbatie Fontis Ebraudi, et monialibus ibidem Deo servientibus, donationem quam ipsa A. regina eis fecit de redditu C. librarum quas dedit eis in perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et sue et liberorum nostrorum, assensu meo et Ricardi et Gaufridi et Johannis filiorum nostrorum, annuatim percipiendas in minagio Pictavis et in vineia de Benaum, ita quod medietatem inde recipiant in minagio Pictavis in festo Beati Martini hyemali, scilicet mille solidos, et aliam medietatem eodem termino, videlicet mille solidos, in vineia de Benaum, in manus ministrorum comitis qui minagium illud et vineiam annuatim sunt recepturi, secundum quod in carta ipsius regine continetur. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia Fontis Ebraudi et moniales in ea Deo servientes eundem redditum C. librarum habeant annuatim in liberam et perpetuam elemosinam, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, et recipiant predicto termino et locis predeterminatis, sicut ipsa regina eis dedit et carta sua confirmavit.

Testibus : H. Dunelmensi episcopo, Gaufrido filio et cancellario meo, Willelmo de Humetis, constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Mauricio de Creonio, Petro Filio Guidonis, Hugone de Creissi, Alvredo de Sancto Martino, Jouberto de Pressigneio, Willelmo de Ostilli.

Apud Alenzon.

DCLVI

Delisle, n° 384.

1181 ou 1186. — Valognes.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye de Montebourg.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. (1274) dans le cartulaire de Montebourg; Bibliothèque nationale, ms. latin 10087, p. 12, n° 19.

Round, n° 894.

Cette pièce porte la souscription de Guillaume du Hommet, connétable, qui a succédé dans ces fonctions à son père Richard en 1179. Henri II y parle du séjour qu'il va faire en Angleterre, « quamdiu in Anglia moram fecero »; or nous savons qu'il s'est embarqué, pour retourner en Angleterre, à Cherbourg, le 26 juillet 1181, et à Barfleur, à la fin d'avril 1186. La présente charte peut donc être datée de 1181 ou de 1186 (voir l'Introduction, p. 79).

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Precipio vobis quod custodiatis et manuteneatis et protegatis abbatiam de Montisburgo et abbatem et monachos ejusdem loci et terras et homines et omnes res et possessiones eorum sicut res meas proprias, ita quod nullam eis injuriam vel contumeliam aut gravamen faciatis nec ab aliquo fieri permittatis. Si quis autem eis in aliquo forisfacere presumpserit plenariam sine dilatione eis inde justiciam fieri faciatis, quia ipsa abbatia et omnia que ad eam pertinent sunt in manu mea et custodia et protectione. Prohibeo etiam ne ipsa abbatia vel abbas aut monachi de ullo dominico tenemento suo ponantur in placitum nisi per preceptum meum quamdiu in Anglia [a] moram fecero.

Teste Willelmo de Humetis constabulario.

Apud Valonias.

DCLVII

Delisle, n° 385.

1181 ou 1186. — Valognes.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye de Saint-Sauveur.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de Saint-Sauveur; Archives de la Manche, H non coté, charte 28.

Voir l'Introduction, p. 79.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis quod abbatia Sancti Salvatoris in Constantino et monachi in ea Deo servientes et omnes res et possessiones sue sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio quod abbatiam illam et abbatem ejusdem abbatie et monachos et

[a] Angliam *B.*

omnes res et possessiones suas custodiatis et manuteneatis et protegatis, sicut meas proprias, dum fuero in Anglia, ita quod nullam molestiam vel injuriam aut gravamen eis faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis super hoc in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis sine dilatione justitiam faciatis. Et de nullo tenemento suo, quod in pace tenuerunt quando novissime transfretavi in Angliam, ponantur in placitum antequam rediero, nisi coram me vel coram capitali justicia mea.

Testibus Willelmo Constanciensi episcopo, Ricardo de Canvilla.

Apud Valonias.

DCLVIII.

Delisle, n° 386.

1181 ou 1186. — Valognes.

Charte de sauvegarde donnée par Henri II à l'abbaye du Mont-Saint-Michel, au moment de passer en Angleterre.

A. Original autrefois scellé, encore muni de sa simple queue de parchemin et de sa bandelette; Archives de la Manche, H 15004. — Photographie.

B. Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10072, fol. 46.

Eyton, p. 233. — Round, n° 759.

Pour la date de cette pièce, voir l'Introduction, p. 79.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod abbatia de Monte Sancti Michaelis et monachi in ea Deo servientes et omnes res et possessiones sue sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio quod eandem abbatiam et monachos illos et omnes res et possessiones suas custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut meas proprias dum fuero in Anglia, ita quod nullam molestiam vel injuriam aut gravamen eis faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis super hoc in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis.

Teste fratre Rogero elemosinario.

Apud Valonias.

IMPRIMERIE NATIONALE.

DCLIX

Delisle, n° 468.

1181 ou 1186. — Barfleur.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye de Saint-Sauveur.

A. Original perdu.

B. Copie; Archives de la Manche, H non coté, cartulaire de Saint-Sauveur, pièce 7, partie en bas de la p. 4, partie en haut de la p. 7. — *C.* Texte modifié, XIV^e^ s.; *ibidem*, p. 6. — *D.* Copie du texte modifié, dans la copie du même cartulaire; Bibliothèque nationale, ms. latin 17137, fol. 14.

Round, n° 976.

Cette pièce présente de grandes analogies avec celle que M. Delisle a cotée 385 (DCLVII); dans l'une et l'autre le roi parle de son prochain passage en Angleterre, « dum fuero in Anglia », « quamdiu ero in Anglia ». C'est en raison de cette allusion que M. Delisle a daté son n° 385 de 1181 ou 1186 (voir l'Introduction, p. 79). Il semble que la présente charte doive être datée de même.

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum[a], baronibus, vicecomitibus [et] omnibus ballivis suis Normannie, salutem[b].

Sciatis quod abbatia de Sancto Salvatore et monachi, et omnes res et possessiones eorum, sunt in mea manu, custodia et protectione. Quare volo et firmiter precipio quod predictam abbatiam et monachos et omnes res ad ipsam pertinentes manuteneatis, protegatis et foveatis, neque eis aliquam injuriam faciatis vel ab aliquo fieri permittatis. Et si quis eis forisfacere presumpserit, sine dilatione plenariam justiciam eis exibeatis, et non ponantur in placitum de tenemento quod tenuerunt antequam ultimo in Angliam transfretaverim, quamdiu ero in Anglia, nisi per preceptum meum.

Teste Henrico Baiocensi episcopo.

Apud Barbefluctum[c].

[a] rex Angl., dux Norm. et Aquitanie, et comes And. *B.* — [b] *Dans D (latin 17137), il n'y a pas d'adresse, et le texte commence par* notum sit omnibus quod; *le reste de la pièce est conforme au texte que nous donnons.* — [c] Barbefluvium *D.*

DCLX

Delisle, n° 466.

11 mars 1186. — Gisors.

Charte de Marguerite, reine d'Angleterre et veuve de Henri le Jeune, sœur de Philippe Auguste, notifiant l'accord conclu en présence du roi de France et avec son assentiment, entre elle et Henri II son beau-père, par lequel elle renonce à ses droits sur Gisors et les autres biens faisant partie de son douaire, et à tout ce qu'elle pouvait réclamer, tant en Normandie qu'en Angleterre, à titre de donation à cause de noces.

A. Original autrefois scellé sur double queue; Archives de Maine-et-Loire, fonds de Fontevrault, titres d'Angleterre. — ATLAS, pl. XXV. — Autre FAC-SIMILÉ, publié dans le Recueil de la *Nouvelle Société Paléographique de Londres*, année 1907, n° 123, d'après un cliché fourni par M. Delisle, avec texte en regard. — Autre FAC-SIMILÉ, publié dans le *Recueil d'études historiques consacrées à la mémoire de Béla III, roi de Hongrie*, édité sous les auspices du Gouvernement hongrois par M. Jules de Forster, Budapest, 1900 (*III Béla magyar Király emlékezete*, etc.), p. 350; avec texte en regard.

B. Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 5480, t. I, p. 254.

a. Léopold Delisle, *Catalogue des actes de Philippe Auguste*, n° 124 (analyse), et p. 496 (texte). C'est par erreur que dans cet ouvrage le traité de Gisors a été classé à l'année 1185.

M., Dei gratia regina Angl[orum] [1], soror Philippi regis Franc[ie], omnibus ad quos presens carta pervenerit, salutem.

Noverit universitas vestra quod inter me et regem Angl[ie] Henricum compositio facta est presente domino rege Franc[ie] Philippo, fratre meo, de ejus assensu et bona voluntate tam super Gisorcio et aliis terris quas petebam nomine maritagii in Vilcassino Normanno, quam super aliis que nomine donationis propter nuptias petebam in Normannia vel in Anglia, in hunc modum. Ego siquidem in presentia dicti regis Franc[ie], fratris mei, et multorum qui ad colloquium inter Gisorcium et Triam convenerant, in manu prefati regis Angl[ie] refutavi quicquid de predictis

[1] M. Delisle (*Catalogue des actes de Ph. Aug.*) met : regina Anglorum; partout ailleurs, dans cet acte, il emploie les formes : rex Anglie, et : rex Francie. Les éditeurs de la *New Paleographical Society* mettent partout : Anglorum, et : Francie. Ces deux systèmes sont également acceptables; nous adoptons comme plus vraisemblable celui que M. Delisle a suivi dans son *Catalogue*.

petebam, et jus omne quod in illis me habere dicebam, et de non repetendo fidem in manu ipsius corporaliter dedi. Idem vero rex Angl[ie] propter hoc duo milia septingentas quinquaginta libras Andegavensium se michi annuatim redditurum promisit et in manu Remensis archiepiscopi affidavit, pro media parte, quarta dominica post diem Pasche reddenda Templariis apud Sanctam Wauborch et infra VIII. dies sequentes, assignandas per manus Templariorum et Hospitalariorum michi vel mandato meo Parisius, et pro alia parte reddenda Parisius in Circumcisione Domini sequenti. Hanc autem pecuniam Templariis et Hospitalariis tradi faciet memoratus rex Angl[ie], et per terram suam conduci, et rex Franc[ie] per terram suam eam conduci faciet usque Parisius. Si vero rex Angl[ie] pro pecunia predicta argentum reddere voluerit, argentum computabitur marcha bonorum Sterlingorum, scilicet XIII. solidi et IIII. denarii pro quinquaginta quatuor solidis Andegavensium. Et si moneta Andegavensium pejoraretur, teneretur idem rex reddere pro quinquaginta quatuor solidis Andegavensium marcham argenti bonorum Sterlingorum. Et si de solutione facta contentio oriretur, in verbo magistrorum Templi et Hospitalis Francie et Normannie et simplici testimonio eorum, vel eorum qui loco eorum essent, veritas constaret. Super hoc ergo dictus rex Angl[ie] plegium dedit memoratum regem Franc[ie], ut si pecunia pretaxata terminis predictis soluta non fuerit, per Templarios et Hospitalarios debet conveniri ut infra tres menses pecuniam reddat, et si factum non esset, exinde rex Francie [a] posset eum cogere, et tantum de suo capere de assensu ipsius regis Angl[ie], sine forifacto quod inde ei faceret, unde debita pecunia persolveretur. Hec autem conventio tenebitur ipsi regi Angl[ie] perpetuo, et filiis ejus similiter qui eam servare voluerint, et rex Franc[ie] fidejubere tenetur pro illo filiorum regis Angl[ie] vel pro illis, quem vel quos ipse rex Angl[ie] ad ipsum regem Franc[ie] cum litteris suis et certo nuncio propter hoc destinabit. Et si Richardus filius regis Angl[ie] ad regem Franc[ie] venerit sicut predictum est, facto ei juramento quod ei facere tenetur, juxta tenorem carte compositionis inter regem Franc[ie] et regem Angl[ie] facte, rex Franc[ie] pro eo sine omni difficultate et mora fidejubere tenetur. Et si filii regis Angl[ie] predictam conventionem tenere noluerint, ego in eodem statu ero quantum ad illos, in quo eram ante diem hujus compositionis, salva conventione inter ipsum regem Angl[ie] et me facta, omnibus diebus vite sue. Hoc igitur super sacrosancta juravi me fideliter servaturam et ipsi regi et filiis ejus sicut superius est ordinatum, et de hoc tenendo regem fratrem meum fidejussorem constitui. Hiis testibus ex parte mea : Willelmo Remensi archiepiscopo, Nevelone Suessionensi et Philippo Belvacensi episcopis, Henrico Aurelia-

[a] Francie, *en toutes lettres.*

nensi electo, Philippo comite Flandr[ie], comite Theobaldo, comite Stephano, comite Clarimontis, comite Roberto, Galtero camerario, Girardo preposito Peissiaci, Haicio cancellario comitisse Campanie, Roberto de Milliaco et Artaudo camerario; ex parte regis Angl[ie] : H. Dunelmensi et J. Ebroicensi episcopis, H. electo Cestrensi, comite Willelmo de Mandevilla, Bernardo de Sancto Walerico, Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Hugone de Cressi, Alvredo de Sancto Martino et Willelmo de Mara.

Actum apud Gisorcium, anno ab incarnatione Domini M° C° LXXX° V°, v^to^ idus Martii.

DCLXI

Delisle, n° 470.

1180–janvier 1187.

Confirmation à l'abbaye de la Couture du Mans de l'église de Toddington, que lui avait donnée Patrice « de Cadurcis ».

A. Original perdu.

B. Cartulaire de la Couture; Bibliothèque du Mans, ms. 198, fol. 17 v°.

a. Cartulaire des abbayes de Saint-Pierre de la Couture et de Saint-Pierre de Solesmes, publié par les Bénédictins de Solesmes, le Mans, 1881, in-4°, p. 50, pièce XLIV (1180-1186).

Parmi les témoins de cet acte se trouvent Nicolas, doyen de Saint-Julien du Mans, en fonctions de 1180 à 1214 (Introduction, p. 406), et Guillaume de Passavant, évêque du Mans, mort en janvier 1187, enterré le 28 janvier (Introduction, p. 475).

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse monachis Sancti Petri de Cultura donationem quam Patricius de Cadurcis eis fecit de ecclesia de Tudingedona et de omni decima sua, et de terra illa qua saisiti erant, de dono ipsius Patricii, secundum quod carta regis Henrici avi mei continetur. Quare volo et firmiter precipio quod idem monachi eandem ecclesiam et decimam et terram, quas prefatus Patricius eis dedit et rex Henricus avus meus confirmavit, habeant et teneant bene

et in pace, libere et quiete et integre et honorifice, sicut carta ipsius regis Henrici avi mei testatur.

Testibus : Willelmo episcopo Cenomannensi, Nicholao decano Beati Juliani Cenomannensis, W. de Sancte Marie Ecclesia, et multis aliis [a].

DCLXII

Delisle, n° 471.

1180–janvier 1187.

Confirmation des coutumes dont jouissaient les moines de Saint-Pierre de la Couture.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de la Couture; Bibliothèque du Mans, ms. 198, fol. 9 v°.

C. Copie; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., ms. 17123 (Gaignières, Abbaye de la Couture), p. 215, copie partielle. — *D.* Autre copie; Bibliothèque nationale, collection de Touraine (Dom Housseau), vol. V, n° 1770.

a. Cartulaire des abbayes de Saint-Pierre de la Couture et de Saint-Pierre de Solesmes, publié par les Bénédictins de Solesmes, le Mans, 1881, in-4°, p. 106, pièce CXXVII (1180-1186).

Cette pièce portant, comme la précédente, les souscriptions de Guillaume de Passavant, évêque du Mans, et de Nicolas, doyen de Saint-Julien du Mans, doit être datée de même.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum [b], comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse monachis Sancti Petri de Cultura costumas suas, ubicunque in terra mea fuerint, sicut ex donatione antecessorum meorum habuerunt. Quare volo et firmiter precipio quatinus idem monachi eas costumas habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete et integre et honorifice, sicut carte antecessorum meorum prenominate ecclesie fundatorum testantur.

Testibus : Guillelmo [c] episcopo Cenomannensi, Nicholao decano Beati Juliani, Guillelmo de Hostillé, et pluribus aliis.

[a] et multi alii *B.* — [b] Aquitanie et Cenomanie, Andegavie, comitibus *D.* — [c] Testes : Guillelmus — et plures alii *B, C, D.*

DCLXIII

Delisle, n° 472.

Février 1187. — Hesdin.

Exemption des droits de tonlieu accordée aux Cisterciens des Dunes, et autorisation de construire et de réparer leurs nefs dans les états du roi.

A. Original perdu, mentionné comme ayant porté un sceau en cire verte, pendant sur queue de parchemin (Round).

B. Adrien de But, *Cronica abbatum monasterii de Dunis* (Bruges, 1839, in-4°, Société d'émulation de Bruges), p. 151, d'après l'original.

Round, n° 1364.

C'est le passage de Henri II à Hesdin qui a valu à l'abbaye des Dunes l'exemption accordée par cette pièce, vers le 20 février 1187 (Introduction, p. 80).

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum, Aquitanorum, comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus baillivis et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse, pro anima mea et anima patris mei et matris mee, monachis et fratribus ordinis Cisterciensis de Dunis ut bene et in pace et libere transeant per totam terram meam, cum omnibus rebus suis quibuscunque et qualescunque duxerint, quas ipsi vel servientes sui assecurare poterunt eorumdem monachorum et fratrum esse proprias et ad usum eorum. Et precipio quod de omnibus rebus suis propriis, et que ad victum et ad usum eorum fuerint, quittanciam et libertatem habeant de theloneo et passagio et pontagio et traverso, et de omni consuetudine que ad me pertinet in tota terra mea, tam per terram quam per aquam. Concessi etiam eisdem fratribus licentiam novas naves fabricandi et veteres emendandi, seu ligna quelibet ad usus proprios comparandi. Et prohibeo ne quis eis inde violentiam vel vexationem aut disturbationem inferat vel gravamen. Et si quis eis super hoc in aliquo forisfacere presumpserit, id eis sine dilatione faciatis emendari.

Testibus : Philippo comite Flandrie, Willelmo de Mandevilla comite Essexe, Bernardo de Sancto Walerico Seherio de Quinceio, Thoma Bardulfi.

Apud Heddin.

DCLXIV

Delisle, n° 473.

1172-1173–1188. — Feckenham.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye de Fécamp.

A. Original perdu.

B. Copie d'après l'original; Bibliothèque nationale, collection Moreau, vol. 67, fol. 145.

Cette pièce ne peut pas être postérieure à 1188; en cette année, Henri II a débarqué à Barfleur le 11 juillet; il n'est pas rentré en Angleterre (Eyton, p. 289).

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis et omnibus ministris et baillivis suis Normannie, salutem.

Sciatis quod abbas de Fiscanno et homines sui et omnia sua sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio vobis quod custodiatis, manuteneatis et protegatis ipsum abbatem et omnia ad abbatiam suam spectantia, sicut mea domini[c]a, et nullam ei in aliquo injuriam faciatis vel contumeliam, nec fieri permittatis. Et si quis ei super hoc in aliquo forisfecerit, plenariam ei inde justiciam sine dilatione fieri faciatis.

Teste Randulfo de Glanvilla.

Apud Fekeham.

DCLXV

Delisle, n° 474.

1172-1173–1188. — Guildford

Donation aux lépreux du Mont-aux-Malades d'un revenu de six mille harengs sur la prévôté de Dieppe.

A. Original perdu.

B. Coutumier de Dieppe, aux Archives de la Seine-Inférieure, G 851, fol. 64 v°.

Date donnée par la table : 1177-1188; je n'ai pas retrouvé le fait qui justifie cette date initiale de 1177; il est seulement certain que la pièce est postérieure à 1172-1173, et l'on sait que Henri II

a pour la dernière fois quitté l'Angleterre le 10 juillet 1188. — D'après le Rév. Eyton (p. 260), le roi s'est trouvé à Guildford, Surrey, à la fin de décembre 1184, et (p. 275) à Noël 1186.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, [et comes Andegavorum], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro Dei amore et pro salute anime mee et antecessorum meorum, dedisse et concessisse et presenti carta mea confirmasse in puram et liberam et perpetuam elemosinam leprosis de Monte Rothomagi singulis annis sex millia bonorum allect[i]um recipiendorum in prepositura de Deppa. Quare volo et firmiter precipio quod prefati leprosi predicta sex millia allectium in predicta prepositura singulis annis recipiant et habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice.

Testibus : fratre Rogerio elemosinario [a] meo, Willelmo de Sancte Marie Ecclesia, Hugone Bardulfi [b].

Apud Geldefordam.

DCLXVI

Delisle, n° 475.

1172-1173–1188. — Marlborough.

Confirmation de donations faites à l'abbaye de Foucarmont par Gilbert Le Mire, Guillaume Torel et Odard Le Mire.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin; Archives de la Seine-Inférieure, fonds de l'abbaye de Foucarmont. — Photographie. — Fac-similé avec texte en regard, Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXIX.

B. Copie du XIII[e] s. dans le cartulaire de Foucarmont; Bibliothèque de Rouen, ms. 1224, fol. 35.

Round, n° 191.

La date de 1176-1188, donnée à la table, n'est pas expliquée par les souscriptions, en ce qui concerne le terme initial de 1176. La formule *Dei gratia* prouve seulement que l'acte est au plus tôt de 1172-1173. — Les séjours de Henri II à Marlborough sont trop nombreux pour que le nom de lieu fournisse une indication précise. On sait que le roi a pour la dernière fois quitté l'Angleterre le 10 juillet 1188.

[a] cleue *B.* — [b] Baudri *B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et Beate Marie de Fulchardi Monte et monachis ecclesie Beate Marie ibidem Deo servientibus subscriptam rationabilem donationem sibi factam et cartis donatorum confirmatam, videlicet : ex dono Gilberti Medici de Fulchardi Monte, quicquid tenet de abbate Ultrisportus apud Flamengevillam, salvo redditu abbatis de Ultrisportu et monacorum, scilicet duodecim solidorum Esterlingorum, et illud dominicum quod idem Gilbertus tenet de comite Augi apud Augum. Ex dono Willelmi Torel, decem acras terre de feodo de Bosco Huberti, et triginta acras terre que sunt inter divisiones terrarum ejusdem Willelmi Torel de Caable et Nuillemont. Ex dono Odardi Medici de Fulchardi Monte quadraginta acras terre in feodo de Haimeis et quinque [acras][a] terre de feodo de Lucue. Quare volo et firmiter precipio quod ecclesia Beate Marie de Fulchardi Monte et monachi ibidem Deo servientes habeant et teneant omnia predicta bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, in bosco et plano, in viis et semitis, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : H. Dunelmensi episcopo, Rannulfo de Glanv[illa], Bertranno de Verdun, Hugone de Morewic dapifero, Rannulfo de Gedding[es].

Apud Merlebergam.

DCLXVII

Delisle, n° 476.

1172-1173-1188. — Marlborough.

Charte de sauvegarde pour le prieuré de Bruton.

A. Original autrefois scellé sur simple queue; Archives du Calvados, H, Troarn. — Photographie.

B. Cartulaire de Troarn, rédigé en 1339; Bibliothèque nationale, ms. latin 10086, fol. 139. — *C.* Autre cartulaire de Troarn, rédigé dans la 2e moitié du xve s.; Archives du Calvados, fol. 23, n° 33. — *D.* Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10079, fol. 105.

[a]. *Ce mot manque dans l'original; déchirure.*

Round, n° 483.

Pour la date, voir la note chronologique de la pièce précédente. M. Delisle avait marqué, sur sa copie, la date de 1172-1173–1188; il est probable que la mention 1176-1188, donnée à la table, s'explique par une simple faute d'impression.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis quod prior Sancte Marie de Briweton[a] et canonici regulares in eadem ecclesia Sancte Marie Deo servientes et omnes res et possessiones sue sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio quod priorem illum et canonicos et omnes res et possessiones suas, et quecumque ad eos spectant in Normannia, custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut mea propria, ita quod nullam molestiam vel injuriam aut gravamen eis de aliquo faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis. Et de nullo tenemento suo quod habent in Normannia ponantur in placitum, nisi coram me.

Teste Willelmo clerico de Camera.

Apud Merlebergam.

DCLXVIII

Delisle, n° 477.

1172-1173–1188. — Westminster.

Concession à l'abbaye de Blanchelande de diverses exemptions pour son manoir de Cammeringham.

A. Original perdu.

B. Inspeximus de 1317, au Public Record Office, Charter Rolls, 11e année d'Édouard II, membrane 13. — *C.* Inspeximus d'Édouard III, aux Archives de la Manche, d'après lequel est prise une autre copie : *D.* Bibliothèque nationale, ms. latin 10065, fol. 95.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. III, p. 362.

Round, n° 866.

Date adoptée à la table : 1176-1188; le terme initial de 1176 ne s'explique pas.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbati et canonicis Prémonstratensis ordinis de Blanca Landa in Constantino quod manerium suum de Cambringeham quietum sit et firmam pacem habeat, sicut propria dominica mea, de syre et hundredis et sectis syre et hundredorum et placitis et omnibus aliis querelis, excepto murdro et latrocinio. Et precipio quod predictum abbatem et canonicos supradictos et prenominatum manerium suum et homines et omnes res et possessiones suas custodiatis et manuteneatis et protegatis, et omnia que ad eos spectant, sicut mea propria, ita quod nullam violenciam vel injuriam aut gravamen eis faciatis nec fieri permittatis, quia ipsi et omnia sua sunt in manu et custodia et protectione mea. Et si quis eis super hoc in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis.

Testibus : H. Dunelmensi episcopo, et Willelmo clerico de Camera.

Apud Westmonasterium.

DCLXIX

Delisle, n° 478.

1172-1173–1188. — Westminster.

Ordre de payer aux frères de la Chartreuse vingt-cinq marcs, moitié de la rente qui leur est servie par le roi.

A. Original mentionné par *a.*

B. Copie dans le formulaire mentionné par *b.*

a. Madox, *The history of the Exchequer,* p. 268, note 9, d'après l'original, Record Office, Writ in Exch. of rec. Warrants for issues, Bundle 1. — *b.* Hubert Hall, *A formula-book of English official historical documents,* part 1 (Cambridge, 1908, in-8°), p. 83, n° 77, d'après l'original.

Cette pièce, comme les précédentes, a été datée à la table de : 1176-1188; 1176 paraît avoir été écrit, par inadvertance, pour 1172-1173.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, R. thesaurario, et Willelmo Malduit et Warino Filio Giroldi, camerariis suis, salutem.

Liberate de thesauro meo XXV. marcas fratribus Cartusie, de illis L. marcis quas do eis annuatim per cartam meam.

Teste Willelmo de Sancte Marie Ecclesia.

Apud Westmoster.

DCLXX

Delisle, n° 449 A.

Octobre 1174–1188 (peut-être : février 1187). — Neufchâtel (Drincourt).

Charte pour l'abbaye de Saint-James de Bristol, lieu de sépulture de Robert, comte de Gloucester.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s.; Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, K 30 et OO 10. — PHOTOGRAPHIE.

Eyton, p. 219, à la date de septembre 1177.

Cette pièce, qui porte à la table de M. Delisle le n° 449 A, y figure sous la date : vers 1183; d'autre part le Rév. Eyton, p. 219, la mentionne à la date de septembre 1177; mais il n'est pas démontré que Henri II ait séjourné ou passé à Neufchâtel-en-Bray (Drincourt) en 1177. En acceptant la date : vers 1183, M. Delisle a rapproché cet acte de son n° 449; or la présente pièce a toutes les souscriptions portées par un autre acte, également donné à Drincourt, et qui figure à la table sous le n° 472 A; il est visible que ces deux actes ont été rédigés en même temps. Parmi les témoins figure Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, qui fut sacré évêque le 6 octobre 1174 et qui est mort le 22 décembre 1188. Dans ce long espace de temps, Henri II peut s'être trouvé à Drincourt plus d'une fois; M. Eyton (p. 219) admet qu'il y a passé vers septembre 1177, mais rien ne le prouve; il s'y est peut-être trouvé dans l'été de 1180 (Eyton, p. 234); il y a été vers le 20 février 1187, s'il faut en croire Raoul de Diceto dans ses *Ymagines historiarum* (éd. Stubbs, t. II, p. 47); c'est évidemment sur la foi de ce témoignage que M. Delisle a daté sa pièce 472 A : vers 1187. Les pièces 449 A et 472 A de M. Delisle (n^os^ DCLXX et DCLXXI) peuvent avoir été données entre octobre 1174 et décembre 1188, peut-être en février 1187.

CARTA ECCLESIE SANCTI JACOBI DE BRYSTOW.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, etc.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Sancti Jacobi de Bristow, in qua sepultus est Robertus comes Gloecestrie, avunculus meus, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute mea et pro anima ipsius comitis, quod terra ipsius ecclesie et monachorum in ea Deo servientium de Eisseleia et boscum ejusdem

terre sint quieta de rewardo et de omni exigentia pro essartis. Et prohibeo ne inter essarta amodo computentur.

Testibus : R. episcopo Wyntoniensi, Hugone de Creissi, Willelmo Filio Radulfi, Alvredo de Sancto Martino, Willelmo Ruffo.

Apud Drioncurt.

DCLXXI

Delisle, n° 472 A.

Octobre 1174–1188; peut-être : février 1187. — Neufchâtel (Drincourt).

Confirmation d'une donation faite à Geoffroi Ballard par l'abbé de Ramsey.

A. Original scellé sur double queue; British Museum, Addit. 34019. — PHOTOGRAPHIE.

Voir la note chronologique de la pièce précédente (n° DCLXX).

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, [archiepiscopis,][1] episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Gaufrido Ballard rationabilem donationem quam Willelmus abbas et conventus de Ramesia fecerunt ei de masagio apud Sanctum Ivonem quod fuit Gaufridi Cassedei[a], cum augmento quod ipse permissione abbatis et conventus adquisivit de quadam fossa versus cimiterium, ad tenendum de eis pro XX. solidis annuatim reddendis, sicut carta ipsius abbatis et conventus testatur. Quare volo et firmiter precipio quod idem Gaufridus supradicta habeat et teneat, ipse et heredes sui, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, per predictum servitium, sicut prefatus abbas et conventus ipsi Gaufrido et heredibus suis tenenda concesserunt et dederunt et carta sua confirmaverunt.

Testibus : R. episcopo Wintoniensi, Hugone de Creissi, Willelmo Filio Radulfi, Alveredo de Sancto Martino, Willelmo Ruffo.

Apud Driencurt.

[a] Cassedi, *avec un signe d'abréviation à droite du* d.

[1] Le coin de la pièce, à droite, a été arraché.

DCLXXII

Delisle, n° 480.

1179–1188. — Geddington.

Confirmation d'un arrangement intervenu entre l'abbaye de Saint-Wandrille et Jérémie, clerc d'Ecclesfield, au sujet de l'église d'Ecclesfield.

A. Original scellé, mentionné dans le vidimus ci-dessous désigné.

B. Vidimus délivré, le 1er mai 1245, par les doyen et chapitre de Rouen; Archives de la Seine-Inférieure, cartulaire original de Saint-Wandrille, H non coté, fol. 305 v°. — *C.* Copie du même cartulaire, Archives de la Seine-Inférieure, H non coté, t. IV, p. 1975, n° 63.

Souscription du connétable Guillaume du Hommet, entré en fonctions en 1179. Dernier séjour de Henri II en Angleterre en 1188. D'après le Rev. Eyton, le roi a dû se trouver à Geddington en 1176, 1177, février et juin 1188; ces deux séjours de 1188 sont bien établis.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum [a], et comes Andegavorum [b], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis [c], vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis querelam, que vertebatur inter abbatem et conventum Sancti Wandregisili et Jeremiam de Eglesfeld, clericum, super ecclesia de Eglesfeld et capellis ad eamdem ecclesiam pertinentibus, scilicet capella de Seffleld et de Wadreffled et de Witstan, et de laico feodo quod idem abbas habet in Eglefeld et in pertinentiis, in hunc modum coram me, concessione et assensu capituli Sancti Wandregisili, inter Gaufridum ejusdem loci abbatem et jamdictum Jeremiam esse terminatam, videlicet quod idem Jeremias clamavit quietum jamdicto abbati et conventui personatum quem se in dicta ecclesia et capellis habere asserebat, et totum jus hereditarium quod clamabat in laico feodo ipsius abbatis in eadem villa et in pertinenciis. Abbas vero, assensu conventus sui, concessit jamdicto Jheremie perpetuam yicariam ejusdem ecclesie, scilicet terciam partem tocius ecclesie et capellarum et omnium obventionum et rerum et terrarum ad eam pertinencium in liberam et puram et perpetuam elemosinam; concessit etiam ei duas partes ecclesie et capellarum, tenendas de eo ad firmam quamdiu vixerit, cum toto laico feodo suo ejusdem ville et in pertinen-

[a] Normannie et Aquitanie *B.* — [b] Andegavensis *B.* — [c] justiciariis *B.*

ciis, in decimis et redditibus et terris, et in omnibus locis et rebus ad ea pertinentibus cum omni integritate sua pro viginti marcis argenti inde reddendis per annum ad festum Sancti Michaelis. Quare volo et firmiter precipio quod jamdicta conventio et finis inter eos coram me factus firmiter et inconcusse teneatur.

Testibus : H. Dunhelmensi, Johanne Norwicensi episcopis [a], comite Willelmo Susexie, Rannulfo de Gla[n]ville, Willelmo de Hum[etis] constabulario, Waltero Filio Roberti, Seherio de Quinci, Willelmo marescallo, Gaufrido Filio Petri (?) [c], Ricardo de Canville.

Apud Gartintonam.

DCLXXIII

Delisle, n° 481.

1181–1188. — Winchester.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye de Cluny et les prieurés de son ordre.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire *D* de Cluny, Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., ms. 766, fol. 62 v°, n° 229. — *C.* Copie de ce cartulaire, par Baluze, Bibliothèque nationale, ms. latin 5459, p. 117.

a. Bernard et Bruel, *Recueil des chartes de l'abbaye de Cluny*, t. V, p. 664, n° 4300. — *b.* Indiqué par Duckett, *Ancient charters of Cluni*, t. II, p. 199.

Round, n° 1401

La date initiale de 1181 est donnée par la souscription de Geoffroi Fils du roi, chancelier, entré en fonctions sans doute dès 1181. Henri II n'a pas été en Angleterre en 1189.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis et episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me suscepisse in manu et custodia et protectione mea abbatiam Cluniacensem, et omnes domos et prioratus ad ipsam abbatiam spectantes. Et ideo precipio quod prenominatam abbatiam et omnes domos et prioratus et res et possessiones

[a] Testibus hiis,... Dunhoulem., Johanne Norwit. episcopis *B.* — [b] filio Pact. *B.*

ad ipsam pertinentes custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut res meas proprias, ne quis eis injuriam vel violentiam aut gravamen faciat. Si quis autem eis super hoc in aliquo forisfacere presumpserit, sine dilatione id eis emendari faciatis.

Teste Gaufredo, filio meo et cancellario.

Apud Vintoniam.

DCLXXIV

Delisle, n° 482.

1185–janvier 1188. — Bur.

Confirmation à Hugues de Nonant, évêque élu de Chester, de l'église de Berville, que lui avait donnée Roger d'Épreville.

A. Original perdu.

B. Copie dans un recueil de Le Brasseur; Bibliothèque de Rouen, ms. 2191.

Cette pièce fait mention de Hugues de Nonant, évêque élu de Chester, élu en 1185, sacré seulement le 31 janvier 1188. Henri II s'étant trouvé à Bur en novembre 1187 (Eyton, p. 282), il y a lieu de croire que l'acte date de ce moment; mais ce n'est là qu'une conjecture. Pour la date des n°s DCLXXIV à DCLXXX, voir l'Introduction, p. 81.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Hugoni de Nonnant, electo Cestrensi, donationem ecclesie de Bervilla et advocationem ejusdem quam Rogerius de Esprevilla et Bartholomeus, frater suus, eidem electo libere in perpetuum in presentia mea donaverunt. Quare volo et firmiter precipio quod idem Hugo Cestrensis electus advocationem et presentationem predicte ecclesie de Bervilla habeat et teneat bene et in pace, libere et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carta Rogerii de Espreville testatur.

Testibus: Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Roberto archidiacono de Notingeham filio suo [1], Roberto de Harecort, Willelmo de Mara, Hamone Pincerna.

Apud Burum.

[1] Fils de Guillaume le sénéchal. (*Note de M. Delisle.*)

IMPRIMERIE NATIONALE.

DCLXXV

Delisle, n° 483.

1185-janvier 1188. — Caen.

Confirmation générale des biens de l'abbaye de Préaux.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Préaux; Archives de l'Eure, H 711, fol. 25, n° 55. — *C.* Autre copie d'après l'exemplaire de ce même cartulaire exécuté au XV^e^ s. et provenant de Cheltenham; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., 1929, fol. 17 v°.

a. Édition fragmentaire dans le *Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. II, p. 1027.

Eyton, p. 282. — Round, n° 354.

Hugues, évêque élu de Coventry, qui a souscrit cette pièce, est le même que Hugues de Nonant, évêque élu de Chester, élu en 1185, sacré le 31 janvier 1188.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie Sancti Petri de Pratell[is] et monachis ibidem Deo servientibus omnes subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas. Ex dono Hunfridi constructoris ipsius abbatie Pratell[orum], quicquid habebat in predicta villa Pratell[orum], excepta parte illa quam reservabat alteri abbatie quam proponebat conversationi sanctimonialium construere. Item ex dono ejusdem, id quod habebat in dominio suo apud Turvillam et in Sellis et in Campiniaco et in Bosco Osberni. Ex dono Rogeri et Roberti, filiorum predicti Hunfridi, decimam Pontis Audomari de theloneo, de censu, de molend[inis] et de omni re que decimari potest, et omnes ecclesias ejusdem ville, et quicquid in Hispania in dominio suo habebant, exceptis militibus ex quibus postea subscripta concesserunt, videlicet Goscel[ino] et Hugo[ne] de Avesna et Goscel[ino] Ruffo[a]; preter hec, ecclesiam cum terra ad illam pertinente et decimam molend[inorum] ejusdem ville,

[a] Ruffum *C.*

et unum hospitem, et terram Magni Maris. Ex dono Roberti comitis, anno quo perrexit Jerusalem, Turstini Villam ex suo dominio, secundum quod in carta predicte abbatie continetur. Ex dono Saffridi militis, sex agros terre. Ex dono Gisleberti et Turstini, duorum fratrum ipsius, XIIII. agros terre. Ex dono Willelmi comitis, ecclesias de Bolevilla et de Viana, cum terra ad eos pertinente. Ex dono Johannis archiepiscopi, filii Radulfi comitis, terram de Sancto Benedicto in foresta de Guevra, cum omni consuetudine, preter aprum et accipitrem. Ex dono Rogeri de Bello Monte, quicquid habebat in Machivilla, in silvis et in aquis. Ex dono Rannulfi vicecomitis Baiocensis, unum hospitem plenarium et unam navem in suo portu qui Portis (*sic*) dicitur. Ex dono Alveredi cujusdam laici, id quod habebat in Bona Villa in campis et salinis, concedente Willelmo filio Osberni, de quo illud beneficium erat. Ex dono Beatricis sororis Gosmundi Ruffi, terram unius hospitis plenarii in Gerengiis. Ex dono Willelmi Martionis, consuetudines quas habebat in terra Wascolii, scilicet hanfar., uthlac, rapt, incendium, bernagium, bellum. Ex dono cujusdam militis de Warenna, Rannulfi nomine, concessu Beatricis conjugis sue, quicquid habebat in terra Wascolii in bosco et plano et aquis. Ex dono Teobaldi de Wascolio filii Normanni, partem quam habebat in ecclesia Sancti Lauriani, cum terra ad eam pertinente, et decimas militum suorum, secundum quod in carta quam inde habent continetur. Ex dono Gilleberti, filii predicti Theobaldi, ecclesiam Sancti Marcelli cum terra ad eam pertinente, que sui patrimonii erat. Ex dono Rogerii de Rim (*sic*), terram et decimam quandam, cum uno homine, Hugone nomine, quem dedit in additamentum predicte ecclesie, et cum silva ipsius Hugonis, quam ipse Hugo postea dedit memorate ecclesie Sancti Petri. Ex dono Willelmi filii Osberni et Rogerii filii Rogerii de Monte Gomerio, terram de Monticulo super fluvium Andele. Ex dono Godefridi et Radulfi filii Dastin., Mainnillum Dastin. . Ex dono Ricardi de Morei, terram unius vavassoris, nomine Gaufridi Fortis, in Grimboldi Villa, et decimam unius fori et terram cujusdam clerici. Ex dono illius de Mainotmere, duos plenos hospites, terram scilicet XL. agrorum in villa Wanescroti. Ex dono Rogerii de Bello Monte, decimam unius gort de Bello Monte. Ex dono Willelmi marchionis, impetrante et concedente Hugone de Monte Forti, libertatem omni terre Sancti Petri Rotoville omnium tributorum, servitiorum, censuum. Ex dono Rogerii de Bello Monte, concessione Roberti et Henrici filiorum suorum, ecclesiam de Cumbun et ecclesiam de Sancta Oportuna cum terris et decimis ad eas pertinentibus et cum duabus masuris terre et cum omni eo quod Hunfridus presbiter ex dono ipsius Rogeri ibi possidebat. Ex dono ejusdem Rogeri, secundum tenorem carte ipsius, quicquid habebat in Salernia, in terris et silvis et molendinis et hominibus et omnibus consuetudinibus, concessione Roberti comitis Mellenti filii sui, exceptis his que

Sancto Leodegario dederat. Ex dono ipsius Roberti comitis Mellenti, omnes libertates quas cum banlewia et utlach et hanfar. et incendio dedit ecclesie [a] Pratellensi et monachis, secundum quod in carta quam inde habent determinatum est. Ex dono ejusdem Roberti comitis Mellenti, ecclesiam et decimam tocius ville que dicitur Boscus Goieth cum XXX^tu agris terre, concessu Roberti principis Normannie. Ex dono Rogerii de Bello Monte et filiorum ejus, concessu regis Willelmi filii Roberti marchionis, q[u]inque hidas terre in villa de Orlaveschota et decimas de Moritona et de Nortona, de Withchericha et de Herborbiria. Ex dono predicti Willelmi regis, terram Alfelmi et Walverici de Watintona, quinque hidas terre in Estona cum ecclesia et sepultura tocius villa, pro villa de Sancto Clero quam acceperat de abbatia Sancti Petri et dederat Roberto comiti Moritonii fratri suo. Ex dono Arnulfi de Hesdinch, ecclesiam de Neweberi et decimam tocius redditus vel exitus ville de Molendin., de theloneo et de omni re que decimari potest, et unam hidam terre, et domum presbiteri liberam ab omni censu et consuetudine et servitio, concedente rege Willelmo. Ex dono Hugonis filii Willelmi vic[ecomitis] Dive, terram Ingelberti in Rodovilla et decimam hominum suorum de Warinvilla. Ex dono Anschetilli filii Saffridi Campiniaci, terram unius hospitis plenarii, nomine Johannis del Buissun, in Turvilla. Ex dono cujusdam balistarii Rogerii de Bello Monte, beneficium quod tenebat de eodem Rogero in Mainnillo Ysembardi. Ex dono Hersendis, uxoris Ribaldi de Osmundi Villa, et Roberti filii sui, decimam quam habebant in Martini Villa, tam de suo dominio quam hominibus suis, scilicet duas garbas. Idem fecit Ricardus de Luisores de terra quam habebat pro filia prefati Ribaldi. Ex dono Arnulfi Pinel, terram quam habebat apud Malmuncel annuente domino suo Turgiso episcopo Abrincensi. Ex dono supradicti Roberti comitis Mellenti, ecclesiam et decimam de Cherlentona et manerium de Tostes cum pertinentiis suis, habendum et tenendum libere cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut rex Willelmus et ipse comes illud melius et liberius tenuerunt. Item ex dono ejusdem comitis, rege Henrico annuente et confirmante, manerium de Postesberi ita libere sicut predictum tenendum. Ex dono ipsius regis Henrici, feiriam trium dierum in villa Bosci Giet, ita libe-
ram sicut ipse rex suas habebat. Item ex dono et concessione ipsius regis Henrici, quod predicti monachi de Pratellis habeant et teneant omnia sua bene et in pace, et libere et honorifice, sicut melius tenuerunt tempore patris sui, et quod omnes dominice res eorumdem monachorum quas poterunt monstrare esse suas sint quiete de omni theloneo et consuetudine et passagio, sicut res monachorum de Fiscanno et de Cadomo et de aliis abbatiis de dominio suo. Ex dono Henrici comitis de Ware-

[a] *Au-dessus de ce mot, au XIII^e siècle, on a écrit :* abbatie. (*Note de M. Delisle.*)

wich, villam de Warmintona liberam cum omnibus consuetudinibus suis, sicut eam in dominio suo habebat, exceptis birvitis que appendebant illi manerio. Ex dono Rogeri del Esprevier, concessione mea et ex dono patris sui, terram quam dederunt eis in Esturvilla. Ex dono Gualeranni comitis Mellenti, concessione Roberti filii sui et Agnetis uxoris sue et assensu meo, decimam septimanam tocius redditus Pontis Audomari, liberam et quietam sicut idem comes novem septimanas habebat. Ex dono Roberti comitis Mellenti, pro anima H. regis filii mei, duas quadrigas in Brotona ad consuetudinem forestariorum, et unam quadrigam cum uno equo et duobus hominibus ad consuetudinem forestarii et ad sequendum gloarios suos per eandem forestam, secundum quod in carta ejus continetur. Item ex dono ejusdem comitis, unam mansuram in loco convenienti ad servientem illorum hospitandum, qui erit quietus de eo quod emerit ad comedendum et bibendum et habebit liberam consuetudinem mortui bosci. Item ex dono ejusdem, decimam septimanam piscature Rille, ita liberam et quietam habendam sicut ipse novem alias habet, et quietantiam ab omni taillia, quam jamdictus comes de Mellent eis dedit de omni terra sua quam ipsi de eo et de antecessoribus suis tenent, et omnes alias quietantias et libertates quas idem comes et antecessores sui predicte ecclesie et monachis concesserunt, sicut carta ipsius comitis de Mellent quam inde habent testatur. Quare volo et firmiter precipio quod supradicta abbatia Sancti Petri de Pratellis et monachi in ea Deo servientes omnia predicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et decimis et redditibus et terris, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis et turbariis et mariscis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Waltero Rothomagensi archiepiscopo, H. Dunelmensi et H. Baiocensi episcopis, H. Covintrensi electo, Roberto Filio Willelmi archidiacono de Notingeham, Johanne de Constanciis archidiacono Oxenefordie, comite Willelmo de Mannevilla, Willelmo comite de Saresb[eria], Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulphi seneschallo Normannie, Willelmo de Mara, Alveredo de Sancto Martino, Gilleberto Filio Reinfr[edi].

Apud Cadomum.

DCLXXVI

Delisle, n° 484.

1185–janvier 1188. — Caen.

Confirmation de droits d'usage de l'abbaye de Préaux dans la forêt de Brotonne.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Préaux, XIII^e^ s.; Archives de l'Eure, H 711, fol. 29.

Round, n° 353.

Souscription de Hugues de Nonant, évêque élu de Coventry depuis 1185, sacré le 31 janvier 1188.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis [a], et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse subscriptam rationabilem donationem, quam Robertus comes Mellenti fecit ecclesie Sancti Petri de Pratellis et monachis ibidem Deo servientibus pro anima Henrici regis filii mei et animabus antecessorum suorum et salute sua et uxoris sue et filiorum suorum, concessione et assensu Waleranni primogeniti sui, de duabus quadrigis in Brotona, quas dedit eis et concessit et carta sua confirmavit habendas ad consuetudinem forestarii, ut scilicet quicquid forestarius de consuetudine in ea accipere debet, hoc idem monachi accipiant, et hee due quadrige ad abbatiam Pratelli predictam consuetudinem deferent, ita quod in [in]firmaria (?) Pratelli ex ea consuetudine ignis convenienter habeatur. Ex donatione ejusdem comitis unam quadrigam in eadem foresta cum uno equo et duobus hominibus ad eandem consuetudinem forestarii et ad sequendum gloarios comitis; et quicquid eis supererit illi quadrige accipere licebit, videlicet in branchis et in furcis preter grossum arboris, ita quod gloarii vel forestarii vel riparii vel viridarii comitis vel alii ministri hanc consuetudinem nullo modo diffortiare possint vel impedire. Hec autem quadriga ad ripam Secane ligna deferet et extra lignaria comitis deponet, et inde ad abbatiam per aquam deferantur libere et quiete ab omni exac-

[a] justiciariis *B.*

tione et consuetudine, ab alia tamen nave quam a consuetudinaria nave comitis; et si gloarii in foresta non fuerint, vel defensione comitis vel suorum vel aliqua causa, unaquaque septimana pro consuetudine istius quadrige unam fagum in loco competenti per manum forestarii accipient, et pro defectu forestarii inde non disturbentur, ita quod has consuetudines et libertates libere et quiete in perpetuum possideant, solummodo ad proprios usus ejusdem domus, sine alicujus mercimonii exercitio, secundum quod in carta comitis continetur, ita quod nullus suorum eos inde vexare vel inplacitare presumat aut aliquam molestiam inferre. Ex dono ipsius comitis unam mansuram in loco convenienti ad servientem illorum hospitandum, qui erit quietus de hoc quod emerit ad comedendum et bibendum, et habebit liberam consuetudinem mortui bosci, ita quod homo ille qui ex parte monachorum custodierit ligna eorum ad ripam faciet comiti juramentum quod non patietur dampnum suum. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia Sancti Petri de Pratellis et monachi in ea Deo servientes omnia predeterminata habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus prescriptis et prenotatis libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut memoratus comes Mellenti Robertus concessit eis et dedit, et sicut carta ejus testatur.

Testibus : Waltero Rothomagensi archiepiscopo, H. Dunelmensi et H. Baiocensi episcopis, H. Convintrensi electo, comite Willelmo de Mannevilla, Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulphi seneschalo Normanie, Alveredo de Sancto Martino, Willelmo de Mara.

Apud Cadomum.

DCLXXVII

Delisle, n° 485.

1185–janvier 1188 — Caen.

Confirmation de diverses donations faites à l'abbaye de Préaux.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Préaux, XIII^e^ s.; Archives de l'Eure, H 711, fol. 27 v°. — *C.* Copie du même cartulaire, XV^e^ s.; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., 1920, fol. 20.

Round, n° 352.

Souscription de Hugues de Nonant, évêque élu de Coventry, élu en 1185, sacré le 31 janvier 1188

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis [a], vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbatie Sancti Petri de Pratellis et monachis ibidem Deo servientibus subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas : Ex dono Alani Pincerne, concessione Roberti comitis Mellenti, C. solidos Andegavensium in stallis Pontis Audomari, quos Gualerannus, pater ipsius comitis, eidem Alano dederat pro servitio suo. Ex dono Hugonis Villani, concessione prefati comitis, quicquid habebat in villa de Cheorleton, que est juxta Pesteberi [b], in terris et hominibus, in aquis et pratis et pascuis, cum omni eo quod habebat consuetudinis in nemore quod est ibidem, salvo servitio ipsius comitis. Ex dono Rogeri de Portis, concessione Radulphi et Willelmi filiorum suorum, terram XV. acrarum apud Mesnillum Othonem, quam terram Godefridus de Combonio possedit et predicte abbatie donavit habendam et possidendam in perpetuam elemosinam, que determinatur in carta ipsius Rogeri. Quare volo et firmiter precipio quod memorata abbatia Sancti Petri de Pratellis et monachi in ea Deo servientes omnia predicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Waltero Rothomagensi archiepiscopo, H. Dunelmensi et H. Baiocensi episcopis, H. Covintrensi electo, comite Willelmo de Mannevilla, Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulphi senescallo Normannie, Alveredo de Sancto Martino, Willelmo de Mara.

Apud Cadomum.

DCLXXVIII

Delisle, n° 486.

1185–janvier 1188. — Cherbourg.

Charte par laquelle Henri II fonde la maison de lépreuses de Quevilli.

A. Original perdu.

[a] justiciariis *B.* — [b] *ou :* Postebery. – « In episcopatu Salisberiensi ecclesias Sancti Michaelis de Estona, Sancti Nicolai de Neuberia, Sancte Marie de Posteberia, Sancti Michaelis de Cerlentonia. » *Confirmatio Alexandri pape*, fol. 1. (*Note de M. Delisle.*)

B. Copie moderne; Bibliothèque nationale, ms. latin 10057, fol. 223 v°, utilisée par M. Delisle. — *C.* Inspeximus au Public Record Office, Norman Rolls, lettres patentes de Henri V, 7ᵉ année, 2ᵉ partie, n° 36, indiqué dans *a*.

a. Monasticon Anglicanum, t. VI, vol. II, p. 1115; d'après *C;* copie partielle; nous n'avons pas pu collationner cet inspeximus.

Souscription de Hugues, évêque élu de Coventry, 1185-31 janvier 1188.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum[a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me dedisse in liberam et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum, et presenti carta mea confirmasse feminis leprosis de Quevilli clausum meum domorum mearum de Quevilli, ubi mansionem suam construxi, et CC. libras Andegavensium ad victum et vestitum earum in vicecomitatu Rothomagensi per annum, scilicet C. libras ad festum Beati Michaelis et C. libras ad Pascha, donec eas ipsis assignavero aliunde percipiendas in terris vel in redditibus ecclesiarum, et pratum de Quevilli quod Martinus de Hosa essartavit, et pasturam bestiarum suarum in foresta, et quietanciam de pasnagiis porcorum suorum, et in eadem foresta quod necesse fuerit eis in clausulo suo ad focum suum et ad domos suas reficiendas, et quietanciam per terram et per aquam de omnibus rebus suis et de modiatione vinorum suorum, et theloneo et passagio et paagio et pontagio, et de focagio et taillagio, ipsis et hominibus suis. Quare volo et firmiter precipio quod omnia predicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, eum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus [suis. Et] si quis de heredibus meis vel aliquis alius hanc elemosinam infringere presumpserit, maledictionem omnipotentis Dei et meam incurrat[1].

Testibus : Walterio Rothomagensi archiepiscopo, Henrico Baiocensi, J. Ebroicensi episcopis, H[ugone] Covintrensi electo, Roberto archidiacono de Notingham, Willelmo de Humetis constabulario, Ricardo de Humetis filio suo, Guillelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Hugone de Cressi, Rogero d'Estouteville[2], Alveredo de Sancto Martino.

Apud Cesaris Burgum.

[a] Anglie, Normannie, Aquitanie, Andegavensis *B.*

[1] Formule insolite. — [2] Forme rajeunie, qui étonne dans un acte de Henri II.

IMPRIMERIE NATIONALE.

DCLXXIX

Delisle, n° 487.

1185-janvier 1188. — Cherbourg.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Lessai.

A. Original jadis scellé sur cordonnets; Archives de la Manche, H 4608.

B. Copie d'après le Livre Blanc de Lessai; Bibliothèque nationale, ms. latin 10071, fol. 89. — *C.* Vidimus au Trésor des Chartes; Archives nationales, JJ 64, fol. 98, n° 177.

a. Gallia Christiana, t. XI, col. 234, d'après le cartulaire de Lessai. — *b. Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. II, p. 1080. — *c.* Fragment; *Placita de quo warranto, Rolls of the Assises held in the Channel Islands*, 1309, p. 242.

Round, n° 927.

Souscription de Hugues de Nonant, évêque élu de Chester ou de Coventry, élu en 1185, sacré le 31 janvier 1188.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, sunescallis[a], vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte Trinitatis de Exaquio et monachis ibidem Deo servientibus omnes rationabiles donationes subscriptas sibi factas et cartis donatorum confirmatas : Ex dono Turstini Haldup et Eudonis filii ejus, et concessione et confirmatione Roberti de Haia et Murielis uxoris sue et Ricardi et Radulfi filiorum eorum, in villa Sancte Opportune, in qua sita est prefata ecclesia, totam partem quam prefatus Turstinus et Eudo filius ejus ibi habebant in ecclesiis et terris et silvis, in aquis et molendinis, in piscariis et salinis, et in villa de Fanulleriis totam partem que fuit Adelais de Balte, et silvam que appellatur Cavilliacum, cum omnibus terris, et molend[inum] cum aqua et cum molta de manerio de Crienciis, exceptis tantum servientibus suis, et omnia que ad prefatam silvam pertinent, sicut ipsi eam habebant, et quicquid habebant in Orevilla et in Awarevilla, et in omnibus mainillis ad Orevillam pertinentibus, cum eccle-

[a] *sic A.*

sia et omnibus aliis pertinentiis, et ecclesiam Sancte Marie de Porbail cum omnibus pertinentiis; et partem suam in ecclesia Sancti Georgii de Tummevilla cum elemosinis et decimis et omnibus exitibus ejusdem manerii; et totam partem suam in ecclesia Sancti Johannis de Turgisvilla cum pertinentiis; et ad Longam Famem terram ad unam carrucam et rectam decimam omnium exituum; et ecclesiam de Conneis, cum elemosinis et rectis decimationibus omnium exituum ejusdem manerii; et terram ad unam carrucam et unum vavassorem cum hoc quod tenet in eadem villa; et in Bosevilla in Plano et in Apavilla et in Osouvilla et in mainnillis ad Apavillam pertinentibus, quicquid ibi habebant in ecclesia, in terris, in silvis et in omnibus aliis pertinentiis; et duas dimidias piscarias in Unva que est juxta Hulmum; et partem suam ecclesie Sancti Georgii cum pertinentiis suis; et ecclesiam Sancte Susanne cum elemosinis; et ecclesiam Sancti Ermelandi juxta Plesseium, et omnes alias ecclesias suas de Bauteis. Et rectam decimationem intra parcum et extra illius foreste de Plesseio, de pannagiis, de veiculo, de venatione et de omnibus lucris que ibi fiunt aut fient de molendinis, piscariis, exitibus et nutrimentis; et extra parcum omnibus bestiis et porcis monachorum, et animalibus servientum eos custodientium pastum et pasturam; et si infra parcum mittuntur porci ad pastum, habeant monachi in eodem parco C. porcos, a festivitate Sancti Martini usque ad quadragesinam quietos; et si ibi non mittuntur porci deforis ad pannagium, tamen habeant monachi L. quietos usque ad predictum terminum, cum eisdem consuetudinibus in nemore de Folleia; et extra parcum ligna ad ecclesiam et domos suas, et omnia necessaria sua in eadem foresta, et homines animalia sua custodientes similiter; et in eadem foresta partem quandam per loca et divisas quas inde habent determinatas in cartis, cum omnibus terris et pertinentiis, sicut prefati donatores habuerunt; et terram trium famulorum in Balteis, scilicet Ravanoti et Wimundi porcarii et Sarraceni, quam ipsi de eis tenuerunt; et rectam decimam partis sue de manerio Plesseii de omnibus exitibus. Et ecclesiam de Crienciis cum omnibus pertinentiis suis, et unum vavassorem cum terra sua, et in eadem villa terram ad duas carrucas et tres salinas et I. piscariam in mari, et terram duarum bercariarum, quam pastores tenent, et VI. suburbanos cum alodiis suis, et de theloneo ejusdem ville LX. solidos, et in maresco de Cressoneres VI. acras terre, et rectas decimas de omnibus exitibus manerii de Crienciis. Et in nemore de Fulleia rectam decimam de omnibus exitibus, cum omnibus consuetudinibus quas habent in nemore Plesseii, et decimam molendini de Folleia et de piscariis; et ecclesiam Sancti Georgii de Roca cum pertinentiis suis; et ad Montem Catonis terram ad unam carrucam; et decimam molendinorum et piscariarum et omnium exituum illius manerii; et ecclesiam de Argenci cum pertinentiis et rectis decimis exituum ejusdem manerii, et terram ad duas carrucas,

et partem suam de ecclesia Sancti Phil[ippi] de Valseio, et ea que Hugo de Valseio ibidem tenuit de ipsis; et partem quam habebant in ecclesia Sancte Marie apud Martrinné cum pertinentiis suis; et id quod Hugo de Valseio ibidem de eis tenuit; et partem quam habebant in ecclesia de Coisneriis cum pertinentiis suis, et terram ad unam carrucam, et de his omnibus rectam decimam omnium exituum. Item ex dono Roberti de Haia, ecclesiam Sancti Martini de Eudonvilla, et terram Pippini liberam et quietam ab omni servicio et auxilio; et ecclesiam Sancte Marie de Ansgovilla cum decimis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus; et ecclesiam Sancti Martini de Brittevilla; et decimam molendinorum de Bertauvilla et de Eudonisvilla; et ecclesiam Sancti Nicolai de Monte Acuto; et decimam molendinorum de Foliata; et ecclesiam Sancti Quirini de Plesseio. Item ex dono prefati Roberti de Haia, in Anglia, ecclesiam de Boxgrava cum pertinentiis suis; et ecclesiam de Brotebi, et quicquid habebat in ecclesiis de Risum et de Bellinges et de Subroc et de Suavatone, cum omnibus pertinentiis suis, excepto eo quod monachi de Acra habent in ipsa ecclesia de Suavatone; et ecclesiam de Callatona, et totam decimam denariorum suorum de maneriis suis [de] Brotebi et de Felingeham et de Rison et Suavatona et Suttona et de Lutona et de Scortona, et unam bovariam terre apud Brotebi; apud Boxgravam, II. hidas terre et dimidiam circa ecclesiam de Boxgrava, et omnem decimam ipsius parrochie, et totam decimam gablorum suorum de Natali de eadem parrochia, et decimam sui nemoris in passone et venditione; et in eodem nemore dedit monachis in eadem ecclesia morantibus ignem et materiam ad omnia edificia sua et opera, et passon porcis suis, et pasturam ad omnia animalia sua. Dedit etiam ecclesiam Sancti Petri de Hauntonete, et terram et decimam que ad eandem ecclesiam pertinent; et ecclesiam Sancti Leodegarii de Honestan; et ecclesiam de Brideham; et ecclesiam Sancte Marie de Waborgotona; et ecclesiam Sancte Marie de Berneham; et ecclesiam Sancte Katerine que est sita super fluvium Tamisie; et ecclesiam Sancti Georgii de Bautona; et ecclesiam de Tadeam; et terras et decimas que ad easdem ecclesias pertinent. Dedit etiam illam mensuram frumenti que vocatur cherchet de omnibus maneriis suis, cum ecclesiis et decimis. Ex dono Ricardi de Haia, decimam frumenti sui et avene de Britevilla. Ex dono Renaldi de Aurea Valle, ecclesiam Sancte Helene cum decimis omnibus ejusdem ville, et terras et elemosinas eidem ecclesię pertinentes, videlicet clausum quod vocatur Vinea, et totam partem launde quam dedit Robertus Baumer[a] juxta Turcutivillam, et totam decimam de omnibus redditibus totius silve suę, et pannagium porcorum monacorum in eadem silva quietum, et ligna ad materiam ad edificia et

[a] *L'original porte :* Baum., *surmonté d'un signe d'abréviation.*

necessaria monachorum; et pasturam de Aureavalle communem omnibus animalibus monachorum, cum animalibus domini, et sagrimentum; et in Gerevilla, II. acras terre; et in Litearia I. acram, et decimam ferie Aureevallis, et dimidium dominium ecclesie de Hugevilla, et alteram medietatem, quam Rogerius filius Episcopi cum Roberto de Haia dedit; et Rogerium de Monasteriis, cum terra sua, id est III. acras, et terram Pagani juxta clausum ad ipsum clausum, et terram Hersendi et Amioti, et clausum Leeceline cum domo sua. Ex dono Hugonis, filii ejus, dimidiam ecclesiam Sancti Laudi de Horevilla, cum elemosinis et decimis illius ecclesię, et decimam trium molendinorum, II$^{\text{orum}}$ de Aureavalle et unius in Baltesio. Et terram de Rokeverel, liberam et quietam ab omni servicio et auxilio. Ex dono Roberti Baumeri, unum vavasorem cum terra sua. Ex dono Roberti filii ejus, in Asembervilla, terram reddentem unum quartarium frumenti, et in Baltesio predicti Renaldi I. acram terre juxta terram Balmeri, et omnia que idem Renaldus dedit, et omnia que de calengiis suis relaxavit infra burgum Exaquii, et in vicinia tota et in aliis locis et villis eidem Renaldo pertinentibus, libera et quieta, sicut carta ejus dividit et testatur. Ex dono Willelmi de Aurea Valle, molendinum Sancte Oportune, cum omnibus consuetudinibus et molta et omnibus rebus que ad illud molendinum pertinebant, et partem ecclesię Sancte Oportune. Ex dono Guillelmi de Abrincis, quartam partem ecclesie Sancti Salvatoris, cum capellaria sue domus, et XX. et VI. acras terre, et dimidiam decimam sui molendini, cum aliis minutis decimis, et hominibus ejusdem elemosine communem pasturam et focum sicut suis. Ex dono Jordani de Campo Arnulfi et Willelmi de Rollos et Willelmi de Ponte et Clarembaldi de Girartot et Ricardi de Rollos, quicquid habebant in ecclesia Sancti Sansonis de Guiefossa, et in eadem villa ex dono Gaufridi Ovremer III. acras terre liberas et quietas ab omni servicio et auxilio, et I. masnagium et terram eidem pertinentem. Ex dono Willelmi et Ricardi de Pirou, et ex concessione et confirmatione heredum eorumdem Radulfi (?) de Pirou et fratrum ipsius, Gaufridi, Rogeri et Stephani, ecclesiam de Pirou et decimam totius ville in garbis et molend[inis] et omnibus aliis que contigerit decimari, et XLIIII$^{\text{or}}$ acras terre, et brociam de juxta laundam, et I. piscariam in mari, et decimam anguillarum, et terram in qua monachi edificaverunt domos suas, et ortos, et pratum de Broc et pratum de Mela, et I acram terre juxta crucem, et acram quam Robertus filius Osmundi et virgatam terre quam Giroldus de Pirou donaverant monachis; et preterea concessionem et confirmationem quam Radulfus filius et heres Ricardi de Pirou et fratres sui fecerunt, videlicet ut in voluntate sit abbatis de Exaquio et sui conventus predictas decimas et cetera beneficia ad abbatiam deferre et expendere, et quemcumque custodem voluerint ad Pirou suarum rerum, seu monachum seu

alium, habere, et talem quietanciam in molta qualem carta dividit. Ex dono Rogeri de Albinneio et Guillelmi patris ejus, ecclesiam de Folgeriis, cum decimis et elemosinis eidem pertinentibus, et partem ecclesie de Guiefossa, quam Osmundus clericus tenuit, cum pertinentiis suis, et totam terram illam quam idem Osmundus tenuit in Kercavilla et in Francavilla, et LXIIII^or^ acras terre in Livervilla, et quicquid filii Ranulfi Espec tenuerunt de honore Albinneii in Alno et in Astella, sive in ecclesia sive in terra, et decimam ferie Sancti Christofori et de foro Albinneii, et in Ma[r]chesis I. hortolanum cum terra sua, et quicquid Aiscia uxor predicti Rogeri dedit in Monte Fameloso et in Mesnillo Ogis. Et ex dono ejusdem et Anschetilli de Cleiis et Roberti filii ejus, et Aeliz filie ipsius Roberti, ecclesiam Sancti Patricii de Cleiis, et ecclesiam Sancte Margarite de Baudrevilla, et ecclesiam de Porbail, cum omnibus decimis et elemosinis eidem pertinentibus de honore Albinneii, et libertatem et quietanciam ab omni servicio et redditu, sicut carta donatoris testatur, silicet in terra de Monte Catonis et in quadam terra apud Criencias. Ex dono Willelmi de Bricevilla, dimidium molendinum de Matun, et ex dono Thome, filii ejus, ecclesiam de Alno, cum omnibus decimis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, et unam acram terre in Alno, et alteram in Verleio, et partem quam habebat in piscaria de Matun. Ex dono Ricardi de Rollos, totam decimam de terra sua de Francavilla, et quicquid habebat in ecclesia de Guiefossa, et quicquid Thomas de Bricevilla et Willelmus de Aurea Valle et Robertus de Verleio cum Roberto filio suo et Gaufridus Esturmi cum Radulfo filio suo dederunt in ecclesia de Verli, cum terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, et ecclesiam de Waringebec, quam Ricardus de Haia et Matildis uxor sua dederunt, cum decimis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus. Ex dono Roberti de Monasteriis, et filiorum ejus Willelmi et Hereberti, ecclesiam de Surevilla et ecclesiam de Glatinneio, cum decimis et elemosinis eisdem ecclesiis pertinentibus, et XII. acras terre in Glatinneio; et quicquid Jordanus de Barnevilla, ex dono patris sui et matris sue, concessit et confirmavit, scilicet totum feudum I. vavasoris in Britevilla, et quandam terram in Gerseio III. quartaria frumenti reddentem; et confirmationem quam Robertus Bertrammus fecit de elemosina de Sotewast, quam, sicut pater suus de omnibus serviciis et auxiliis liberam et quietam esse concessit, ita ipse ab omni servicio et auxilio ad summum dominum terre pertinente in perpetuo acquietare concessit et confirmavit; et ex dono Radulfi de Sotawast, ecclesiam de Sotawast. Et ex dono Willelmi de Ansnevilla, ecclesiam [de] Ansnevilla apud Sarnes, et quandam domum juxta cimiteriem, et totum mariscum a cimiterio usque ad aquam Sare. Et ecclesiam de Witsel, et ecclesiam de Peretot, cum pertinentiis suis. Et ex dono Godefredi de Bussone, ecclesiam Sancti Martini de Grouvilla in Gerseio. Et ex dono Ricardi fratris Willelmi Avenel, III. acras

terre in Herevilla et aliam terram. Et ex dono Rogeri Foliot, concedente Ricardo de Wavilla, ecclesiam de Osmunvilla. Et ex dono Willelmi de Marcheio, mesuram Pantof in Crienciis. Et ex dono Engolgerii de Bohon, dimidium miliarium anguillarum apud Bohun. Et conventionem quam fecerunt Willelmus de Sancto Johanne et Robertus frater ejus et Oliva uxor Willelmi, de prioratu Boxgrave, cum omnibus pertinentiis suiis, sicut cirographum determinat et testatur. Et ex dono Gilleberti de Campaus, II. garbas de terra quam tenet in Verleio, de feudo de Liteare. Et ex dono Simonis de Verleio, duas garbas de terra sua. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia et monachi in eadem ecclesia Deo servientes habeant et teneant omnes prenominatas donationes bene et in pace, et quiete, integre, plenarie, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eas pertinentibus, in ecclesiis et decimis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et in piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et rebus ad eas pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Johanne Ebroicensi episcopo, Henrico Baiocensi episcopo, Hugone de Nunaunt electo de Cestre, Roberto de Novoburgo decano Rotomagensi, Willelmo de Humet constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Roberto archidiacono de Notingaham, Alvredo de Sancto Martino, Seero de Kenci, Hugone de Cressi, Thoma Bardolf, et multis aliis.

Apud Cesarisburgum.

DCLXXX

Delisle, n° 488.

Janvier 1188 (?). — Alençon.

Concession du prieuré de Coventry à Hugues de Nonant.

A. Original perdu.

B. Copie dans un Registre de Lichfield, cité par le Rév. Eyton, qui donne, p. 284, les souscriptions de l'acte. Nous n'avons pas pu retrouver ce document.

D'après M. Eyton, p. 284, Baudouin, archevêque de Cantorbéry, et Hugues de Nonant, évêque élu de Chester, retournèrent en Angleterre vers le 27 janvier 1188, et c'est le 31 janvier que Hugues reçut la consécration des mains de l'archevêque. M. Eyton admet que Henri II a dû passer par Alençon avant de s'embarquer pour l'Angleterre, et que, par suite, l'acte dont il donne l'indi-

cation peut être daté de janvier 1188; cette conjecture doit être prise en considération, quoiqu'elle laisse place au doute.

[Testibus :] B., Sancti Angeli diacono cardinali et Apostolice Sedis legato, B. Cantuarie archiepiscopo, Radulfo archidiacono Hereford., Willelmo de Sancte Marie Ecclesia clerico de Camera.

DCLXXXI

Delisle, n° 332.

Juin 1184–juillet 1188. — Westminster.

Confirmation des donations faites à l'abbaye de l'Ile-Dieu par Renaud de Pavilli et d'autres donateurs.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin; Archives de l'Eure, fonds de l'Ile-Dieu, H 353. — PHOTOGRAPHIE.

Cette pièce, à la table, a été datée de 1174 ou 1175, et cette date ne peut pas lui convenir. Elle porte, en effet, la souscription de Pierre, évêque de Saint-David, *Menevensis episcopus*, qui fut consacré le 7 novembre 1176 et mourut en 1198. Elle a aussi pour témoin Jean, trésorier de Lisieux; il s'agit de Jean de Coutances, neveu de Gautier de Coutances; ce Jean a été trésorier de Lisieux depuis 1182, et M. Delisle signale (Introduction, p. 394) une pièce qui doit être au plus tôt de 1184, et dans laquelle il porte encore son titre de trésorier de Lisieux, quoique à cette époque il fût déjà archidiacre d'Oxford. L'erreur de date commise à la table provient sans doute de ce que, dans la liste des évêques de Saint-David, on aura confondu les dates d'épiscopat de l'évêque Pierre avec celles de son prédécesseur. Hugues de Morwic, un autre témoin de l'acte, est cité par M. Delisle aux dates de 1182, 1184 et 1185; il a dû mourir vers 1190 (Introduction, p. 392). On remarquera enfin que Henri II a quitté l'Angleterre au commencement de mars 1182, pour n'y rentrer qu'en juin 1184; pendant cette période, il n'a pas pu dater un acte de Westminster; de même, il a été sur le continent de juillet 1188 jusqu'à sa mort; la présente charte paraît donc avoir été rédigée entre juin 1184 et juillet 1188.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et ministris et omnibus fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et canonicis Beate Marie de Insula Dei subscriptas donationes que eis rationabiliter facte sunt et cartis

donatorum confirmate, scilicet, ex dono Reginaldi de Paveilli, medietatem totius Cherletonie ville sue, in hominibus et in bosco et in plano et in omnibus que ipse ibi possidet, salvo capitali masagio suo, et salva una marca argenti quam abbas [Sancti Georgii]... [a] habet. Concedo etiam eis et confirmo Sewale cocum et Godwinum de Haword., cum redditu quem ipsi Reginaldo debebant, et decimam denariorum redditus ipsius de medietate Cherletonie, quam retinuit in manu sua, et decimam molendini sui de Ponte Aldemar[i], et decimam denariorum de redditu de Westbir., et ejus pertinentiis, et similiter de Chipeham. Item ex dono Aldulfi de Braceio, universam decimam molendinorum suorum, quicquid reddant, et decimam reddituum vavasorum suorum, et decimam bordariorum suorum et illorum qui ad nummos tenent, et decimam panum et caponum et gallinarum et ovorum ad redditum pertinentium; et preterea XX. minas avene in feodo Gaufridi Pice apud Greuvillam, et totum feodum Willelmi de Haia, fratris sacerdotis, et feodum Roberti le Meiteer, et feodum Hunfr[ed]i de Malo Alneio, libere et quiete; et in feodo Radulfi Gardin X. solidos apud Bornebuch, et XL. acras terre in monte de Roivilla, et si ibi non sunt, alibi convenienter complebit. Quare volo et firmiter precipio quod memorati canonici omnia supradicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Petro Menevensi episcopo, Johanne Lexoviensi thesaurario, Willelmo de Sancte Marie Ecclesia, Hugone de Mara, Hugone de Morwic, et Hugone Bardulfi senescallo, Gaufrido Filio Petri.

Apud Westmonasterium.

DCLXXXII

Delisle, n° 469 A.

1186 ou 1188. — Woodstock.

Donation d'un manoir anglais à l'abbaye de Stanley, en considération de l'impératrice Mathilde, mère du roi, et de Gilbert, jadis abbé de Cîteaux.

A. Original scellé sur une attache tressée; Public Record Office, Chartes originales de Henri II, *Ancient Deed* n° 6685. — PHOTOGRAPHIE.

[a] *Trois mots illisibles sur la photographie. M. Delisle restitue :* Sancti Georgii.

IMPRIMERIE NATIONALE.

B. Copie du XIII^e^ s.; *Cartæ Antiquæ*, lettre X, n° 22, indiquée par le *Monasticon Anglicanum*. — *C.* Autre copie indiquée par le même ouvrage; Patent Rolls, 2^e^ année de Henri VI, part III, n° 11.

a. Édition partielle et fautive : *Monasticon Anglicanum*, t. V, p. 564. — *b.* Hubert Hall, *A Formula-book of english official historical documents*, part I, Diplomatic documents, p. 22, n° 15.

Hugues, évêque de Lincoln, qui figure ici comme témoin, a été élu le 10 août 1186, et sacré le 21 septembre suivant. Henri II paraît avoir séjourné à Woodstock en 1186 et 1188; la pièce appartient donc à l'une de ces deux années. Elle est, par le fond et la date, étrangère à la France, mais il y est question d'un abbé de Citeaux; c'est probablement pour cette raison que M. Delisle l'a fait entrer dans son recueil.

H., Dei gratia [a] rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, abbati et universo capitulo Cisterc[ii], et omnibus ad quos presens carta pervenerit, salutem.

Noverit universitas vestra quod, cum Deo largiente adeptus fuerim regnum Anglie, repperi quod tempore regis Stephani ablatoris mei multa dispersa fuerant et a dominiis regni alienata, tum in feodis militum, tum in elemosinis ecclesiarum; inter que abbatia de Tame membrum quoddam manerii mei Ferendon[e], quod vocatur Worda [b] tenebat ex dono inimicorum meorum, quod in integrum michi resignavit. Sed quia fuerat religiose domui quoquomodo collatum, ad petitionem imperatricis domine et matris mee et Gilleberti tunc temporis abbatis Cisterc[ii], et coabbatum suorum petitione et assensu, dedi predictum menbrum manerii mei Ferendon[e], Worda [c] vocatum, modo predeterminato ex toto michi resignatum, abbatie de Stanleia [d], que est de fundatione prefate imperatricis domine et matris mee et mea, et monachis ibidem Deo servientibus, cum omnibus rebus et libertatibus et liberis consuetudinibus ad illud pertinentibus, in liberam et puram et perpetuam elemosinam possidendum. Quare volo et firmiter precipio quod eadem abbatia de Stanleia et monachi in ea Deo servientes predictum menbrum manerii mei Ferendon[e], Worda nomine, habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, sicut meam dominicam elemosinam, in bosco et in plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad illud pertinentibus.

Testibus : H. Lincolniensi episcopo, Rogero et Ricardo et Nicolao capellanis meis,

[a] *Ces deux mots ne se trouvent pas dans a.* — [b] Wurda *a.* — [c] Wurda *a.* — [d] Stanlega *a.*

Hugone de Morewich et Hugone Bardulf[i] dapiferis, Radulfo Filio Stephani camerario, Roberto de Witefeld, Michaele Belet.

Apud Wudestoch[am].

DCLXXXIII

Delisle, n° 489.

1172-1173–1189. — Angers.

Confirmation d'un accord conclu entre l'abbaye de Cormeri et le prieuré de Grés.

A. Original perdu.

B. Vidimus de 1331 au Trésor des Chartes; Archives nationales, JJ 66, fol. 31ϑ, n° 766.

Cette pièce porte à la table la date de 1185-1189; jusqu'à plus ample information, nous devons nous contenter d'affirmer qu'elle est postérieure à 1172-1173.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, senescallis, constabulariis, prepositis et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse quietanciam et finem factum inter abbatem et conventum ecclesie Cormeriacensis et priorem et fratres de Gressu, super controversia que inter jamdictos abbatem et conventum et priorem et fratres jamdicti loci vertebatur, de predicto prioratu de Gressu, quem abbas et conventus ad jus et dominium ecclesie sue asserebant pertinere, videlicet quod predictus abbas et conventus omni juri quod in prefato prioratu asserebant se habere omnino renunciaverunt et jamdictum locum, cum omnibus pertinentiis suis, predicto priori et fratribus corumque successoribus in perpetuum possidendum quietum et absolutum absque omni reclamatione concesserunt. Quare volo et firmiter precipio quod predictus finis et quietancia firmiter et inconcusse observetur, sicut carta abbatis et conventus Cormeriacensis, quam prior et fratres de Gressu inde habent, testatur.

Testibus : Rogero, Ricardo, Nicolao, capellanis meis, Willelmo de Sancte Marie Ecclesia, Stephano de Turonis senescallo Andegavie Gilleberto Filio Reinfredi, Herveo preposito Lochensi.

Apud Andegavim.

DCLXXXIV

Delisle, n° 490.

1172-1173–1189. — Angers.

Donation aux Chartreux du Liget des droits que Henri II avait sur Thomas Raier de Beaulieu.

A. Original perdu.

B. Copie du XIV^e^ s. dans le cartulaire du Liget; Archives d'Indre-et-Loire, H 167, fol. 124 v°.

Pièce datée à la table : 1185-1189; on doit se borner à constater qu'elle est postérieure à 1172-1173.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum [a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis [b], vicecomitibus, senescallis, prepositis, et omnibus baillivis et fidelibus suis terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta mea confirmasse domui ordinis Cartusiensis de Ligeto et viris religiosis ejusdem ordinis ibidem Deo servientibus Thomam Raier de Bello Loco, liberum et quietum ad servicium eorum, cum omnibus rebus suis quantum ad me pertinet. Et ideo precipio quod ipsi eum bene et in pace et quiete habeant ad servicium suum, et quod ipse quietus sit et firmam pacem habeat de theloneo, et passagio, et paagio, et talliata, et pannagio, et exercitibus, et auxiliis, et clausturis villarum, et operationibus, et omnibus consuetudinibus que ad me pertinent per totam terram meam. Et prohibeo ne quis ei super hoc vexationem vel violentiam aut gravamen inferre presumat.

Testibus : Willelmo clerico de Camera, Stephano de Turre (*sic*) senescalco Andegavensi, Herveo preposito de Lochis.

Apud Andegavis.

[a] Henricus..... Anglie..... Normannie et Aquitanie..... Andegavensis *B.* — [b] justiciariis *B.*

DCLXXXV

Delisle, n° 491.

1172-1173–1189. — Argentan.

Ordre de maintenir les religieux de Grammont dans la jouissance de leurs revenus et aumônes.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de Normandie, Bibliothèque de Rouen, ms. 1235, fol. 40 v°.

Pièce datée à la table : 1185–1189; tout ce qu'on peut affirmer, c'est qu'elle est postérieure à 1172-1173.

Quelques observations sont nécessaires au sujet de l'année 1189, comme date possible des actes promulgués en Normandie par Henri II.

M. Delisle, dans sa table, a inscrit comme terme final de la date l'année 1189, en tête d'un certain nombre d'actes de Henri II, donnés dans des villes et autres localités de la Normandie. Il y a lieu de s'en tenir, à cet égard, au système qu'il a suivi, mais on doit être prévenu que ces actes normands remontant à la fin du règne doivent être, pour la plupart, au plus tard de 1188. Il se peut, à la rigueur, que tel ou tel d'entre eux soit de 1189; le fait, cependant, est peu probable.

Aucun des historiens de Henri II ne nous apprend qu'il ait, pendant les six derniers mois de sa vie, séjourné en Normandie. Tous sont d'accord à ce sujet : le biographe de Guillaume le Maréchal, l'auteur anonyme des *Gesta regis Henrici Secundi*, Giraud de Barry, Raoul de Diceto, Guillaume de Newburgh, Roger de Howden. Ce qui a pu donner à croire que le roi d'Angleterre a fait alors une ou deux apparitions dans cette province, c'est que le Rév. Eyton, dans son itinéraire, le montre à Montfort vers le mois de mai 1189, et à Savigni le 18 juin suivant (p. 295-296).

Tout naturellement, on est tenté d'identifier ce Montfort avec Montfort-sur-Risle, d'où Henri II a daté plusieurs de ses pièces, et c'est ce qu'a fait M. Delisle (Index des dates de lieu, p. 565; table, article Montfort-sur-Risle, n° 552), mais il n'affirme nullement que l'acte soit de 1189, et le place simplement entre les années 1181 et 1189. Quant au Rév. Eyton, en mettant à cette place un acte daté de Montfort, ce n'est pas à Montfort-sur-Risle qu'il a pensé, mais, selon toute vraisemblance, à Montfort-le-Rotrou, qui n'est pas en Normandie; on le voit, l'acte ne prouve en aucune façon que Henri II ait été en Normandie vers le mois de mai 1189.

Il en est de même de l'allégation relative à Savigni. Le Rév. Eyton dit que, six jours après avoir perdu le Mans, Henri II fut rejoint à Savigni par Geoffroi. Il ne s'agit pas en cette occasion du prince Geoffroi, mort le 19 août 1186; le Geoffroi dont il est ici question est le bâtard de Henri II, naguère évêque élu de Lincoln, alors chancelier, plus tard archevêque d'York, qui a montré à son père vaincu et mourant un si touchant dévouement. Or la localité où Henri II fut rejoint par lui n'est pas Savigni-le-Vieux, au Sud du département de la Manche, où se trouvait la célèbre abbaye

si souvent nommée dans les actes de Henri II, mais bien Savigné-l'Évêque, au Nord-Est du Mans. Giraud de Barry a relaté l'événement dans sa vie de Geoffroy (*Giraldi Cambrensis opera*, t. IV, 1873, éd. Brewer, *De vita Galfridi archiepiscopi Eboracensis*, l. I, chap. IV, p. 368-369). Il nous dit qu'après la perte du Mans, et dès le lendemain, le roi d'Angleterre se retira dans la direction d'Angers; le chancelier Geoffroi, qui s'était d'abord dirigé vers Alençon, rejoignit le roi son père avec cent chevaliers « apud Savingni [1] ». Ce nom désigne évidemment Savigné-l'Évêque, au Nord-Est du Mans, qu'on laisse sur sa droite en se dirigeant de cette ville sur Alençon. On voit que Savigny-le-Vieux, beaucoup plus éloigné du Mans, n'est pas en question ici, et Savigné-l'Évêque n'a rien à voir avec la Normandie.

Nous ne connaissons donc aucun fait prouvant que Henri II ait passé par la Normandie dans les premiers mois de 1189; il luttait à grand'peine contre son fils Richard et contre Philippe Auguste, dans la Touraine, le Maine, l'Anjou; c'est à Chinon que bientôt il allait mourir. Il se peut cependant que ce prince si actif, habitué de longue date à parcourir en tous sens ses États, ait eu, au cours de sa dernière année, l'occasion d'entrer une fois ou l'autre dans son vieux duché, qu'il y ait fait dresser alors quelqu'un des actes que nous avons de lui. Le fait est assez invraisemblable, mais il n'est pas impossible. Je pense donc, avec M. Delisle, qu'on peut laisser la date extrême de 1189 au-dessus de certains actes normands de Henri II, mais il est bien entendu qu'en général ces actes ne sont pas postérieurs à 1188.

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, omnibus ballivis et omnibus fidelibus suis, salutem.

Precipio vobis quod sine dilatione, bene et in pace et integre, faciatis habere fratribus Grandimontis redditus et elemosinas suas que eis date sunt in balliis vestris sicut rationabiliter monstrare poterunt et affirmare super ordinem suum quod habere debeant, et homines suos, qui eis dati sunt, similiter ad servitium suum eos in pace habere faciatis.

Teste meipso.

Apud Argentomum.

DCLXXXVI

Delisle, n° 492.

1172-1173–1189. — Arques.

Sauvegarde pour les lépreux du Mont-aux-Malades.

A. Original scellé.

[1] Outre ce texte, M. Eyton cite à ce propos le *De principis instructione* de Giraud de Barry, distinctio III, cap. 25 (t. VIII, éd. Warner, p. 286 et suiv.); mais ce texte, dans l'édition Warner, ne parle pas de Savigni ou Savigné.

B. Vidimus du xv^e^ s.; Bibliothèque nationale, ms. français 26476, n° 1. — *C.* Copie aux Archives nationales, S 4889, n° 7.

a. Langlois, *Histoire du prieuré du Mont-aux-Malades-les-Rouen*, p. 427, d'après une copie moderne conservée aux Archives de la Seine-Inférieure.

Cette pièce porte à la table la date : 1185–1889; nous sommes certain qu'elle est postérieure à 1172-1173. Quoique Henri II ne semble pas être allé en Normandie en 1189, l'affirmation absolue, à cet égard, doit être évitée.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod ecclesia Beati Thome Martyris de Monte Rothomagi et leprosi ibidem degentes, et omnes redditus et res et possessiones sue in manu et custodia et protectione mea sunt. Et ideo precipio quod ecclesiam illam et leprosos illos et custodes eorum et terras et redditus et homines suos et omnes res et possessiones suas custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut meas proprias, ita quod nullam eis de aliquo molestiam vel injuriam aut gravamen faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis de aliquo forisfacere presumpserit, sine dilatione eis inde plenariam justiciam fieri faciatis. Et prohibeo ne de ullo tenemento quod in dominico suo teneant ponantur in placitum, nisi coram me vel capitali justitia mea.

Testibus: Willermo de Mara, et Roberto de Harecurt, et Alveredo de Sancto Martino.

Apud Archas.

DCLXXXVII

Delisle, n° 493.

1172-1173–1189. — Arques.

Sauvegarde pour les chanoines de Notre-Dame d'Eu.

A. Original perdu.

B. Copie du xiii^e^ s., dans le cartulaire du comté d'Eu; Bibliothèque nationale, ms. latin 13904, fol. 42.

Date donnée à la table : 1185–1189. Nous nous bornerons à constater que l'acte est postérieur à 1172-1173; Henri II ne paraît pas avoir été à l'Est de la Normandie dans les derniers mois de

sa vie, en 1189; cependant le fait n'est pas impossible; nous adoptons la date, malheureusement trop vague, de 1172-1173–1189.

Henricus, Dei gratia rex Anglie et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod ecclesia Beate Marie de Augo et canonici in ea Deo servientes et omnes res et tenure et possessiones sue sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio quod ecclesiam illam et eosdem canonicos et omnes res et redditus et homines suos et possessiones eorum et omnia que ad eos spectant custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut mea propria, ita quod nullam molestiam vel injuriam aut gravamen eis de aliquo faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis de aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam faciatis.

Testibus : Willelmo de Sancte Marie Ecclesia et Alveredo [de] Sancto Martino.

Apud Archas.

DCLXXXVIII

Delisle, n° 494.

1172-1173–1189. — Bonneville-sur-Touques.

Ordre au connétable de Cherbourg d'assurer aux chanoines de Notre-Dame-du-Vœu, à Cherbourg, la jouissance d'une maison et d'une terre que « Preisia » leur avait donnée en cette ville.

A. Original autrefois scellé sur simple queue; Archives de la Manche, fonds de l'abbaye de Cherbourg, n° 1963. — Photographie.

Eyton, p. 253. — Round, n° 949.

Date donnée à la table : 1186–1189. L'acte est postérieur à 1172-1173, ainsi que l'atteste la formule *Dei gratia*.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, constabulario et baillivis suis de Cesaris Burgo, salutem.

Precipio vobis quod sine dilatione plenum rectum teneatis priori et canonicis Sancte Marie de Voto juxta Cesaris Burgum de terra que fuit Preisie apud Cesaris Burgum et de domo quam ipsa eis dedit, quas Willelmus Pichard et uxor Richer[i]

eis difforciant, nisi sit feodum lorice vel burgagium quod valeat plus quam C. solidos per annum. Et nisi feceritis, justicia mea Normannie faciat, ne amplius inde clamorem audiam pro defectu recti.

Teste Hugone Bardulf dapifero.

Apud Bonam Villam.

DCLXXXIX

Delisle, n° 495.

1172-1173–1189. — Bur.

Confirmation des prébendes instituées par Guillaume le Conquérant et par d'autres pour les confrères de la léproserie établie au couvent de Saint-Nicolas de Bayeux.

A. Original perdu.

B. Copie du xv^e^ siècle, dans le cartulaire de Saint-Nicolas de la Chesnaie, léproserie de Bayeux; Bibliothèque de Bayeux, n° 1, fol. 1. — *C.* Copie d'après un vidimus de 1446; Bibliothèque nationale, ms. latin 10064, fol. 17.

Date donnée à la table : 1185–1189. La pièce est postérieure à 1172-1173; il ne semble pas que Henri II soit retourné à Bur après 1188; cependant, le fait n'est pas impossible.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, et omnibus episcopis, comitibus, baronibus, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis de Normannia, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse in perpetuam elemosinam XX. prebendas quas Willelmus illustris rex Anglorum, proavus meus, stabilivit de redditibus suis in civitate Baiocensi, confratribus leprosis in monasterio Sancti Nicolai Baiocensis sub religione viventibus. Sunt autem de prebendis istis IIII^or^ in molendinis Baiocarum, videlicet IIII^or^ modii ordei et nichil amplius. In prepositura ville sunt quindecim prebende ad quas pertinent singulis septimanis IX. solidi et VI. denarii de liberatione stabilita; ad vestimenta vero et calciamenta prebendariorum VI. libre et III. solidi per annum in Natali Domini; ad carnem quoque XV. bacones de lardario meo, vel XLV. solidi de redditibus porcariorum de magna foresta in festo Sancti Andree apostoli; ad salem autem XV. solidi in prepositura ville, et ad coquenda eorum cibaria XV. quarcate lignorum de consuetudine illa que vocatur leingnagium, et ad necessaria sepulture uniuscujusque fratrum quando moritur

IMPRIMERIE NATIONALE.

III. solidi in prepositura predicta. Ad capellam vero Sancti Audoeni de Ponte Isberti, que vigesima prebenda, pertinet parum terre et parum decime ibi prope, et apud Mathoium decima de dominico Sellonis Surdi et participis sui cum omni jure parrochiali, et apud Lion supra mare terra que fuit Roberti presbiteri de Sancto Audoeno, et decima terre que dicitur Terra Monialis, quam Baul.[a] de Clintonia de ea habuit. Ad hoc concedimus eisdem leprosis quandam feriam VII. dierum, cum omni jure ad nos pertinente in prepositura Baiocensi, in festo Sancti Nicholai, nec minus quandam quadrigatam de mortuo bosco et de sicco in silva mea Verneii singulis diebus, et quietanciam et libertatem animalium suorum de porcagio et herbagio in forestis nostris Normannie. Preterea totam terram Ricardi filii Sansonis Baiocensis, et terram Benedicti filii Riguefemme, que duo tenementa venerunt in dominicum nostrum judicio curie nostre pro defectu heredum. Dedimus eciam duas garbas, ad sustentamentum eorum, decimarum illarum apud Aldreium quarum donacio ad nos pertinebat, cum illa parte ecclesie quam Radulfus Osberti habuit de dono Henrici regis, avi mei. Similiter et decimam cum illa parte ecclesie de Maduno quam Arrianus presbiter tenuit de Rogero Salesberiensi episcopo, et Thomas filius ejus de meipso. Dedimus utique ad usus eorum duas garbas totius decime cum terra elemosine ecclesie de Burgesbu, et capellam de Hoga cum omnibus pertinenciis, et mansuram Viret in parrochia Sancti Lupi, quam Matildis regina eis dedit pro inhumandis leprosis, et mansuras ibi prope ubi leprosi manserunt. Hec omnia supradicta de donis antecessorum nostrorum et nostris predictis leprosis concedimus et confirmamus pro salute animarum predecessorum nostrorum et pro remissione peccatorum nostrorum, libera et quieta ab omni servicio et auxilio et omni terreni juris potestate et omni seculari exactione, nisi in sola truncatione membrorum et morte dampnatorum. Concessimus etiam eis fundari ecclesiam in via regia, liberam et quietam sicut dominica capella nostra de castello Baiocensi et capella Sancti Audoeni habentur et tenentur. Et quoniam ad nostram pertinet potestatem pauperibus et miseris jus suum integrum et inconcussum conservare et tenere, quecunque eis collata et concessa sunt libera et quieta sicut prescriptum est similiter concedimus et confirmamus, maxime ea que Philippus Baiocensis episcopus donavit, videlicet quamdam prebendam de L. solidis per annum in prepositura de Ponte Isberti, et duas prebendas in duobus archidiaconatibus inter Auream fluvium et Olnam, utrumque similiter de L. solidis per annum, VII. acras terre in parrochia Sancti Vigoris que fuit dispensariorum. De dono Henrici Baiocensis episcopi, unum sextarium frumenti et IIII. capones et XL. ova de redditu, que Vincencius de Sancto Vigore reddebat ei

[a] Baul., *surmonté d'une abréviation.*

pro servicio VII. acrarum terre et dimidie quas tenebat jure hereditario in cultura que dicitur Bercharia, quam terram Rogerius de Arreio emit a predicto Vincentio, concessione et assensu ejusdem episcopi. De dono utique ejusdem episcopi, reliquum predicte culture usque ad veterem (*sic*) fossatum quo terminatur a parte que est versus Sanctum Martinum, videlicet V. acras terre que appellantur Curcerie, et quandam acram terre que est contigua eidem culture in capite ex parte orientali. De dono Rogeri de Arreio, IIII. acras terre apud Anerias supra mare, quas Philippus episcopus dedit ei pro servicio suo, et X. solidos Andegavensium per annum, et IIII. cappones in terra Camonum [a] de Crisetot, et II. sextaria ordei in eadem terra de decima ejusdem terre cum minutis decimis, et apud Baiocas ad Crucem Cornu II. acras terre, et V. virgatas in Carduneto quas emit de Symeone et Cecilia uxore ejus, et I. quarterium frumenti in terra quam ipse emit de Johanne filio Conani. De dono Eudonis filii Gonboldi, duas mansuras juxta burgum Toroldi, et in Poteria IIII. mansuras infra fossatum Cingule, et apud Karpiket unam mansuram citra villam. De dono Gaulteri Mabilie, duas garbas decime de V. acris terre in territorio de Brunvilla, et dimidiam virgatam terre super vivarium episcopi. De dono Rogeri archidiaconi, II. sextaria frumenti in cultura super le Vallet apud Karqueingneium. De dono Cecilie uxoris Gueroldi, unam mansuram in mercato. De dono Philipi de Deserto, unam mansuram ibidem. De dono Radulfi filii Riculfi, unam mansuram ante castellum, et V. virgatas terre in parrochia Sancti Lupi. De dono Luce filiastri Hugonis cum Barba, II. solidos de redditu in sua mansura. De dono Ranulfi Cachastre, V. mansuras in parrochia Sancti Vigoris, et campum Trianguli in via de Croileio, et dimidiam acram terre in Mara. De dono Gaii [b] de Sancto Vigore, dimidiam acram terre in Longua Reia. De dono Ricardi de Anglia, unam mansuram apud. . .[c] De dono Rogeri Frigain, III. mansuras apud Novam Cromellam. De dono Clari canonici, unam acram terre ante clausum canonicorum. De dono Henrici Calvi, II. acras in clauso Gebeline. De dono Willelmi Poignant, terram in qua manet Ortholanus. De dono Thome de Blarreio, terram cimiterii leprosorum. De dono Ranulfi Borinc, duas garbas decime sue terre d'Etames [d]. De dono Sansonis de Crepon, unam peciam terre apud Marronam. De dono Hugonis de Vauseio, unam peciam terre super Seullam. De dono Mathei filii Hugonis, duas mansuras ante domum Caffrai. De dono Luce filii Philippi, unam mansuram prope domum Vigerii. De dono Willelmi Gervasii, unam mansuram ubi Cecilia de Veterna mansit. De dono Juliane de Vaceio, unum sextarium ordei in molendino de Jueto. De dono Alveredi de Solei-

[a] Canonum *C.* — [b] De dono Grant *C.* — [c] *Le nom est resté en blanc dans les deux textes.* — [d] de Tanies *C.*

gneio, unam mansuram apud Vaus[ei]um, cum terra in campis. De dono Hamonis Pincerne, unam peciam terre apud Russeium. De dono Roberti de Sancto Remigio, insulas apud Normanvillam, et unam mansuram ibidem. De dono Ricardi de Crisetot, unam acram terre apud Aldreium. De dono Roberti Caffrai, unam mansuram ante domum Willelmi Surdi[a]. De dono Ade filie Diere, unam mansuram ibidem. De dono Radulfi de Dovra, duas mansuras versus Cromellam. De dono Vincencii Sancti Vigoris et Georgii fratris sui, duas acras terre juxta curtillagium leprosorum. De dono Radulfi de Caron, unam acram terre apud Caron. De dono Willelmi Duffort, unam acram terre apud Sanctum Laurencium supra mare. De empcione Rogeri de Arreio et ejusdem Willelmi, IIII mansuras in Nova Cromella super vivarium episcopi, et ante illas alias duas, et duas alias ante domum Sellonis de Cromella. De dono Warnerii de Baiocis, IIII. acras terre in qua Gaulterus filius ejus militis manet. Emit etiam Rogerius de Arreio unam mansuram ubi Johannes Rufus manet, et unam mansuram ante fossatum regis, de heredibus Roberti de Asneriis et Willelmi fratris ejus, et unam mansuram que fuit Roberti Bochet apud Sanctum Lupum, et XX. pedes terre de Thoma Joseph. De dono Willelmi Forestarii, unam mansuram in Campo Florido. Emit etiam idem Rogerius VI. mansuras in Veteri Cromella, et III. mansuras in parrochia Sancte Marie Magdalene, et III. alias in Campo Florido, et duas in parrochia Sancti Johannis. De dono Lescie de Campeigneio, unam mansuram apud Montmirel. Concedimus demum et confirmamus quod homines in terris dictorum leprosorum manentes sint omnino liberi et quieti ab omni servicio et auxilio et ab omni exaccione tallagii, focagii, monetagii, thelonei, et ab omni consuetudine et seculari potestate ad nostrum jus pertinente, nisi in sola truncacione membrorum et morte dampnatorum, que ad leprosos pertinere non debent. Propter has autem libertates et immunitates, predicti leprosi habeant partes mortuorum manencium in terris eorum, salvo jure parrochiali ecclesiarum et presbyterorum in quorum parrochiis manebunt; et ad hoc facere heredes mortuorum per leprosos possint compelli. Prohibemus eciam ne aliquis super predictis eis aliquam injuriam vel contumeliam facere presumat, immo precipimus et volumus ut ipsi leprosi et omnes res eorum sicut res nostre proprie in pace conserventur et ab omnibus tueantur[b].

Testibus his : Henrico Baiocensi episcopo, Roberto de Estoutevilla, Rogero Bacon, Alveredo de Vaaceio, Willelmo de Soliers, Philippo de Columberiis, Willelmo Malet, Johanne de Soleingneio, Rogero Wac, Hamone Pincerna.

Apud Burum.

[a] Suedi *B.* — [b] *sic.*

DCXC

Delisle, n° 496.

1172-1173–1189. — Bur.

Ordre à Richard de « Roloz » de maintenir les moines de Cerisi en la jouissance de la terre de Créances que leur contestait Richard, fils de Robert de Gavrai.

A. Original perdu.

B. Traduction incorrecte dans le cartulaire de Cerisi, Archives de la Manche, H 1404, p. 561.

Pour la date, voir la note chronologique de la pièce précédente.

[Henri,] par la grace de Dieu roy d'Angleterre, duc de Normandie et Aquitaine, comte d'Anjou, [à] Richard de Roloz, salut.

Je ordonnes que juste et sans delay tu faces avoir aux moines de Cerisy la saisine et jouissance de la terre de Criences que il reclame à l'encontre de Richard filz Robert de Gavrey. Et si vous ne le faictes, que ma justice le face, affin que je n'entende plus ceste plainte à faulte de justice.

Tesmoin Guillaume Filz Ald[elin].

Donné à Bures.

DCXCI

Delisle, n° 497.

1172-1173–1189. — Bur.

Confirmation à l'abbaye de Longues de la terre de Pouppeville que Renouf Druel lui avait donnée.

A. Original scellé autrefois sur double queue de parchemin; Archives du Calvados, H 8296, fonds de Longues, n° 5[1]. — Atlas, pl. XXVI.

B. Copie du XIII[e] s. dans le cartulaire de Longues, Bibliothèque du chapitre de Bayeux, ms. 163, pièce 6. — *C.* Vidimus du 22 avril 1456, émané du vicomte de Bayeux; Archives du Calvados, H 8296, fonds de Longues, n° 89. — *D.* Copie, Bibliothèque nationale, ms. latin 10073, fol. 38.

Eyton, p. 235. — Round, n° 1447.

Date donnée à la table : 1185–1189 (peut-être 1186 ou 1188). Tout ce que nous savons au sujet de cette pièce, c'est qu'elle est postérieure à 1172-1173.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbacie de Longis et monachis ibidem Deo servientibus terram de Pupevilla quam Rand[ulfus] Druel eis dedit in perpetuam elemosinam. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi habeant et teneant terram illam cum omnibus pertinentiis suis bene et in pace, et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : Henrico episcopo Baiocensi, Rogero de Arri, Roberto de Stutevilla, Willelmo de Curt Murlone, Hamone Pincerna.

Apud Burum.

DCXCII

Delisle, n° 498.

1172-1173–1189. — Caen.

Ordre de maintenir les moines de Troarn en jouissance des biens qu'ils possédaient lors du dernier passage du roi en Angleterre.

A. Original; Archives du Calvados, H, Troarn, Chartes de Henri II.

B. Copie dans le cartulaire de Troarn, début du xv^e^ s.; Bibliothèque nationale, ms. latin 10086, fol. 17 v°.

a. Publiée par M. Sauvage, d'après l'original, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn*, p. 63, note 4.

Date donnée à la table : 1185–1189. Voir la note chronologique de la pièce précédente.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis suis Normannie, salutem.

Precipio quod abbatia de Troarno et abbas ejusdem abbatie et monachi in ea Deo servientes teneant omnia tenementa sua et omnes res et possessiones ita bene et in pace et integre, sicut tenuerunt quando novissime transfretavi a Normannia in Angliam, et de nullo tenemento suo quod tunc tenuerant ponantur in placitum, nisi coram me.

Teste Henrico episcopo Baiocensi.

Apud Cadomum.

DCXCIII

Delisle, n° 499.

Juin 1174–1189. — Caen.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye de Lire.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin; Archives de l'Eure, H 438. — Atlas, pl. XXVI.

B. Copie; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 1245, fol. 223.

Round, n° 407.

Cette pièce porte à la table la date : 1185–1189. Nous nous bornerons à constater qu'elle a été souscrite par Renaud, évêque de Bath, sacré en juin 1174. Il est peu probable que Henri II ait pu passer à Caen dans l'année 1189; ce n'est pourtant pas impossible.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, seneschallis, prepositis, et omnibus baillivis et fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis quod abbatia Lirensis et abbas ejusdem abbatie et monachi ibidem Deo servientes et terre et decime et homines et omnes res et possessiones sue, tam in ecclesiasticis et laicis rebus (*sic*), sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio vobis quod abbatiam illam et abbatem et monachos ejusdem abbatie, et homines et terras et decimas et omnia ecclesiastica beneficia sua et quecumque abbatiam illam contingunt, custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut mea propria, ita quod nullam injuriam vel molestiam aut gravamen eis faciatis nec fieri

permittatis. Et si quis eis super hoc in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis.

Testibus : Henrico Baiocensi et Reginaldo Bathoniensi episcopis, et Rannulfo de Glanvilla.

Apud Cadomum.

DCXCIV

Delisle, n° 500.

Octobre 1174–1189. — Caen.

Ordre de faire observer un accord conclu entre l'abbaye de Saint-Sauveur et Thomas de Grosville au sujet de l'église de Direte (aujourd'hui Flamanville).

A. Original autrefois scellé sur simple queue; Archives de la Manche, H, fonds de Saint-Sauveur-le-Vicomte (non repertorié). — Atlas, pl. XXVI.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de Saint-Sauveur; Archives de la Manche, H non coté, pièce 11. — *C.* Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10076, fol. 54 v°.

Round, n° 985.

Pièce souscrite par Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, sacré le 6 octobre 1174. Henri II ne paraît pas être allé à Caen après 1188; cependant, le fait n'est pas impossible.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus baillivis suis citra mare et ultra, salutem.

Sciatis abbatiam meam Sancti Salvatoris fecisse compositionem et pacem cum Thoma de Grovilla, de controversia que erat inter abbatiam et ipsum, tali modo quod abbatia fratrem ejusdem Thome Petrum recepit vicarium in ecclesia sua de Direte quamdiu viveret, Thome vero dedit terram apud Grovillam. Quare volo et firmiter precipio ut hec compositio me concedente facta firma sit et stabilis, ne abbatia, post mortem Petri, ejusdem ecclesie presentationem perdat, nec Thomas terram sibi assignatam amittat.

Testibus : Gaufrido episcopo Eliensi, Henrico episcopo Baiocensi.

Apud Cadomum.

DCXCV

Delisle, n° 501.

Octobre 1174–1189. — Caen.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye de Saint-Sauveur.

A. Original autrefois scellé sur double queue de parchemin, très détérioré et en grande partie illisible; Archives de la Manche, H, fonds de Saint-Sauveur-le-Vicomte (non repertorié). — PHOTOGRAPHIE.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de Saint-Sauveur; Archives de la Manche, H non coté, charte 27.

Acte souscrit par Geoffroi Ridel, évêque d'Ely, sacré le 6 octobre 1174. Henri II ne semble pas être allé à Caen en 1189, et c'est sous toutes réserves que nous conservons, comme terme final, la mention de cette année.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus baillivis suis citra mare et ultra, salutem.

Sciatis quod abbatia de Sancto Salvatore de Costentino et monachi et omnes res et possessiones eorum sunt in manu mea et custodia et protectione. Quare volo et firmiter precipio quod predictam abbatiam et monachos et omnes res ad ipsam pertinentes manuteneatis, protegatis et foveatis, neque eis aliquam injuriam vel contumeliam faciatis nec ab aliquo fieri permittatis. Et si quis eis forisfacere presumpserit, sine dilatione plenariam justiciam eis exhibeatis.

Testibus : Gaufrido episcopo Eliensi, Henrico episcopo Baiocensi.

Apud Cadomum.

DCXCVI

Delisle, n° 502.

1172-1173–1189. — Cherbourg.

Charte confirmant à l'abbaye de Saint-Sauveur les églises de Saint-Martin et Saint-Médard de Gouey, que lui avaient données Roger de Manneville et autres.

A. Original perdu.

IMPRIMERIE NATIONALE.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de Saint-Sauveur; Archives de la Manche, H non coté, n° 9. — *C.* Copie d'après le cartulaire; Bibliothèque nationale, ms. latin 10076, fol. 69.

Round, n° 978.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus tam presentibus quam futuris, salutem.

Sciatis quod ego concedo et confirmo ecclesias Sancti Martini et Sancti Medardi de Goé abbatie et monachis Sancti Salvatoris, cum decimis et terris et elemosinis eisdem pertinentibus, quas Rogerius de Manevilla et Gaufridus Juas et Robertus de Dic et Reginaldus de Planca et Oliverius de Valeia eidem abbatie liberas et quietas dederunt.

Testibus hiis : Willelmo de Vernone, Ricardo de Haia, Engiugerio de Bohun.

Apud Cesaris Burgum.

DCXCVII

Delisle, n° 503.

1172-1173–1189. — Chinon.

Charte de sauvegarde pour les moines de Robertsbridge.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s.; Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, S 27. — PHOTOGRAPHIE; les derniers mots, à droite de chaque ligne, sont illisibles.

CARTA MONACHORUM DE PONTE ROBERTI.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, constabulariis, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Precipio vobis quod custodiatis et manuteneatis et protegatis terras [et omnes res][a] et possessiones monachorum de Ponte Roberti, quas habent in baliva vestra, sicut meas proprias et dominicas, et quieti sint de custodia castellorum et operatione pontium et castellorum et de omnibus..... consuetudinibus et omnibus demandis ad coronam meam pertinentibus. Et [non] permittatis eis vel rebus vel possessionibus

[a] *Mots à moitié effacés.*

suis et hominibus in aliquo magis quam nobis ipsis molestiam inferri aut gravamen. [Et si quis eis] in aliquo forisfecerit, plenariam eis sine dilatione justiciam habere faciatis. Et concedo quod idem monachi habeant omnimodam forisfacturam que de terra sua et hominibus suis quocumque loco provenerit, salva justicia [murdri?].... membris[a]. Prohibeo etiam ne de aliquo tenemento suo ponantur in placitum nec respondeant, nisi coram me aut capitali justicia mea, et quod nullus eos aut possessiones aut res suas contra cartarum suarum..... [inquietare presumat] vel disturbare, super decem libras forisfacture.

Teste Stephano de Turon[is].

Apud Chinun.

DCXCVIII

Delisle, n° 506.

1172-1173-1189. — Domfront.

Ordre d'assurer aux moines de Lonlai la jouissance de leurs coutumes, de leurs libertés et de leurs droits.

A. Original perdu.

B. Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10071, fol. 193.

Round, n° 699.

Henricus, Dei gratia, etc., justiciis et omnibus ballivis in quorum ballia monachi de Lonlaio habent terras et tenementa, salutem.

Precipio vobis quod juste et bene permittatis habere monachos de Lonlaio consuetudines et libertates suas et rectitudines in tenementis suis, sicut habere debent et solent. Prohibeo vobis ne inde aliquam injuriam vel contumeliam eis faciatis vel ab aliquo fieri permittatis.

Teste W. de can[b].

Apud Danfront.

[a] *Le sens doit être :* «salva justicia murdri vel mutilationis in membris», *ou quelque chose d'analogue.* — [b] *Il faut lire sans doute :* W. de Camera, *ou* W. clerico de Camera.

DCXCIX

Delisle, n° 465 B.

1172-1173–1189 (peut-être 1185). — Domfront.

Charte de sauvegarde pour les lépreux de Beaulieu de Chartres.

A. Original perdu.

B. Vidimus du 26 septembre 1469; Archives d'Eure-et-Loir, G 2984.

En 1185, Henri II a passé à Domfront la fête de Noël (Eyton, p. 266); à part cela, nous ignorons la raison pour laquelle cette pièce porte, à la table, la date : vers 1185. Tout ce qu'on peut affirmer, c'est qu'elle est postérieure à 1172-1173 (formule *Dei gratia*).

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum[a], justiciis, vicecomitibus[b], et omnibus baillivis suis Normannie, salutem.

Precipio vobis quod custodiatis et manuteneatis terras et homines et omnes res et possessiones leprosorum Belli Loci de Carnoto, et omnia que ad domum eorumdem leprosorum et ad ipsos leprosos spectant [in vicecomitatibus] et bailliis vestris sicut mea propria, ita quod nullam molestiam vel injuriam aut gravamen eis de aliquo (?) vos faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis de aliquo forisfecerit, id eis sine dilacione emendari faciatis.

Teste Willelmo clerico de Camera.

Apud Damfrontem.

DCC

Delisle, n° 508.

1172-1173–1189? — Évron.

Exemption de droits pour les achats que les moines d'Évron feront à la foire de Montmartin.

A. Original perdu.

[a] Andegaven. *B.* — [b] justiciariis, vicariis *B.*

B. Copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 17124, p. 185.

a. Publiée dans l'Introduction, p. 271, note 1. M. Delisle ne croit pas que cette pièce, malgré l'absence des termes : « et Aquitanorum », puisse être du roi associé. Il l'a datée de 1172-3 à 1189, quoique la formule *Dei gratia* ne suive pas le nom du roi; on doit admettre en ce cas que cette formule, elle aussi, a été supprimée par le copiste.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum [et Aquitanorum], et comes Andegavorum, omnibus ballivis suis ferie de Monte Martini, salutem.

Sciatis quod dedi abbati et monachis de Ebronio quietanciam de omnibus rebus quas ement in feria de Monte Martini ad usus suos. Et ideo precipio quod inde in perpetuum sint quieti.

Teste Rogero capellano.

Apud Ebronium.

DCCI

Delisle, n° 509.

1172-1173–1189. — Gonneville?

Franchise des plaits pour la terre de Robert Marmion, réserve faite des plaits de l'épée aux baillis royaux de Falaise.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Fontenai-le-Marmion, XIV^e^ s., aux Archives de Monaco, fol. 1.

a. G. Saige, *Cartulaire de la seigneurie de Fontenay-le-Marmion* (*Collection de documents — publiés par le Prince de Monaco*), 1895, in-4°, p. 1.

La forme Gunbo Villa, donnée par le cartulaire, est identifiée par M. Saige avec Gonneville (Manche); la table de M. Delisle donne « Gumbovilla ». Dans l'édition de M. Saige, le texte est suivi de la date [Anno C° LXV°]; la formule *Dei gratia* semble indiquer que l'acte est à placer entre 1172-1173 et 1189.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum[a], et dux Norman[norum] et Aquit[anorum], et comes And[egavorum], vicecomiti Oximi[b], salutem.

Precipio quod terra Roberti Marmiun sit quieta de omnibus placitis, sicut esse debet et esse solebat ex hiis que ad te pertinent, per IIII. libras et V. solidos redden-

[a] Anglie *B*. — [b] Oxim. *B*

dos, et uno sext[ario] frumenti, salvis placitis meis de gladio que spectant ad baillivos meos de Faleis[ia]. Et super hoc in nullo vexes ipsum Robertum vel servientes suos, nec in ullo eis forisfacias. Et nisi feceris, justicia mea faciat fieri.

Teste meipso.

Apud Gunbovillam.

DCCII

Delisle, n° 511.

1172-1173-1189 (peut-être mars-juin 1189). — Le Mans.

Confirmation de la « divisa comitis Giffardi » aux moines de Sainte-Foi de Longueville.

A. Original autrefois scellé sur cordonnet; Archives de la Seine-Inférieure, fonds du prieuré de Longueville. — Atlas, pl. XXVII. — Fac-similé avec texte en regard, publié par MM. Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, pl. XXVIII.

B. Copie; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., 1245, fol. 232.

Round, n° 227.

Pour la date, voir l'introduction, p. 81.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse monachis Sancte Fidis de Longavilla divisam comitis Giffardi, videlicet Novamvillam et Puit et terram de Polet[o], cum pertinentiis suis et consuetudinibus, excepto bosco de Hairons apud Longamvillam, quod tamen debeo illis excambiare vel ibi vel in alio loco. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi possideant istud prenominatum tenementum jure perpetuo et in perpetuam elemosinam, pro anima ejusdem comitis, bene et in pace, libere et quiete, cum omnibus consuetudinibus et rebus sibi pertinentibus et hominibus suis, integre et plenarie, in terra et mari.

Testibus : Rannulfo de Glanvilla, Willelmo comite de Magnevilla, Hugone de Cressi, Seh[ero] de Quinci, Radulfo Filio Stephani, et multis aliis.

Apud Cenomann[im].

DCCIII

Delisle, n° 512.

1172-1173–1189. — Lions.

Exemption de droits de tonlieu accordée aux moines de Clairvaux.

A. Original scellé en cire verte sur double queue de parchemin; Archives de l'Aube, H 174, *carton*, charte n° 50.

a. Vallet de Viriville, *Archives historiques du département de l'Aube*, p. 247. — *b.* D'Arbois de Jubainville, *Études sur l'état intérieur des abbayes Cisterciennes*, p. 388.

Henri II ne paraît pas être allé à Lions en 1189, et il y a lieu de croire que cette pièce n'est pas postérieure à 1188; cependant, faute d'une preuve formelle, nous sommes obligé de conserver la date 1172-1173–1189, donnée à la table.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus justiciis et vicecomitibus, et ministris suis Anglie et Normannie et portuum maris tocius terre sue, salutem.

Precipio quod omnes res monachorum monasterii Clare Vallis quas emerint vel vendiderint vel ad opus suum deportare fecerint, sint quiete de theloneo et passagio et pontagio et omni consuetudine per totam terram meam, tam per terram quam per aquam, quas servientes sui assecurare potuerint suas esse proprias. Et prohibeo ne quis eos inde injuste disturbet super forisfacturam meam.

Testibus : Rannulfo de Glanvilla, et Hugone de Morwich dapifero.

Apud Leones.

DCCIV

Delisle, n° 513.

1172-1173–1189. — Lions.

Charte de sauvegarde pour l'hôpital de la Madeleine de Rouen.

A. Original perdu.

B. Copies aux Archives municipales de Rouen. — *C.* Copie moderne; Bibliothèque nationale, ms. latin 10057, fol. 225 v°.

Pour la raison exprimée à propos de la pièce précédente, nous conservons la date : 1172-3–1189, donnée à la table.

H., Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod hospitale Sancte Marie Magdalene de Rothomago et custodes et servientes ipsius hospitalis et infirmi in eo degentes et omnes res et tênementa et homines et possessiones sue et quecunque ad illud spectant sunt in manu et custodia et protectione mea. Et ideo precipio quod idem hospitale et omnia sua et quecunque ad illud spectant custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut mea propria, ita quod eis nullam violenciam vel molestiam aut injuriam sive gravamen de aliquo faciatis nec fieri permittatis, et de nulla re quam in dominico suo teneant ponantur in placitum nisi coram me vel coram capitali justicia mea, et idem hospitale et custodes ejus et infirmi in eo manentes quieti sint et firmam pacem habeant de theloneo et tallagio et herbagio et pontagio et omni consuetudine ad me pertinente per totam terram meam de omnibus rebus quas ipsi vel servientes sui assecurare poterunt ipsius hospitalis esse proprias et ad usum custodum et infirmorum et servientum eorum et ad opus ipsius hospitalis. Et si quis eis super hoc in aliquo forifecerit, id eis sine dilatione emendari faciatis.

Teste Hugone de Creissi.

Apud Leones.

DCCV

Delisle, n° 514.

1172-1173–1189. — Montfort.

Concession du métier de la paneterie à Odoin de Malpalu. — Texte sans doute altéré.

A. Original perdu.

B. Copie de l'année 1323 dans un registre du Trésor des Chartes; Archives nationales, JJ 62, n° 368. — *C.* Copie d'après un registre Normand de la Chambre des comptes; Bibliothèque nationale, ms. latin 9067, fol. 141 v°.

a. Léopold Delisle, *Cartulaire Normand*, p. 4, n° 14, d'après *B*.

Round, n° 1280.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis tocius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Odoino de Mala Palude, servienti meo, totum suum mi[ni]sterium de mea panetaria cum omnibus pertinenciis suis. Et volo et confirmo quod in curia mea habeat omnibus diebus, quamdiu ero apud Rothomagum, liberationem, scilicet in despensa mea quatuor denariatas panis, et in meo celario unum sextarium vini militum, et in coquina mea quatuor fercula, unum ex magnis, et duo ex militibus et unum dispensabile. Et ipse Odoinus debet invenire panem in curia mea, et talliare cum dispensariis meis, et talliare cum omnibus bolengariis meis. Et predictus Odoinus debet recipere denarios et acquitare bolengariis. Et quando mittam pro pane apud Rothomagum, sepedictus Odoinus debet adducere ad custum meum. Et quisque caballus debet habere duodecim denarios, et queque banesteria sex denarios, et queque corbellia unam denariatam panis. Si panis adducitur per aquam, batellus habebit sex denarios in itinere. Et sepedictus Odoinus totum residuum panis mee panetarie habebit quando iter fecero; et debet habere omnem custodiam et omnem justiciam meorum bolengariorum Rothomagi et infra leucatam Rothomagi et omnia forefacta illorum; et debet habere omnia pondera panis et omnes emendas panis et omnem panem forefactum, et in aqua Secane debet habere unam piscatoriam liberam et quietam ab omni consuetudine et exactione; et debet molendinare totum bladum suum in molendinis meis de Rothomago liberum et quietum sine motura, et debet esse ingranatum post illum (*sic*) bladum quod invenerit in tremoia; et debet esse unus ex regardatoribus forestarum mearum ad custum meum; et debet habere suum pasnagium liberum et quietum in omnibus forestis meis ad omnes porcos suos; et debet habere ad Natale viginti solidos vel quatuor porcos. Et predictus Odoinus debet tenere unum tenementum suum, ubicunque sit, libere et quiete, bene et in pace, plenarie et honorifice, et omnia tenementa sua de herede in heredem, cum omnibus pertinentiis suis, et omnes res suas et possessiones [liberas et quietas], ab omnibus consuetudinibus et auxiliis et querelis et occasionibus et talliis et mutacionibus et defensis et merchis et equitacionibus et exercitibus et muris et aruris et passagiis et pasnagiis et teloneis, et ab omnibus officiis citra mare et ultra in terris et in aquis. Quare volo et firmiter precipio quod ille Odoinus et heredes sui hereditabiliter teneant, ne aliquis eos vexet nec disturbet nec placitare faciat nisi coram me, nec in res nec in possessiones suas manum mittat, nec in misterio meo panetarie nec in bolengariis meis justiciam faciat, nisi predictus Odoinus vel heredes

IMPRIMERIE NATIONALE.

sui, super decem libras forefacture. Et si aliquis eum vel heredes suos de aliquibus predictarum rerum vexare vel disturbare presumpserit, precipio quod illa que ipse vel heredes sui pro vexacione vel disturbacione amiserint eis reddantur ab illo qui illa vexaverit vel disturbaverit.

Testibus : Lexoviensi[a] episcopo, Willelmo de Herion, R. de Veir, R. de Corci, Johanne Martel.

Apud Monfort.

DCCVI

Delisle, n° 514 A.

1172-1173–1189. — Quevilli.

Exemption de droits de péage accordée aux chanoines de Bedford (ou de Newnham).

A. Original perdu.

B. Inspeximus de 1317 au Public Record Office, Charter Rolls, 11e année d'Édouard II, membrane 16.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. III, p. 358.

En datant cette pièce de 1172-1173 à 1189, M. Delisle a sans doute admis que la formule *Dei gratia*, qui ne se rencontre pas ici, a pu être omise dans l'inspeximus de 1317. La date qui a été donnée à la table ne doit être acceptée que sous toutes réserves; il n'est pas certain que Henri II ait pu se trouver à Quevilli en 1189.

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justitiis, vicecomitibus et omnibus ministris suis, et nominatim portuum maris Anglie et Normannie, salutem.

Precipio vobis quod canonici regulares ecclesie Sancti Pauli de Bedefort et homines eorum et res quas assecurare poterunt suas esse sint quiete de thelonio et passagio et pontagio et de omni consuetudine. Et ideo prohibeo ne ipsi super hoc disturbentur super X. libras forisfacture. Preterea concedo eis omnes libertates quas habent burgenses de Bedefort. Et suscipio prefatos canonicos et locum in quo nunc manent et omnes terras et possessiones eorum in manu et custodia et protectione mea, et omnia jura ecclesie Beati Pauli de Bedefort et canonicorum ubicunque fuerint in terra mea. Et ideo volo et firmiter precipio quod ecclesiam predictam et

[a] *Pas d'initiale dans BC.*

canonicos et omnes res et homines eorum manuteneatis et protegatis, ita quod nullam eis injuriam vel contumeliam faciatis neque ab aliquo fieri permittatis, set si quis in aliquo eis forisfacere presumpserit, plenariam inde sine dilatione justiciam faciatis.

Teste comite Willelmo de Mandevilla.

Apud Chivilli.

DCCVII

Delisle, n° 515.

1172-1173–1189. — Rouen.

Confirmation générale des biens de l'abbaye de Cormeilles.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Normandie, recueil formé au XIII^e^ s.; Bibliothèque de Rouen, ms. 1235, fol. 2, et en partie fol. 34 v°.

a. A. Du Monstier, *Neustria Pia*, p. 601.

Eyton, p. 290. — Round, n° 420.

Nous reproduisons ici la date donnée par la table, tout en faisant observer que la présence de Henri II à Rouen, en 1189, est peu probable.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis, ballivis, et omnibus ministris et fidelibus suis, et omnibus presentes litteras inspecturis vel audituris, salutem.

Sciatis nos in protectionem et defensionem nostram, tanquam propriam elemosinam nostram, pro salute anime nostre et antecessorum et parentum et heredum nostrorum, suscepisse monasterium Beate Marie de Cormeliis, Lexoviensis dyocesis, et abbatem et conventum ibidem summo regi famulantes, et successores suos ac eorum propriam familiam; et omnium bonorum que de cetero fient in dicto monasterio fieri participes cupientes, dictis abbati et monachis et successoribus suis concessimus et presentibus litteris confirmavimus quod ipsi teneant et habeant et in puram et perpetuam elemosinam possideant bene, quiete, libere et pacifice, absque alicujus molestatione vel inquietatione ministrorum nostrorum, omnia et singula que a fundatoribus dicte abbatie fuerunt concessa et pro Christi Jhesu nomine erogata,

videlicet patronatum ecclesiarum Beatorum Petri et Silvestri et Sancte Crucis de Cormeliis, cum omnibus pertinentiis suis, burgum de Cormeliis, cum theloneo, furno, aquis, molendinis, pratis, nemoribus et quinque nundinis et quinque feodis militum, et totum territorium cum omnibus hominibus et feodis, nullo excepto, que sunt in tribus parrochiis supradictis. Et terram de Guybraio juxta Falesiam, cum terris, hominibus et bosco, et duobus molendinis apud Falesiam; et molendinum de Vitreio cum omnibus juribus ejusdem et moltariis cujuscumque sint feodi. Nogeium Siccum juxta forestam nostram de Leonibus, cum patronatu ecclesie, cum bosco, cum molendinis et hominibus et terris et omnibus pertinentibus ad manerium antedictum. Apud Romilleium sexaginta acras terre, cum omnibus incrementis que dicti religiosi vel successores sui poterunt facere in eadem villa. Et apud Pontem Sancti Petri et in foresta de Longo Boel, liberum pasnagium et sexaginta porcos et duos verros et liberum pasturagium in omnibus anni temporibus ad eos, in foresta vero de Leonibus liberum pasnagium ad omnes porcos quos habuerint et liberum pasturagium in omnibus anni temporibus. Si vero apud Romilleium vel apud Pontem Sancti Petri faciant edificia fieri, per visum forestarii de consuetudine et usagio habebunt libere lignomagium ad edificia que voluerint sibi competentia facienda, et ligna ad faciendum ignem sine usu et sine licentia forestarii. Apud Vellebue, piscariam de Aureafossa in Secana, cum toto tenemento dicte abbatie in eadem villa pertinenti de feodo Britolii. Martigneium totum juxta Archas, cum medietate molendinorum de Archis et de Martigneio, cum medietate piscariarum eorumdem, et dicti monachi invenient boscum ad faciendas exclusas dictorum molendinorum, et nos grossum debemus lignomagium invenire totum, et ad faciendas domos eorumdem; et medietatem mercedis operariorum faciemus pagari et monachi medietatem; et omnia alia pertinentia ad dictum manerium, in terris, pratis, nemoribus, hominibus et omnibus aliis. Osbermmesnil (*sic*) cum terris, hominibus et patronatu ecclesie, cum omnibus aliis. Apud Annevillam, patronatum personatus ecclesie, cum omnibus aliis pertinentibus in eadem villa abbatie supradicte. Apud Heuguevillam unum vavassorium cum tenemento suo. Apud Coronam et Kevilleium, prata que ibi habet dicta abbatia, cum hominibus et redditibus suis. Patronatum ecclesie de Crepon, cum pertinentiis suis et decem et octo acris terre, cum hominibus et redditibus suis, et centum solidos currentis monete, annuatim reddendos ad festum Beati Remigii, ad luminare ecclesie supradicte, dicti abbatis patentes litteras deferenti, per manum illius qui redditus Britolii recipiet; et liberum pasnagium et pasturagium in foresta Britolii ad sexaginta porcos et duos verros, sicut in Longoboel; et quitanciam per totum feodum Britolii et per totum dominicum nostrum, tam per aquam quam per terram; et libertatem de omnibus rebus suis et de omnibus rebus familie sue de

manupastu suo, ad usum suum, de tallagio, de theloneo, de pontagio, de panagio et paagio et de omnibus consuetudinibus ad nos et ad dominum Britolii pertinentibus. Preterea volumus et concedimus et actoritate presentium confirmamus quod dicti abbas et monachi et successores sui teneant et habeant omnia loca et singula supradicta libere et quiete et pacifice, in omnibus, retenta tantum custodia quinque militum ad castrum Britolii muniendum, et quod in supradictis et singulis locis habeant omnia jura et libertates in omnibus aventuris, justiciis et judiciis, escaetis et in omnibus aliis, sicut habet comes Leccestrie et dominus Britolii, qui fundator est dicti monasterii principalis, in castro suo Britolii, reservata tantum dicto comiti dictorum quinque militum custodia prelibata, et istis tantum retentis nobis, incendiariorum justicia et invasorum euncium et redeuncium ad nostram curiam, et retrobanni, et auxilio redemptionis nostre et falsariorum monete nostre.

Testibus : Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Alveredo[a] de Sancto Martino, Gaufrido Filio Petri, Eustachio filio Petri camerarii.

Apud Rothomagum.

DCCVIII

Delisle, n° 516.

1172-1173–1189. — Nonancourt.

Confirmation de l'acte par lequel Robert, comte de Meulan, avait donné l'honneur du Pin à Hugues de Laci.

A. Original perdu.

B, C. Copie dans le cartulaire de Normandie, Bibliothèque de Rouen, ms. 1235, fol. 49 v° et fol. 59 v°.

Round, n° 617.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Hugoni de Laci et heredibus suis donationem quam Robertus comes Mellenti illi donavit, scilicet totum honorem de Pinu, integre a se et heredibus suis [tenendum], ubicumque sit, per servitium

[a] Alberico *B.*

duorum militum, sicut carta sua testatur, scilicet de Pinu, de Nealpha et Montormel[a] et Assevilla et Buesevilla, cum omnibus pertinentiis predictarum villarum, ubicumque de suo feodo sint vel de quocumque teneantur. Quare volo et firmiter precipio quod predictus Hugo omnia supradicta tenementa teneat libere et honorifice per servitium predictum, sicut unquam Robertus de Pinu et Odardus et Walterus melius et liberius tenuerunt. Pro hac itaque donatione donavit Hugo predictus Roberto prenominato CC. libras Andegavensium.

Testibus hiis : Roberto de Queti, etc.

Apud Nonancuriam.

DCCIX

Delisle, n° 517.

1172-1173–1189.

Donation à Richard le Chapelain, à Éveline sa fille et à leurs hoirs, d'une masure sise à Dieppe.

A. Original perdu.

B. Copie dans le coutumier de Dieppe, rédigé en 1396 et conservé aux Archives de la Seine-Inférieure, G 851, fol. 44 v°.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum[b], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis[c], ministris et omnibus fidelibus suis Anglie, Normannie et Aquitanie[d] et Andegavie, tam presentibus quam futuris, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta [mea] confirmasse Ricardo Capellano et Eveline (*sic*) filie sue et heredibus suis pro servicio suo masuram que est juxta domum Adie sororis Petri de Bures apud Deppam, quam Willelmus Martini tenuit liberam et quietam ab omni teloneo, pontagio, lestagio, excercitu, fouagio, tallagio, multuello, mello, maquerello, harengis, galonagio, rotagio, et ex omnibus aliis consuetudinibus per tres solidos usualis monete de redditu. Concedo etiam ut hii qui manserint in predicta masura per predictum Ricardum aut per Emelinam

[a] Moritormel *dans la copie de M. Delisle.* — [b] *Le coutumier porte :* Anglie, Normannie, Acquitanie, Andeg. — [c] justiciariis *B.* — [d] Acquitanie *B.*

aut per heredes suos sint liberi et quieti a rebus prenotatis, apud Deppam et in Anglia et Normannia et in omnibus terris meis, per terram et per aquam, et prohibeo ne quis eos de consuetudinibus vel aliis occasionibus disturbet, super forefactum decem librarum Turonensium.

DCCX

Delisle, n° 518.

1172-1173–1189.

Exemption de droits de tonlieu accordée à l'abbaye de La Noë.

A. Original perdu.

B. Copie d'origine inconnue, insérée en 1881, par M. Bénet, dans sa thèse soutenue à l'École des Chartes.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus ballivis suis, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse abbatie Sancte Marie de Noa et monachis ibidem Deo servientibus quietanciam de theloneo et passagio et paagio et consuetudinibus que ad me pertinent, de omnibus rebus suis quas ipsi [seu] servientes sui assecurare poterint [esse] ipsius abbatie et eorumdem monachorum, cum propriis ad proprium usum eorum. Quare volo et firmiter precipio quod eadem abbatia et idem monachi habeant quietanciam in tota terra mea, bene et in pace, libere, quiete, integre et plenarie et honorifice, sicut prenotatum est, et per terram et per aquam, ita quod nullus eos inde disturbet nec molestiam vel gravamen inde faciat.

DCCXI

Delisle, n° 519.

1172-1173–1189.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye de Cerisi.

A. Original perdu.

B. Traduction du cartulaire de Cerisi, conservée aux Archives de la Manche, H 1404, p. 726 et 727.

H., par la grace de Dieu roy d'Angleterre, duc de Normandie, Aquitaine, comte d'Anjou, à ses seneschaux Normans et tous ses autres ministres, officiers et bailliz Normans, salut.

Vous sçaurez que j'é receu en ma protection, deffense et sauve garde l'abbé de Cerisy, touttes ses terres et possessions. C'est pourquoy je vous commandes et ordonnes de le maintenir, garder et proteger et touttes ses possessions comme les miens propres, en sorte que vous ne luy faciez aucun tort, trouble ny vexation, ou permettiez luy en estre faict. Et si quelqu'un est si hardy de luy forfaire et procurer du tort [ou] aucune injure, vous luy faciez incontinent amender sans retardement.

DCCXII

Delisle, n° 520.

1172-1173–1189.

Défense aux officiers de Pontorson d'exiger des hommes de l'abbaye du Mont-Saint-Michel d'autres coutumes que celles qui étaient établies au temps de Henri I^er^.

A. Original perdu.

B. Copie du XVIII^e^ s.; Bibliothèque nationale, ms. français 18949, p. 452.

H., Dei gratia., etc., Bertrando de Verdun et ministris suis de Ponte Ursonis, salutem.

Prohibeo ne injuste exigatis ab hominibus abbatis Montis Sancti Michaelis alias consuetudines quam facere solebant tempore regis Henrici avi mei. Et nisi feceritis, justitia mea faciat, etc.

DCCXIII

Delisle, n° 521.

1172-1173–1189.

Donation d'un emplacement sur le galet de Dieppe, à l'Est de la rivière, à Alain Poulard, sergent du sénéchal Auvrai de Saint-Martin.

A. Original perdu.

B. Copie dans le coutumier de Dieppe, rédigé en 1396 et conservé aux Archives de la Seine-Inférieure, G 851, fol. 60.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis et omnibus baillivis et fidelibus suis tocius Normannie, salutem.

[Sciatis] me concessisse et dedisse et presenti carta mea confirmasse Alano Polardi, servienti Alveredi de Sancto Martino, dapiferi mei, unum masagium LX. pedum in latitudinem et centum pedum in longitudinem, in galeio ultra aquam de Deppa versus comitatum Augi, sicut est in manu mea, sibi et heredibus suis, ad edificandum et tenendum hereditarie de me et heredibus meis, reddendo inde annuatim in nativitate Sancti Johannis Baptiste unum bisantium. Quare volo et firmiter precipio quod idem Alanus et heredes sui post eum dictum masagium habeant et teneant de me et heredibus meis, bene et in pace, libere et quiete et honorifice per nominatum servicium.

Testibus hiis, etc.

DCCXIV

Delisle, n° 522.

1172-1173–1189.

Vidimus par Henri II d'une charte de Henri I^er^ pour l'abbaye de Saint-Évroul.

A. Original perdu.

B. Copie incomplète dans le cartulaire de Saint-Évroul, XIII^e^ s.; Bibliothèque nationale, ms. latin 11055 (t. I du cartulaire), fol. 21 v°, pièce 20.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum [a], et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis, ballivis, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me vidisse et audisse cartam Henrici avi mei, illustris regis Anglorum [b] et ducis Normannorum, in hiis verbis. — Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis, ballivis, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem, et cetera, ut superius [1].

[a] Normannie *B.* — [b] Anglie *B.*

[1] Ces mots se réfèrent à une charte de Henri I^er^ pour l'abbaye de Saint-Évroul, ainsi attestée et datée : « Testibus meipso, Ricardo Baiocensi et Johanne Lexoviensi episcopis, et Nigello de Albigneio, apud Cadomum. » Cartulaire de Saint-Évroul, t. I, p. 21, pièce 19.

IMPRIMERIE NATIONALE.

DCCXV

Delisle, n° 523.

1172-1173–1189.

Confirmation générale des biens appartenant aux chanoines de Saint-Lô de Bourg-Achard.

A. Original perdu.

B. Copie dans un cartulaire inconnu, mentionné ci-dessous. — *C.* Copie d'après un cartulaire; Bibliothèque nationale, fonds Moreau, vol. 84, fol. 197.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Sancti Laudi de Burgo Achardi et canonicis ibidem Deo servientibus quietanciam per totam Normanniam de victu canonicorum et rebus suis propriis, et pasnagium porcis eorum, et herbagium bestiis suis, et omnia supra (*sic*) scripta que eis rationabiliter data sunt in perpetuam elemosinam, scilicet : Ex dono Rogeri de Bosco predictam ecclesiam Sancti Laudi, cum quatuor prebendis eidem ecclesie pertinentibus, et virgultum quod est juxta prefatam ecclesiam, et totam [terram] que est infra ambitum curie illorum, et decimam thelonei de Burgo Achardi et molendini predicti Rogeri quod est apud Pontem Autous, et propriam moltam jamdictorum canonicorum, solutam et quietam in molendino ejusdem Rogeri, et decimam pasnagii et omnium reddituum de Burgo Achardi qui ad eundem Rogerum pertinent, et decimam panis domus ipsius que est apud idem burgum (*sic*), et tres acras terre ad luminaria predicte ecclesie, et alias quatuor acras terre quas tenuit Radulphus Crespium, et illas triginta et tres acras de bosco quas Hugo primus prior jam memorate ecclesie illi donavit, concessione Rogeri Gule de Maltre et Marchi filii ejus, et XLIIII. acras terre que descendebant ex parte matris sue, et terram quam Hubertus de Sotevilla habebat in parochia illorum canonicorum; servitium et redditus illius terre quam Aufridus filius Godois tenebat de Waltero Gloz, scilicet VIII. solidos et II. denarios. Ex dono Nicolai de Londa et Roberti fratris ejus, ecclesias de Tubervilla, scilicet ecclesiam

Sancte Trinitatis et ecclesiam Sancte Marie et ecclesiam Sancti Audoeni, cum pertinentiis omnibus earumdem, annuente Eudone, filio Ernusii, qui tunc temporis teneduram terre illius habebat. Ex dono Roberti comitis Mellenti et Willelmi de Piencourt, ecclesiam Sancti Philiberti de Bouquetot, cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Philippi de Ripparia, ecclesiam Sancte Marie de Hanguemara. Ex dono Henrici de Novo Burgo, capellam Sancte Marie de foresta Novi Burgi, cum libertatibus et pertinentiis suis. Confirmo etiam predictis canonicis regularibus molendinum quod est apud Pontem Aultou, quod habent de monachis Gemmeticensibus, cum moltura hominum suorum de Ponte Autou et libertatibus quas eis in carta sua confirmaverunt. Ex dono autem comitis Willelmi de Aubemarle, XX. solidos Belvacensium. Ex dono comitis Waleranni Mellenti et comitis Roberti filii sui, quietanciam per totam terram suam de victu canonicorum et rebus suis propriis, et pasnagium porcis eorum, et herbagium bestiis suis, et boscum ad proprium ignem suum, et etiam quietanciam de passagio et serviciis et auxiliis et tallagiis et de omnibus consuetudinibus, ut sint in pace ipsi et homines terre illorum et quieti ab omni exactione et perturbatione. Ex dono Alani de Sancto Petro, decimam vini et. . .[a] apud Longam Villam. Concedo etiam et confirmo quecumque alia rationabiliter data sunt vel data fuerunt et cartis sive cyrographis donatorum confirmata. Quare volo et firmiter precipio quod predicti canonici regulares habeant et teneant elemosinas suas et possessiones eis rationabiliter datas, in bosco, in pratis, in pasturis, in aquis, in molendinis, in ecclesiis, in terris et decimis, in viis et semitis et omnibus aliis locis et aliis rebus ad eos pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte et cyrographa donatorum testantur.

Testibus, etc.

DCCXVI

Delisle, n° 524.

1172-1173–1189.

Concession aux moines de Longues d'un droit de foire à Pont-Youf.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de l'abbaye de Longues, écrit vers 1270; Bibliothèque du chapitre de Bayeux, ms. 163, pièce 21.

[a] *Il manque un mot dans B.*

a. Paul de Farcy, *Abbayes de l'évêché de Bayeux* (Laval, 1886, in-4°); IV, Notre-Dame de Longues, p. 47.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro Dei amore et pro salute anime mee et antecessorum meorum, dedisse et concessisse et presenti carta mea confirmasse in liberam et puram et perpetuam elemosinam monachis de Longis habitantibus apud Pontem Aiulfi, singulis annis nundinas unius diei apud Pontem Aiulfi, videlicet in die Sancti Michaelis in exitu Septembris. Quare volo et firmiter precipio quod prefati monachi habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice nundinas prenominatas in perpetuum.

Testibus : Henrico Baiocensi episcopo, Willelmo de Sancte Marie Ecclesia et pluribus aliis.

DCCXVII

Delisle, n° 525.

1172-1173–1189.

Acte donnant aux lépreux de Pont-Audemer la dîme des revenus de la châtellenie de Sainte-Mère-Église.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Saint-Gilles de Pont-Audemer; Bibliothèque de Rouen ms. 1232, fol. 13. — *C.* Copie; Archives nationales, S. 4847, n° 4.

Round, n° 247.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse in perpetuam elemosinam et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Egidii leprosorum de Ponte Audomari decimam tocius redditus castellarie castelli de Sancte Marie Ecclesia, que est de dominio ipsius castellarie. Quare volo et firmiter precipio quod eadem ecclesia Sancti Egidii et

leprosi, et qui ordinati sunt et assignati ad serviendum Deo ibidem, decimam illam habeant et teneant, pro salute mea et antecessorum meorum, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, sicut eam ipsis dedi et hac carta mea confirmavi.

DCCXVIII

Delisle, n° 526.

1172-1173-1189.

Confirmation de l'acte par lequel le comte Gautier Giffard avait donné à l'abbaye Cistercienne de Notre-Dame du Valasse une rente de deux mesures de sel à prendre sur le grenier de Leure, dans le pays de Caux; à ce don Henri II ajoute une troisième mesure.

A. Original perdu.

B. Copie du XVI^e^ s. dans le cartulaire du Valasse, conservé aux Archives de la Seine-Inférieure, H non coté, t. I, fol. 251 v°.

Henricus, Dei gracia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse donationem quam Valterus comes Giffardus fecit ecclesie Sancte Marie de Valle et fratribus Cisterciensis ordinis ibidem Deo servientibus de duabus pensis salis in pago Cale[t]i apud Lorum, habendis per singulos annos in horreo suo, infra quindecim dies ante festum Sancti Johannis Baptiste vel proximos sequentes. Ego vero [preter] duas pensas salis do eis et confirmo pro salute anime mee tertiam pensam salis quam accepturi sunt in horreo meo singulis annis ad predictum terminum. Quare volo et firmiter precipio quatenus predicti monachi habeant bene et pacifice, libere et plenarie singulis annis et duas pensas salis quas dedit eis in elemosinam prefatus comes, et terciam quam addidi eisdem monachis, et eas capiant ad jamdictum terminum, ita quod nullus eos inde vexet vel disturbet quin eas habeant, etc.[1].

[1] La possession de ces trois mesures de sel fut confirmée à l'abbaye du Valasse par une charte de Guillaume le Maréchal dont il existe un vidimus du XIV^e^ siècle, en assez mauvais

DCCXIX

Delisle, n° 527.

1172-1173–1189.

Donation à Gautier, orfèvre de Henri II, à Arques, d'une masure sise à Dieppe.

A. Original perdu.

B. Copie dans le coutumier de Dieppe, rédigé en 1396 et conservé aux Archives de la Seine-Inférieure, G 851, fol. 46 v°.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum [et Aquitanorum], et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me dedisse, pro servicio suo, Waltero, aurifabro meo de Archis, et presenti carta confirmasse unam masuram in villa Deppe, que est extra portam, juxta muros, ante naves, sibi et heredibus suis, tenendam de me et heredibus meis, liberam et quietam de harengis et maquerellis et de botagio et de omnibus aliis que ad me pertinent consuetudinibus. Et ideo volo et firmiter precipio quod predictus Walterus et heredes sui habeant et teneant masuram illam bene et in pace et honorifice, liberam et quietam a prenominatis et ab omnibus aliis consuetudinibus que ad me pertinent. Et prohibeo ne quis eum vexet vel disturbet.

Testibus hiis, etc.

état ; ce vidimus a été communiqué à M. Delisle par M. Omont le 22 février 1910 :

« Guillelmus Marescallus senescallo suo et omnibus ministris suis terre sue Normannie, salutem.

« Notum vobis facio quod ego, pro salute anime mee et uxoris mee [et] antecessorum et successorum nostrorum, concedo et presentis scripti mei munimine confirmo Deo et Beate Marie de Valle, et fratribus Cisterciensis ordinis ibidem [Deo servientibus] duas pensas salis apud Loeram, quas comes Giffardus eis dedit, et terciam pensam quam Henricus rex Anglorum Secundus eis dedit, percipiendas singulis annis [infra] XV. dies proximos ante festum Sancti Johannis Baptiste, vel infra XV. dies proximos post festum istud, prout carta predicti comitis et carta predicti regis Henrici..... et testatur. Quare volo et precipio vobis quod sine omni contradictione et omni impedimento illas tres pensas salis reddatis vel reddi faciatis prenominatis.

« Hiis testibus : Roberto filio Rogeri, Ricardo de Blainvilla (?), Alano de Sancto Georgio, Rogerio de Sancto Dyonisio, magistro Alano medico, Michaele clerico, et multis aliis. »

DCCXX

Delisle, n° 528.

1172-1173–1189.

Lettre notifiant les franchises de l'abbaye de Saint-Sauveur en Angleterre et en Normandie, et son exemption du droit de pontage à Southampton.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Saint-Sauveur, conservé aux Archives de la Manche, H non coté, charte 8. — *C.* Copie d'après le cartulaire; Bibliothèque nationale, ms. latin 10076, fol. 69 v°.

Round, n° 977.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra, salutem.

Sciatis quod abbatia Sancti Salvatoris est libera ab omnibus rebus, et per totam terram meam Anglie et Normannie habet quitanciam de omnibus in civitatibus, in castellis, in nundinis, in portubus maris et de pontagio apud Hantoniam. Valete.

DCCXXI

Delisle, n° 529.

Juin 1177–1189. — Beaulieu près Loches.

Donation à l'abbaye du Louroux du domaine de Baugerais pour y fonder une abbaye.

A. Original; British Museum, Additional charter 11213. — PHOTOGRAPHIE. — REPRODUCTION HÉLIOGRAPHIQUE dans la collection de fac-similés de l'École des Chartes, nouveau fonds, n° 285.

B. Copie; Bibliothèque nationale, collection Duchesne, vol. XXII, fol. 420 v°, avec description du sceau. — *C.* Autre copie; Bibliothèque nationale, collection de Touraine (Dom Housseau), vol. V, n° 1772.

a. Petri Blesensis opera, éd. de 1667, p. 773.

Parmi les témoins qui ont souscrit cette pièce se trouve frère Roger, aumônier du roi. Dans son Introduction (p. 451), M. Delisle s'exprime en ces termes au sujet de cet aumônier : « Vers le 2 juin 1178 (*corr.* 1177), Henri II, étant à Winchester, choisit pour être aumonier de sa maison « quemdam fratrem Templi, nomine Rogerum » (*Gesta regis Henrici Secundi*, éd. Stubbs, t. I, p. 169). Le texte des *Gesta* porte bien 1177, et non 1178; cf. Eyton, p. 215. La présente pièce, où frère Roger porte le titre d'aumônier du roi, ne peut pas être antérieure à juin 1177.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, seneschallis, prepositis, et omnibus baillivis et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me dedisse in liberam et perpetuam elemosinam et presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie de Oratorio locum de Baugezeis cum pertinentiis suis ad construendum ibi abbatiam ordinis Cisterciensis, et omnes alias donationes que rationabiliter facte sunt vel fient ipsi loco de Baugezeis. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia de Oratorio et eadem abbatia de Baugezeis locum predictum cum omnibus pertinentiis suis et omnes alias donationes que vel eis rationabiliter facte sunt vel fient, et omnes rationabiles perquisitiones suas habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eas pertinentibus et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Concedo etiam ut monachi Deo servientes in abbatia de Baugezeis quieti sint et firmam pacem habeant per totam terram meam de theloneo et passagio et omni consuetudine ad me pertinente de omnibus propriis rebus suis et de pannagio propriorum porcorum suorum in boscis et forestis meis.

Testibus : Gaufrido Dure priore de Lochis, Willelmo abbate de Daurato, fratre Rogero elemosinario meo, Stephano de Turonis seneschallo Andegavensi, Willelmo de Ostilli, Herveio de Muntbasun preposito de Lochis.

Apud Bellum Locum juxta Lochas.

DCCXXII

Delisle, n° 530 A.

1177–1189. — Bur.

Charte de franchise pour les hommes de Havering dépendant des chanoines de Montjou.

A. Original scellé sur double queue; Oxford, New College, Hornchurch, 167. — Photographie du Rév. Salter, n° 108.

Guillaume Fils de Raoul, sénéchal de Normandie, témoin du cette pièce, a été désigné, probablement en 1177, pour remplacer Richard, évêque de Winchester, dans la fonction de sénéchal de Normandie (Introduction, p. 482). Cette pièce ne doit donc pas être antérieure à 1177. Quant au terme final de 1189, nous le conservons, tout en observant que Henri II n'a guère pu se trouver à Bur dans les derniers mois de sa vie.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, vicecomiti Essexie et baillivis de Havering., salutem.

Precipio quod homines ecclesie de Havering. sint quieti de operationibus et aliis consuetudinibus quas michi fecerunt antequam ecclesiam illam dedissem canonicis Sancti Bernardi de Monte Jovis.

Teste Willelmo Filio Radulfi seneschallo Normannie.

Apud Burum.

DCCXXIII

1177–1189. — Caen.

Donation d'une masure sur le marché de Bayeux à Raoul le Forbeur, sergent du roi, à charge de fourbir les armes du prince.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Normandie, recueil formé au XIII^e^ s.; Bibliothèque de Rouen, ms. 1235, fol. 22 v°.

Souscription de Guillaume Fils de Raoul, sénéchal de Normandie, nommé probablement en 1177. — Cette pièce, autrefois copiée par M. Delisle, figure sous le n° 531 dans la série des transcriptions qu'il avait préparées pour l'édition; elle n'est pas représentée à la table, sans doute par le fait d'une omission involontaire.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis [et] fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me dedisse Radulfo le Forbeur, servienti meo, pro servitio suo, et presenti carta mea confirmasse sibi et heredibus suis unam masuram de dominico meo, in mercato de Baiocis, habendam et tenendam de me et heredibus meis, liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine, excepto servitio furbiandi venabula et alia arma mea. Concedo etiam ipsi et heredibus suis libertatem et quietanciam thelonei et passagii et foagii et vinagii et tallagii et stallagii et auxiliorum et omnium

IMPRIMERIE NATIONALE.

aliarum consuetudinum que ad me pertinent in villa de Baiocis. Quare volo et firmiter precipio quod ipse Radulfus et heredes sui post eum predictam masuram per dictum servitium habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, et quod per idem servitium forbiandi et excuriandi arma mea quieti sint, sicut supradictum est, de omnibus consuetudinibus que ad me pertinent apud villam de Baiocis. Et prohibeo ne quis eos vexet vel disturbet aut aliquam eis inde molestiam faciat.

Testibus : Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, etc.

Apud Cadomum.

DCCXXIV

Delisle, n° 532.

1177–1189. — Lions [1].

Exemption de tonlieu et autres droits pour les lépreux de Bellencombre.

A. Original perdu.

B. Copie dans le coutumier de Dieppe, rédigé en 1396 et conservé aux Archives de la Seine-Inférieure, G 851, fol. 60 v°.

Souscription de Guillaume Fils de Raoul, sénéchal de Normandie probablement depuis 1177.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta mea confirmasse leprosis de Belencombria per totam terram Anglie et Normannie quitanciam theolanii, estagii et pontagii, et omnium consuetudinum ad me pertinencium, sicut carta regis Henrici avi mei, quam inde habent, testatur.

Testibus : Willelmo Filio Radulphi senescallo Normannie, Ricardo de Canvilla, Guilberto filio Guifr[edi] (?), Martino de Hosa [a], Donat. [b] dispensario.

Apud Leones.

[a] Hasa *B.* — [b] donnat'. *B.*

[1] Cette pièce à la table, est datée de Bur.

DCCXXV

Delisle, n° 533.

1177–1189. — Tours.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Valmont.

A. Original perdu.

B. Copie envoyée en 1892 par le comte d'Estaintot au Comité des travaux historiques.

Souscription de Guillaume Fils de Raoul, sénéchal de Normandie probablement dès 1177.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, [et] comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti charta mea confirmasse, pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum, Deo et abbatie Sancte Marie de Walemont et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam ecclesias meas de proprestura foreste de Lislebona et triginta septem acras terre de eadem proprestura, scilicet ecclesiam Sancti Egidii cum capella Sancti Thome et cum omnibus aliis pertinentiis suis, juxta quam ecclesiam predicta terra est; ecclesiam Sancti Blasii de Parco cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancte Marie de Hertereio cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Johannis de Nova Villa cum omnibus pertinentiis suis. Sciatis etiam me concessisse et hac eadem charta mea confirmasse predicte abbatie omnes donationes ecclesiarum et terrarum et hominum et elemosinarum que eis rationabiliter facte sunt tam in rebus ecclesiasticis quam in possessionibus mundanis, scilicet : Ex dono Roberti de Stutevilla quadraginta libratas terre in honore Becci de Moretania. Ex dono Leonie, uxoris predicti Roberti, quinquaginta solidatas apud Wimonvillam; ex dono Willelmi de Stutevilla, viginti duas libratas terre apud Cruesetot, et quinquaginta acras terre apud Tilleium. Ex dono Nicolai de Stutevilla, centum solidatas terre quas Arlais de Trublevilla tenebat de eo, et quicquid habebat ex tenemento Anfredi de Campania, et in tenemento Ingulfi de Campania, et in tenemento Ricardi Hager, et in tenemento Ricardi Bertout, et in tenemento Tusteni de Vallibus. Ex dono Ricardi de Stutevilla centum solidatas de Sterlins apud Weston[am]. Ex dono Eustachii de Grenevilla, molendinum de Fossa et dimidium molendinum Borrian. Ex dono Johannis de Mara, quicquid habebat

in tenemento Willelmi Abaillou et in tenemento Durandi de Monte et in tenemento Hugonis filii Heloys, et sex acras terre quas Gilbertus filius Ernulfi tenet. Ex dono Willelmi de Marteigneio quadraginta solidos in molendino de Arondel in rivaria de Bevredan. Ex dono Ricardi l'Enfant, dimidium modium bladi in molendino de Petra, et homagium Hugonis de Normanvilla pro dicto molendino. Ex dono ejusdem Hugonis, viginti solidos in eodem molendino. Ex dono Johannis de Alfayo, quadraginta solidos in tholoneo de Alfayo. Ex dono Rogerii Calcensis de Becco, quatuor quarteria bladi in molendino de la Chiese, et apud Grambovillam quicquid habebat in tenemento Huberti de Valleis et in tenemento Odonis Lanchart. Ex dono Hugonis de Quesneio, totum tenementum Richardi del Marcais, et totum tenementum Hugonis de Esmallevilla. Ex dono Roberti Panchevoult et concessione Vachelini fratris sui, nemus de Rivaria et sex solidos apud Fiscamnum. Ex dono Walchelini Panchevout, ecclesiam de Teroudivilla et duos modios bladi in molendino de Platea, cum duodecim denariis de taillagio, et totum tenementum Radulphi Quentin, et novem acras terre apud Teroudivillam. Ex dono Terrici de Fovilla, totum tenementum Radulphi de Pidasne, et quicquid habebat in tenemento Guillelmi Petevin. Ex dono Wisce de Sancto Petro et concessione Walteri de Sancto Martino et Rohais de Osbervilla, sexaginta acras terre apud Touvillam, et quinque homines, scilicet Robertum le Seneschal, Hugonem Gervasium, Turstenum filium Willelmi, Ricardum le Gaillart, Godefredum filium Maugerii. Ex dono Mathei de Roncherolles, ex eadem villa viginti acras terre et unum hominem, scilicet Ricardum Kerson. Ex dono ejusdem Mathei et Walterii de Sancto Martino et Rohais de Osbervilla, ecclesiam ejusdem ville. Ex dono Willelmi Torbert, ecclesiam Sancti Martini de Poteria. Ex dono Andree de Moretania, unum hominem apud Estruetat, scilicet Hemeri Brecart. Ex dono Ricardi de Vielvilla et concessione et confirmatione Luce de Terouvilla, domini sui, viginti tres solidos apud Terovillam. Ex dono Roberti Malconduit, campum de Fossa. Ex dono Rainaldi de Paveilli, decem solidos in molendino suo de Pont Audemer. Ex dono Alani Canis, quinque solidos in molendino de Vado. Ex dono Nicolai Quernet, viginti solidos in molendino Auree Vallis apud Vellebou. Ex dono Gisleberti de Teboutot, quicquid tenebat apud Trosetot de Willelmo de Stutevilla. Ex dono Radulphi de Vesneval, quinque acras terre apud Criquetot. Ex dono Willelmi Malconducti, masuram Osberti de Estelant apud Espinevillam et duas acras terre apud Englesquevillam. Ex dono Willelmi de Teovilla quicquid habebat in tenemento Rogeri Varable et in tenemento Willelmi Teterel, et in tenemento Willelmi de Felquerol. Ex dono Rogerii de Boevilla, masuram Richardi Pincheguerre apud Guenesville et octo denarios in masura Roberti le Saine. Ex dono Willelmi de Boevilla, masuram Radulphi Faleise apud Caneium. Ex dono Hugonis Talebot, qua

draginta solidos, scilicet viginti in tenemento Eustachii de Commanvilla, decem solidos apud Clavillam, et decem in manerio ipsius. Ex dono ejusdem Hugonis et Willelmi fratris sui, unum hominem apud Anschetevillam et totum tenementum ejus integre. Ex dono Roberti de Ivetot, viginti solidos apud Logias. Ex dono Guilberti Guillot, quindecim solidos apud Clipunvillam. Ex dono Alani de Bosco, decem solidos apud Logias. Ex dono Hugonis Cauvel, decem solidos apud Hayam et unum campum de dominio suo apud Dambam qui dicitur Campus Auce suspense. Ex dono Eustachii Torbert, duas acras terre apud Carpiquet et duas virgatas in proprestura foreste de Lislebona et unam masuram apud Fiscampnum. Ex dono Luce de Bosevilla, octo acras terre de dominio suo apud Bosevillam. Ex dono Eustachii de Viellville, sex quarteria avene et duos solidos apud Gangetot. Ex dono Henri de Vielvilla, viginti solidos apud Cruesetot. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et monachi ejusdem loci omnia predicta, et quecumque alia dona juste et rationabiliter possident, habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in aquis et vivariis, in mari[s]cis et piscariis[a] et grangiis et virgultis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut eis rationabiliter data sunt et sicut carte donatorum quas habent testantur.

Testibus : Willelmo Filio Radulphi senescallo Normannie, Radulfo de Glanvilla, Rainaldo de Paveilli, Willelmo de Stutevilla, Anselmo de Stutevilla, Rogero Calcensi de Duno.

Apud Turones.

DCCXXVI

Delisle, n° 534.

1177–1189. — Tours.

Donation à l'abbaye de Valmont des églises dépendant de la forêt de Lillebonne.

A. Original scellé sur cordonnet; Archives de la Seine-Inférieure, fonds de l'abbaye de Valmont. — Fac-similé, Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie*, pl. XXXI.

Souscription de Guillaume Fils de Raoul, sénéchal de Normandie probablement dès 1177.

[a] vivariis *B.*

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me dedisse et hac presenti car[ta mea] confirmasse, pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum, et pro anima Roberti de Stutevilla, Deo et abbatie Sancte [Marie] de Walemunt et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam ecclesias meas de purprestura foreste de Lillebona, scilicet ecclesiam Sancti .....[a] de Novavilla cum capella Sancti Thome, ecclesiam Sancti Blasii de Parco, ecclesiam Sancte Marie de Hertereio, ecclesiam Sancti Johannis de Novavilla, poss[idendas cum] omnibus pertinentiis suis. Sciatis etiam me concessisse et confirmasse predicte abbatie omnes donationes que ei rationabiliter facte sunt tam in rebus ecclesiasticis quam [in possessionibus] mundanis. Quare volo et precipio quod predicta abbatia et monachi ejusdem loci predictas ecclesias et quecunque alia dona juste et rationabiliter possident habeant et [teneant bene et] in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut eis rationabiliter data sunt, et sicut carte donatorum quas habent [testantur].

Testibus : Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie; Reginaldo de Paveilli, Eustachio de Stutevilla, Willelmo de Stutevilla, Ansel de Stutevilla, ... [de] Marteigneio, Johanne de Mara, Rogero Calcensi de Duno, Hugone Calvel.

Apud Turon[es].

DCCXXVII

Delisle, n° 535.

1177–1189.

Charte de fondation de la maison des religieux de Grammont dans le parc de Rouen. — Acte suspect.

A. Original perdu.

B. Vidimus de Charles VI, en juin 1383, au Trésor des Chartes; Archives nationales, JJ 122, n° 374. — Copie; Archives nationales, Q[1] 1383, XVI[e] s., parchemin, d'après un vidimus de Henri VI.

[a] *En cet endroit comme en plusieurs autres, le bord de la charte est rongé; il manque un mot.*

a. L. Delisle, *Examen de treize chartes de l'ordre de Grammont*, p. 25, n° IV. — *b.* Traduction en français, Farin, *Histoire de Rouen*, 1738, in-4°, 6e partie, p. 33.

Souscription de Guillaume Fils de Raoul, sénéchal de Normandie probablement dès 1177. — M. Delisle, dans son Introduction, p. 297, a exposé les raisons pour lesquelles cet acte doit être considéré comme faux ou tout au moins altéré.

Henricus, Dei gratia rex Anglie, et dux Normannie, et Aquitanie et comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus. justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis presentes litteras inspecturis, salutem.

Noveritis quod ego dedi et concessi Deo et ecclesie Beate Marie et domui de parco juxta Rothomagum et fratribus ordinis Grandimontensis ibidem Deo servientibus, pro remedio anime mee, in perpetuam elemosinam totum parcum predictum, et totum nemus predicti parchi, cum fundo terre in quo dicti fratres habitant sive habitare contigerit, sicut exteriorum fossatorum clausura, que est juxta regiam semitam per quam itur ad villam de Soteville, circunquaque demonstrat per circuitum, ad vendendum, donandum et utendum modis omnibus, quibuscunque modis uti voluerint, pro sua voluntate, libere, pacifice et sine aliqua contradicione, volens et concedens ut prenominati fratres in predicta domo commorantes habeant omnimodam justiciam et juridictionem in omnibus rebus, tam mobilibus qnam immobilibus, que sunt vel esse de cetero poterunt infra fossata memorata, nichil juris vel domini[i] michi retinens vel heredibus meis in premissis; concedens eciam ut predicta domus [cum] omnibus suis pertinentiis, ubicunque sint, sit semper immunis, quieta et libera ab omnimoda justicia et domin[i]o, ita quod quicunque reus ad dictam domum causa refugii accesserit, postquam fuerit infra fossata memorata, sit liber et absolutus ac si esset in monasterio aut in ecclesia consecrata. Preterea dedi et concessi fratribus memoratis et animalibus suis, cujuscunque generis sint, si animalia dictos fratres habere contigerit, plenum usagium in tota foresta mea de Rovareio que est juxta parcum memoratum, et in omnibus aliis forestis meis totius terre mee, ad edificandum domos, ubicunque et quandocunque edificare voluerint, et ad calefaciendum, et ad faciendum ea omnia que supradicte domui et omnibus membris eidem domui pertinentibus, presentibus et futuris, fuerint necessaria quoquo modo. Dedi et fratribus antedictis ducentas libras Andegavensium annui redditus in vicecomitatu Rothomagensi annuatim persolvendas ad voluntatem fratrum predictorum, sine dellectu et sine aliqua contradictione, videlicet centum libras in Pascha, et centum libras in festo Sancti Michaelis. Hanc vero solucionem predictarum ducentarum librarum fieri volo in prefatis diebus, sub pena decem librarum, quam penam

tenebitur reddere memoratis fratribus ille qui pro me et successoribus meis tenebit vicecomitatum antedictum, si defecerit in dicta solucione, nisi differatur predicta solucio de assensu et voluntate fratrum predictorum. Dedi et concessi fratribus antedictis totam vacheriam meam, que est de subtus le Molinet juxta Secanam, et homines in eadem commorantes, nichil juris vel domini[i] michi retinens vel heredibus meis in dicta vacheria, presentes litteras intuentibus significans quod dicti fratres habebunt et recipient ab hominibus in dicta vacheria commorantibus quolibet anno trecentos caseos, quemlibet caseum precii duorum denariorum, et dicti homines memoratos caseos ad domum fratrum predictorum aportabunt libere, pacifice et quiete, sine reclamacione cibi vel potus vel alterius cujuslibet rei; et si ipsi homines solucionem predictorum non fecerint ad voluntatem fratrum, ipsi fratres recipient in manu sua dictam vacheriam tanquam suam et facient de eadem suam voluntatem, concedens omnibus hominibus de voluntate dictorum fratrum in dicta vacheria commorantibus plenum usagium in prefata foresta tanquam fratribus antedictis. Dedi etiam memoratis fratribus omnes apes tocius foreste mee de Rovarei que in dicta foresta quoquo modo poterunt inveniri, et unum hominem in villa de Huchello cum heredibus suis, qui semper erit collector predictarum muscarum, quandiu placuerit fratribus antedictis, ita quod dictus collector, quicunque fuerit ille, habebit plenum usagium in foresta de Rovarei, quandiu placuerit fratribus antedictis. Dedi eciam dictis fratribus duos homines in villa de Rothomago ad servitium ipsorum fratrum faciendum, ita quod ipsi fratres habebunt semper duos homines successive per opcionem suam in villa Rothomagi, et in singulis villis prope domum per quatuor leucas existentibus unum hominem successive, volens etiam et concedens ut memorati fratres et omnes homines ipsorum, presentes et futuri, et omnes ipsorum famuli sint liberi et quieti per totam terram meam ab omnibus consuetudinibus, videlicet vinagio, passagio, pedagio, talliis, exercitu, et ab omnibus emendis, forefactis, michi vel heredibus meis pertinentibus quoquo modo, ita tamen quod dicti fratres habebunt eandem justiciam in suis hominibus, quam ego habebam in eisdem dum erant in mea potestate.

Testibus : Willelmo Filio Radulfi senescallo Normanie, Reginaldo de Curteney, Hugone de Morwyc., Martino de Ose, [de Sancto] (?) Petro super Dive (*sic*).

In cujus rei testimonium etiam presentes litteras sigillo nostro precepi confirmari.

Datum per manum Gau[cherii] cappellani nostri.

DCCXXVIII

Delisle, n° 536.

1177-1189.

Charte de Henri II pour les Bons-Hommes de Grammont. Rédaction amplifiée de la pièce précédente. — Acte faux.

A. Original scellé.

B. Vidimus de Henri VI; Archives nationales, Q[1] 1383.

a. Léopold Delisle, *Examen de treize chartes de l'ordre de Grammont*, p. 22, n° III. — *b.* Eug. Vallée, *Cartulaire de Château-du-Loir*, p. 47.

Souscription de Guillaume Fils de Raoul, sénéchal de Normandie probablement dès 1177; la date du 3 juillet (1156), 2[e] année du règne, placée à la fin de cet acte qui ne peut pas être antérieur à 1177, démontre la grossièreté du faux. Voir à cet égard l'Introduction, p. 296.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis presentes litteras inspecturis, salutem.

Sciatis quod, cum nos dudum fundassemus domum Bonorum Hominum ordinis Grandimontis in foresta nostra de Rouvereyo, ipsisque dedissemus in puram et perpetuam pro sustentatione vite sue elemosynam vicecomitatum aque Rothomagensis cum universis et singulis pertinentiis suis, cum dominio alto et basso, et utili ac mero et mixto imperio, omnique jure ad nos pertinente vel pertinere valente quomodolibet in futurum, dicti Boni Homines, ad nos venientes, retulerunt quod a venatoribus nostris et nonnullis aliis plurimum vexabantur, et propter dominium temporale quod ad dictum vicecomitatum pertinebat in divino servitio plurimum turbabantur, nobis supplicando quatenus ipsis in premissis providere dignaremur. Nos vero, ipsorum supplicacioni favorabiliter annuentes, in excambium et permutacionem premissorum, dedimus.ipsis et concessimus ac tenore presentium damus et concedimus totum parcum nostrum de Rothomago, prout tendit ipse parcus et clauditur a capite pontis Secane ex parte ville Rothomagensis, et progreditur recta linea ex transverso ad aliud caput ipsius pontis, excludendo ipsum pontem, cum omnibus circumstanciis, terris, nemoribus, aquis et pratis, et quibuscunque rebus aliis mobilibus et immobilibus indifferenter, sicut a capite ipsius pontis calciata et

IMPRIMERIE NATIONALE.

strata regia que tendit ad villam de Sotteville et exterioribus fossatis usque ad Secanam clauduntur, et ipsum flumen Secane, prout tendit a fine ipsorum fossatorum versus quandam insulam ipsis finibus fossatorum oppositam ex directo, ipsam insulam includendo, et a capite ipsius insule recta linea ex transverso usque in aliam ripam, prout labitur ex ulterioribus ripis usque ad pontem, ut premittitur, exclusive, cum omnibus ribargiis et insulis excrescentibus infra predictos terminos et insulis natis et nascituris, presentibus et futuris, et pertinentiis quibuscunque, ita videlicet libere et quiete quod de omnibus supradictis et quibuscunque aliis acquisitis et infra terram nostram in futurum acquirendis, presentibus et futuris, prior et Boni Homines totius ordinis Grandis Montis, qui sunt et fuerint, faciant in quibuscunque articulis suam plenissimam voluntatem, et in omnibus et singulis indifferenter habeant plenam justitiam, altam et bassam, et omne jus et dominium utile et merum et mixtum imperium et superioritatem ad nos et heredes et successores nostros pertinentes vel pertinere valentes futuris temporibus quoquo modo, sintque perpetuo domini capitales. Et nihilominus damus et concedimus memoratis priori et Bonis Hominibus et eorum successoribus universis et singulis, presentibus et futuris, plenum usagium, alto et basso (*sic*), vivo et mortuo, fructu et herba et quibuscunque necessariis sibi, utilibus seu quomodolibet opportunis, in foresta nostra de Rovereyo supradicta, pro quibuscunque pertinentiis suis, presentibus et futuris, et in quibuscunque aliis forestis totius terre nostre, ad recipiendum et faciendum de ipsis et in ipsis et ipsarum qualibet tanquam in et de re propria quicquid ipsis placuerit pro sue libito voluntatis, nulla a quocunque petita licencia seu in posterum aliqualiter petitura (*sic*). Item damus et concedimus memoratis Bonis Hominibus, in dicto parco residentibus, et ipsorum successoribus ducentas libras fortium Andegavensium, quia amplius noluerunt recipere, annuatim super vicecomitatu Rothomagi et recepta totius ducatus Normannie, videlicet centum libras in Pascha, et centum libras in festo Sancti Michaelis, persolvendas ab illis qui de cetero dictos ducatum et vicecomitatum, nostro vel successorum nostrorum nomine, gubernabunt, sub pena decem librarum ab ipsis dictis Bonis Hominibus et ipsorum successoribus solvendarum qualibet vice quod in dictis terminis non solverint requisiti. Concedimus etiam memoratis Bonis Hominibus omnes apes que in dicta foresta de Rovereio reperiri poterunt, et unum hominem in villa de Uchello successive ad predictas muscas colligendas, qui, ratione dicte collectionis, habebit perpetuo plenum usagium in foresta de Rouvereyo supradicta quandiu placuerit Bonis Hominibus supradictis, quia dictum hominem mutare poterunt quotiescunque ipsis placuerit, vel dictas apes ad manum suam facere colligi pro sue libito voluntatis. Damusque ipsis et concedimus totam vacheriam nostram que est subtus les Moulineaux. Item damus et

concedimus memoratis Bonis Hominibus duos homines in villa de Rothomago, et in singulis villis circumquaque dictum parcum per quatuor leucas, et in omnibus unum hominem in qualibet ad servitium ipsorum et suorum quorumlibet successorum, per opcionem suam, tenore presentium deputamus, volentes et precipientes quod memorati Boni Homines et successores sui, cum hominibus suis et quibuscunque pertinenciis suis, acquisitis seu acquirendis per ipsos et ipsorum quoslibet successorum, perpetuo quomodolibet in futurum, et dictarum pertinentiarum habitatores, cum universis et singulis familiaribus et bonis ipsorum et quorumlibet eorumdem, sint exempti, liberi et immunes per totam terram nostram, tam per terram quam per aquam, ab omni pedagio, theloneo, pontagio, censu, redditu, stallagio, lestagio, pesagio, monoianagio, foagio, vinagio, pasnagio, passagio, excubiis, exercitu et equitatu, fortalitio, venda, bianno, minagio, acquitamento, rivagio, fossagio, muragio, excubiis (*sic*), molinagio, fornagio, vinagio, tallia, et ab omnibus emendis et forefactis, servitiis, et de omnibus consuetudinibus, occasionibus, exactionibus, impositionibus, quibuscumque servitutibus, quocunque nomine nuncupentur, inductis seu inducendis, impositis seu futuris temporibus quomodolibet imponendis, ita etiam quod de cetero ipsi seu ipsorum aliqui non teneantur in aliquo accidenti stare justitie coram nobis aut hominibus et subditis nostris seu nostris vel ipsorum heredibus aut successoribus quibuscunque; sed prefati prior et Boni Homines totius ordinis Grandimontis et eorum quilibet successorum, in singulis locis et pertinenciis sui ordinis, acquisitis seu acquirendis, in Anglia, Normannia, Aquitania, et Andegavensi et Cenomanensi comitatibus, ceterisque terris nostris et heredum et successorum nostrorum, et nostrorum et ipsorum quorumlibet successorum, de universis et singulis suprascriptis omni conquerenti per se vel per alios justitiam exhibebunt, nec ab ipsis ad nos, homines aut subditos nostros, aut nostros seu heredes ipsorum et quoslibet successores poterit aliqualiter reclamari, quia nos, nostro et omnium et singulorum predictorum nomine, tenore presentium omne jus et dominium, altum et bassum, omnium et singulorum predictorum, acquisitorum et acquirendorum, presentium et futurorum, et mixtum et merum imperium et superioritatem, ad nos aut suprascriptos vel ipsorum alterum pertinentia vel futuris temporibus pertinere valentia quoquo modo, in prefatos priorem et Bonos Homines et ipsorum quoslibet successores tenore presentium transferimus pleno jure, ita videlicet quod omnia et singula, infra predictos fines per ipsos et ipsorum singulos acquisita seu in futurum quomodolibet acquirenda, ex quo per annum et diem ad manum suam pacifice tenuerint, a nullo retrahi valeant seu quomodolibet revocari, quibuscunque titulis sive causis, seu ipsos compellere extra manum suam ponere seu finantias quascunque pro ipsis solvere vel quemlibet predictorum, sed ipsa et ipsorum singula perpetuo

possideant sub modo, forma, conditionibus, libertatibus, dominiis et jurisdictionibus supradictis, quia ipsa et eorum singula ex nunc amortisamus, decernentes quod prefati Boni Homines possint acquirere et augmentare se de cetero infra universos et singulos fines memoratos pro sue libito voluntatis, et acquisita et acquirenda tenere cum tanta libertate quanta nos uti possumus aut debemus, ita etiam quod, quicunque ad ipsorum pertinencias vel ipsorum aliqua causa refugii accesserit, postquam fuerit infra pertinentias memoratas, sit liber et absolutus ac si esset in ecclesia consecrata. Nos vero premissas universas et singulas concessiones et libertates per totam terram nostram et omnium predictorum promittimus facere et precipimus inviolabiliter observari, dictisque terris super ipsis observandis perpetuam legem imponimus, ita quod tenentes ipsas terras vel ipsarum aliquam, qui universa et singula supradicta diligenter non fecerint observari, ipsis et ipsorum singulis exheredati sint ipso facto. Ceteri vero contra venientes vel ipsos aut ipsorum aliquem contra premissa vel eorum aliqua impedientes vel quomodolibet perturbantes, cujuscunque dignitatis, conditionis aut status extiterint, pena centum marcarum argenti, absque dilatione dictis Bonis Hominibus persolvenda, mulctentur, vel tamquam inimici nostri vel reipublice a patria exulentur; decernentes etiam ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis quod nulla consuetudo vel jus contra premissa vel ipsorum aliqua a quacumque persona valeat quomodolibet allegari, seu quod premissis vel eorum aliquibus usi non fuerint, quia ipsis et ipsorum singulis concedimus quod premissis omnibus et singulis uti et frui incipiant et continuent pro sue libito voluntatis, nullaque longeva temporis prescriptio ipsos privare valeat jure suo, que omnia et singula, prout premissis vel premissorum aliquibus fuerint contraria, viribus penitus vacuamus.

Acta fuerunt hec presentibus Guillelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Reginaldo de Curteney, Hugone de Morvic, Martino de Ose, [de Sancto] Petro super Divem (*sic*).

In quorum omnium et singulorum perpetuam firmitatem presentem paginam sigilli nostri munimine jussimus roborari.

Acta fuerunt hec regni nostri anno secundo, mense julio, die tertio.

DCCXXIX

Delisle, n° 537.

1178–1189. — Chinon.

Donation du domaine de « Pomerium Acre » aux Bons Hommes de Grammont.

A. Original perdu.

B. Copie de l'année 1332 ; Bibliothèque nationale, collection de Bastard, nouv. acq. franc., 3637, pièce 2. — *C.* Autre copie; Bibliothèque nationale, collection de Touraine (Dom Housseau), vol. VI, n° 1926.

Souscription de Raoul de Beaumont, évêque d'Angers, élu en 1177, mais consacré seulement en 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum[a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, senescallis, prepositis[b] et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro Dei amore et pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum, dedisse et concessisse in perpetuam et puram[c] helemosinam et presenti carta confirmasse Deo, priori et Bonis Hominibus de Grandi Monte locum de Pomerio Acri et totum nemus liberum et quietum, ad utendum pro voluntate sua, sicut distinguit via vetusta[d] que incipit a via Turonensi et venit in viam episcopalem[e] et fossata claudunt deversus Chinonem, et per totam forestam aliam et universas forestas meas omnia necessaria ad edificacionem et usus ejusdem domus et aliarum domorum ejusdem ordinis de tota[f] terra mea. Dedi etiam et concessi et presenti carta confirmavi duos solidos singulis diebus percipiendos in perpetuum apud Chinonem de firma mea, et unum hominem in castro Chinonis, et alium in villa de Asaio, ad serviendum domui et fratribus de Pomerio Acri, liberos et quietos, in terra et aqua, ab omni servicio et tallia et exercitu et omni consuetudine et exactione et rebus aliis que ad me spectant. Sciatis etiam me singulis domibus Grandimontensis ordinis dedisse et concessisse duos homines in singulis civitatibus, et unum in castris juxta que domus sunt posite, predicto modo liberos et quietos ab omni servitio et exactione. Quare volo et firmiter precipio quod predicti Boni Homines omnes predictas helemosinas meas habeant bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice[g], sicut eas illis dedi et presenti carta confirmavi.

Testibus : Bartholomeo Turonensi archiepiscopo, Radulfo Andegavensi episcopo[h], W. comite de Mandavilla, ...[i] de Precinee, Aimerico filio Ivonis, S. Turonensi senescallo Andegavensi, Rain[aldo] de Veo.

Apud Chinonem.

[a] Andegaven. *B, C.* — [b] justiciis et allis prepositis *C.* — [c] piam *C.* — [d] vetuta *C;* vetata *B.* — [e] episcopalem *omis dans C.* — [f] tota *omis dans C.* — [g] bene, libere, pacifice possidendas integre et honorifice *C.* — [h] episcopo Andegavensi, etc., *C.* — [i] *un nom omis dans B. Il faut sans doute suppléer* Joisberto *ou* Jouberto.

DCCXXX

Delisle, n° 538.

1178–1189.

Acceptation par Henri II d'un accord conclu entre Raoul, évêque d'Angers, son cousin, et l'abbé de Saint-Aubin d'Angers.

A. Original perdu.

B. Copie; Bibliothèque nationale, ms. lat. 17126, p. 341.

a. Bertrand de Broussillon, *Cartulaire de Saint-Aubin d'Angers*, t. II, p. 84, d'après *B.*

Raoul de Beaumont, évêque d'Angers, dont l'accord avec l'abbé de Saint-Aubin est confirmé par Henri II, élu en 1177, n'a été sacré qu'en 1178.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, abbati Sancti Albini Andegavensis, salutem.

Gratam habemus concordiam que prolocuta est (*sic*) inter episcopum Andegavensem, charissimum cognatum nostrum, et vos, super querelis que inter vos vertebantur, unde compromisistis, sicut nobis per nuncios vestros significastis, in sex personas. Et admodum placet nobis ut concordia illa fiat. Mandamus itaque vobis et affectuose rogamus ut operam diligentem adhibeatis ad faciendum eam, cum assensu Stephani de Turonis senescalli nostri; et si quid emerserit apponendum concordie illi faciende et dignum emendatione, quod per vos et per prefatos sex fieri non poterit, id in dilatione poni faciatis, donec communicato consilio nostro et vestro, et Stephani de Turonis senescalli nostri Andegavie, et Hugonis Galler., prout decuerit et expedierit compleatur.

DCCXXXI

Delisle, n° 530.

1180–1189. — Bur.

Confirmation de l'acte par lequel Guillaume de Garcelles et Guillaume de Caen, chevaliers, avaient donné à l'abbaye de Saint-Étienne de Caen tous les droits qu'ils avaient sur l'église de Saint-Martin de Garcelles.

A. Original autrefois scellé sur lacs de soie; Archives du Calvados, H 1835. — Photographie.

B. Copie; Bibliothèque nationale, ms. lat. 10074, fol. 195.

Eyton, p. 282. — Round, n° 1413[a].

Date donnée à la table : 1177-1189. Le connétable Guillaume du Hommet, témoin de cet acte, n'est entré en fonctions qu'en 1179, et Henri II n'est revenu d'Angleterre en Normandie qu'en 1180.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me ad peticionem Willelmi de Garsala, filii Gisleberti, et Willelmi de Cadomo concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et monasterio Beati Stephani de Cadomo et monachis ibidem Deo servientibus rationabilem donationem quam ipse Willelmus de Garsala et idem Willelmus de Cadomo eis fecerunt de advocatione et presentatione ecclesie Beati Martini de Garsala, et de omni jure et dominio quod habebant in eadem ecclesia in terris et decimis et omnibus aliis rebus, secundum quod in cartis Henrici Baiocensis episcopi et predictorum militum continetur. Quare volo et firmiter precipio quod memoratum monasterium Beati Stephani et monachi in eo Deo servientes predictam ecclesiam habeant et teneant in libera et perpetua elemosina sicut predeterminatum est, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum terris et decimis et omnibus aliis rebus ad eam pertinentibus, sicut carte prefati episcopi et eorumdem militum testantur.

Testibus : Henrico Baiocensi episcopo, Johanne de Constanciis archidiacono Oxenefordie, Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Thoma Bardufi, Gisleberto Filio Reinfredi, Hamone pincerna.

Apud Burum.

DCCXXXII

Delisle, n° 539.

1180–1189. — Bur.

Ordre à Guillaume du Hommet de maintenir les moines de Saint-Wandrille en jouissance des dîmes indiquées dans une charte dudit baron.

A. Original perdu.

B. Copie du XIV[e] s.; cartulaire de Saint-Wandrille, Archives de la Seine-Inférieure, H non coté, fol. 297 v°. — *C.* Copie; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., 1246, fol. 248.

a. Ferdinand Lot, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille* (*Bibl. de l'Éc. des Hautes Etudes*, fasc. 204ᵉ), n° 109, p. 175.

Round, n° 177.

Cette pièce est adressée à Guillaume du Hommet, qui a succédé à son père Richard, comme connétable de Normandie, en 1179; Henri II est resté cette année en Angleterre.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, Willelmo de Humetis, salutem.

Precipio tibi quod permittas monachos Sancti Wandregisili habere et tenere bene et in pace et juste elemosinas suas quas habent in terra sua, sicut carta tua quam inde habent testatur. Et nisi feceris, justicia mea faciat fieri.

Teste comite Willelmo de Mandevilla.

Apud Burum.

DCCXXXIII

Delisle, n° 540.

1180–1189. — La Flèche.

Acte de Henri II confirmant l'abolition par Audebert, comte de la Marche, des mauvaises coutumes établies par lui sur des terres de l'abbaye de Charroux.

A. Original perdu.

B. Copie par Dom Fonteneau, Bibliothèque de Poitiers, collection Dom Fonteneau, vol. IV, p. 239, d'après le gros cartulaire de Charroux, xvᵉ s., fol. 196. — *C.* Copie de *B*, par M. Paul de Fleury, Bibliothèque nationale, ms. latin 18379 (D. Fonteneau, vol. IV), p. 58. — *D.* Autre copie à la Bibliothèque de Poitiers, D. Fonteneau, vol. IV, p. 183, d'après un vidimus transcrit dans un cartulaire de Charroux non désigné, fol. 82. — *E.* Copie de *D*, par M. Paul de Fleury, Bibliothèque nationale, ms. latin 18379 (D. Fonteneau, vol. IV), p. 38.

Souscription du connétable Guillaume du Hommet, en fonctions depuis 1179; Henri II a passé cette année en Angleterre, et n'est venu en France qu'en 1180.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Karrofensi et monachis ibidem Deo servientibus concessionem quam Audebertus comes Marchie eis fecit, scilicet remittendo pravas consuetudines quas imposuerat in terra et hominibus Sancti Salvatoris, pro malis que fecerat ecclesie predicte, vineas quoque quas abstulerat, exactiones universas quas in vico abbatis, in mensuris tam vini quam rerum ceterarum, querebat; quedam etiam in Villa Solaria, que auferebat; in quadrigis, illud quod rotagium vocant; linorum[a] terragium; deditque ecclesie, Deo et Sancte Virtuti, in confraternitate Sancti Salvatoris, trium dierum nundinas, duasque eminas salis etiam recognovit, unam quam reddebat et alteram subtrahebat, quam Almodis comitissa, amita Audeberti, ecclesie in helemosinam dederat; operaria etiam circa monasterium que vulgo dicuntur estaus, quos (*sic*), culpam suam recognoscens, fieri, sicut confessus est, injuste prohibebat abbati et capitulo, ut amodo libere faciant permisit atque concessit. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia Karrofensis et monachi in ea Deo servientes omnia prescripta, que prefatus comes Audebertus concessit eis et remisit, habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plen[ari]e et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut concessit eis et remisit, et sicut carta ejusdem comitis testatur.

Testibus : Ricardo vicecomite de Bello Monte, Willelmo de Humetis constabulario, Mauricio de Creon, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Joisberto de Preissinneio, Aymerico filio Ibbon., Hugo[ne] Calleo.

Apud Fissam.

DCCXXXIV

Delisle, n° 541.

1180–1189. — Tinchebrai.

Confirmation des biens appartenant à l'abbaye de Lonlai. — Acte faux.

A. Original perdu.

B. Inspeximus de Henri VI (?), roi d'Angleterre, mentionné par *a.*

a. A. Du Monstier, *Neustria Pia*, p. 426, d'après *B.*

(a) *alibi :* lignorum, *ajoute ici la copie de D. Fonteneau* (*B*).

IMPRIMERIE NATIONALE.

Guillaume de Hommet, témoin de cette pièce, est devenu connétable de Normandie en 1179, mais Henri II était alors en Angleterre; il est venu en France en 1180.

Henricus, Dei gratia rex Anglie, dux Normannie et Aquitanie, comes Andegavie, Cenomani et Turonie, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, baillivis, vicecomitibus, justitiariis, ministris, fidelibus suis, et omnibus aliis ad quos presens scriptum pervenerit, salutem.

Quoniam monasterium Longiledi prope castrum meum et villam Dompnifrontis in Passeyo, in honore sacrosancte genitricis Dei Marie divina, ut comperi, revelatione ex fundatione Guillelmi principis Belimensis, domini tunc Dompnifrontis, est constructum, propter ergo ejusdem Virginis gloriose decus, ac favorem cenobii, religiosorumque ipsius capellanorum meorum ibidem Deo servientium, quorum etiam me teneo non immerito fundatorem, volo vos subditos meos et alios et singulos omnes non latere me de gratia speciali, authoritate regia, et cum cause cognitione concessisse et presenti carta mea confirmasse prefatis religiosis et successoribus suis omnes possessiones, predia, ecclesias, redditus, decimas suas, quorum et quarum hic aliqua duxi propriis vocabulis exprimenda, videlicet : locum ipsum Longiledi, ecclesiam Sancti Salvatoris, decimas, redditus, molendina, cum vinagiis et servitiis hominum suorum; decimas etiam omnium exituum, reddituum et proventuum de castro et baillivia Dompnifrontis duarumque forestarum nostrarum Sylvedue et Andene, ac omnium exituum, et de agrisculturis[a] que fient in exemplariis, cum aliis suis franchisiis earumdem, cum illis duobus maneriis de Castineriis et Heremitagiis, cum pertinentiis et usagiis que habent in Andena; ecclesias, decimas, oblationes, proventus et molendina Dompfrontis constructa et construenda, prout hec et plura alia in carta fundamenti sui vidi contineri; Beate Marie de Alta Capella, Sancti Harmari, de Juvigneyo, Genelleyo, de Passu, Sauceyo, Vacceio, Sancti Medardi super Ormont, de Songerolis, Chavigneyo, Cignayo, Charenteyo, Russella, Sancti Martini de Condeto, Sancti Petri de Respectu, de Cereseyo, Beate Marie de Monasteriis, de Alençonio ecclesias, patronatus, decimas, et omnia alia jura; manerium de Bello Mesnillo, cum ecclesiis et omnibus appenditiis; molendina de Condeto constructa et construenda, cum jure bannalis l[e]uge molendinarie delationis; usagium de bosco vivo pro reparatione abbatie et molendinorum, et de mortuo quotidie cum octo asinis; de Natali Domini, tribus ante et tribus post septimanis, capiendum herbagium pro pecoribus magnis et parvis, franchisias, quas et que habent in foresta Lande Putride, necnon tredecim quarteria frumenti apud Contreres et ad Brahal[b],

[a] *sic a.* — [b] Adbrahal *a.*

quittanciamque rerum suarum et hominum per omnes terras meas et portus maris, coustumamque accipiant de omnibus emptis et venditis in tota terra sua; hec in quantum premissa[a] omnia et singula, et omnia alia jura que habent in potestate nostra, in puram et perpetuam eleemosynam dicte abbatie confirmavi, et sigilli testimonio roboravi. Quare vobis omnibus subditis meis [precipio] ut predictam abbatiam meam permittatis perpetuo habere et quiete omnia premissa, que sunt in nostra potestate; et prohibeo ne aliquis prefatis religiosis, capellanis meis, monasterio rebusve suis aliquam injuriam vel molestiam inferat, aut de jure suo aliquid diminuat vel usurpet, si regie majestatis offensam effugere per severitatem discipline voluerit in presenti, et in futuro Dei [et] genitricis sue districtam ultionem formidaverit, cum Dathan et Abiron et Juda Christi traditore igne gehennali perpetuo cruciandus[b].

Testibus ad hec : Guillelmo de Hommet conestabulario, Willelmo Filio Radulphi seneschallo Normanie, Willelmo de Soliers[c], Radulpho de Domo, Nigello de Moritonio, Remigio Tailliatoris.

Datum apud Tinchebrayum.

DCCXXXV

Delisle, n^{os} 542-543.

1180-1189. — Valognes.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Saint-Lô en Cotentin.

A. Original perdu.

B. Vidimus de 1310; Archives nationales, Trésor des Chartes, registre JJ 47, n° 13. — *C.* Le même vidimus, Bibliothèque nationale, ms. latin 9784, n° 13. — *D.* Vidimus de 1307; Archives de la Manche. Photographie. — *E.* Inséré par Dubosc dans son cartulaire manuscrit de l'abbaye de Saint-Lô, p. 25-31, d'après plusieurs vidimus des Archives de la Manche. — *F.* Copie à la Bibliothèque nationale, ms. latin 10076, fol. 2.

Eyton, p. 254. — Round, n° 912.

Souscription du connétable Guillaume du Hommet, en fonctions depuis 1179; Henri II, en Angleterre en 1179, est venu en France en 1180.

[a] permissa *a.* — [b] cruciendus *a.* — [c] Saliars *a.*

H., Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Laudi in Constantino et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, in liberam et perpetuam elemosinam, feriam unius diei in octabis Pasche, et XX. solidos Andegavensium per singulos annos de redditu meo vicecomitatus Constanc[iensis] de termino festi Sancti Johannis, et quietanciam omnium rerum suarum de theloneo et passagio et pontagio et de omnibus consuetudinibus, quas homines sui poterunt affidare suas esse proprias. Preterea concedo eis et confirmo omnes subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas : Ex dono et concessione episcoporum Constanciensium, Algari videlicet et Ricardi successoris sui, et confirmacione archiepiscoporum Rothomagensium Hugonis, Rotrodi et Walteri, ecclesiam Sancti Laudi in qua prefati canonici manent, cum antiquis prebendis et omnibus decimis et hominibus et mansuris et terris in castello et in villa Sancti Laudi, cum molendinis et rebus ad eam pertinentibus, ecclesiam Sancte Marie de Castello, cum omnibus decimis et elemosinis ejusdem parrochie; ecclesiam de Echeudrevilla, cum omnibus oblationibus et tercia parte decimationis ejusdem ville et cum terra ad eam pertinente; in ecclesia Sancti Egidii X. libras Andegavensium annuatim; ecclesiam Sancti Georgii de Montchoc[a], cum omnibus decimis et terris ad eam pertinentibus, et cum decima molendini Rainaldi de Maiseriis; in Curceio decimam illam quam tenuit Basilia uxor Richardi de Suilleio, et decimam totius decimationis Constanciensis episcopi in Popivilla, in Valoniis, in Ivetoth[b], in Hubertvilla[c], in Escheudrevilla; ecclesiam de Campo Repulso, cum omnibus decimis, exceptis duobus manipulis de terra Gilleberti de Praeriis, et cum terra elemosine et cum decima[d] molendini; ecclesiam de Contreriis, cum omnibus decimis et terra elemosine, et cum decima molendinorum; ecclesiam de Maisnillo Ulrici, cum omnibus decimis et elemosinis et terris et virgultis ad eam pertinentibus, et IIII. acris terre circa ecclesiam suam, de dominico Constanciensis episcopi, et terram de Martini Villa, cum hominibus ibidem manentibus et masuris Baldewini, Radulfi Nobilis, Osmundi[e] Regis, Goscie[f] Vigilis, Ernisii, duas masuras que fuerunt Alberede de Savigneyo, et masuras Gaufridi Amioti, Gaufridi Colrasi, Guillelmi Cloet[g], Radulfi Duri Denarii, Hugonis molendinarii, Richerii Gute d'or, Hernisii[h] filii Hersendis, Ricardi Tempeste, et aliam quamdam juxta illam, et acram terre

[a] Montehoc *B;* Montchoc *D.* — [b] Ivetooht *D.* — [c] Hubertivilla *D.* — [d] et decimam molendini *D.* — [e] Osmondi *D.* — [f] Choscie *D.* — [g] Villelmi Clouet *D.* — [h] Ernisii *D.*

que fuit Odonis filii Austasie, et acram terre que fuit Radulfi Magistri, et masuras Petri de Gardino, Ricardi de Vivario, Rogeri de Rocheroel[a], Picoti[b], Serlonis presbiteri, et ortum quemdam quem dedit Alanus de Brientona, et terram arabilem que fuit Raineri de super Viram; apud Constancias, domum Ricardi nepotis capellani, masuram de vico Sancti Georgii, et masuras Walteri Oilardi et Rogerii filii Turgisii, et terram Ermisii le Varet, et masuram que fuit Gileberti Vasseleur[c], et masuram quam habuerunt de Guillelmo filio Revelini in castello Sancti Laudi, et masuram Willelmi Hatutii, et pratum et molendinum tanerez[d] que fuerunt Roberti Nepotis, et plateam inter ecclesiam Sancte Marie de Castello de Sancto Laudo et viam, quantum presbiterium ipsius ecclesie protenditur; et ecclesiam de Maisnillo Roscelini, cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eam pertinentibus, et cum decima molendini ejusdem ville, et partem illam ecclesie Sancti Ermelandi que erat de feodo Johannis de Campellis; et ecclesiam Sancti Thome martiris apud Sanctum Laudum. Ex dono Radulfi de Haia, XIIII. acras terre et unam salinam que dicitur salina Karon, pro excambio XIII. quarteriorum frumenti et VI. solidorum que pater suus dederat eidem ecclesie prius et ipse confirmaverat. Ex dono Guillelmi de Traci, decimam molendinorum suorum de Humeel. Ex dono Sibille uxoris Henrici Merlet, assensu ipsius Henrici, IX. acras terre tam in bosco quam in terra plana, intra fossata nemoris quod dicitur Solerium, et VIII. acras extra fossata versus boscum Ale, cum predicto bosco de Solerio, cujus medietatem habent ex dono prefate Sibille, et alteram medietatem ex dono Thome Castel, concessione Radulfi de Haia domini sui. Ex dono Willelmi diaconi de Sancto Egidio, decimam feodi sui apud Periers, retenta ecclesie ejusdem ville redecimatione hominum suorum quos ibi habebat, et tercia garba gaaingnagii terre de dominico suo, et domum Foberti apud Sanctum Egidium, et unam acram terre versus Buscaliam, quam Baldewinus prior et conventus Sancte Marie de Voto dederunt eis in excambium propter partem suam decime terre illius in qua abbatia eorum sita est. Ex dono Willelmi de Sola, et concessione Willelmi filii sui, ecclesiam Sancti Ebremundi de Bono Fossato, cum omnibus decimis et terris et elemosinis ad eam pertinentibus. Ex dono Ricardi de Vado Herberti, locum Sancte Trinitatis de Roella[e], cum ecclesia Sancti Supplicii[f] de Vado Herberti, cum decimis et elemosinis et terris ad eundem locum pertinentibus. Ex dono Girardi de Bruis, XXIIII. quarteria frumenti et V. solidos in molendino suo de Londa per singulos annos. Ex dono Willelmi Britonis, ecclesiam de Maistreio, cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eam pertinentibus et cum decima

[a] Rog. Rocheroel *D.* — [b] Piquoti *D.* — [c] Vaselur *D.* — [d] tanereiz *D.* — [e] Rouella *D.* — [f] Sulplicii *D.*

molendinorum. Ex dono Roberti de Sancto Remigio, mansuram Tustini Bodin. Ex dono Thome filii Johannis, et concessione Thome de Colunciis et Hugonis filii sui, ecclesiam Sancti Johannis de Beisanz, cum decimis et omnibus pertinenciis suis. Ex dono Odonis filii Azalidis, et concessione Guillelmi de Semilleio, VII. solidos de terra Mazeline et Gaufridi filii ejus. Ex dono Gileberti Oison et Lietie uxoris sue et Willelmi filii sui, partem illam ecclesie Sancte Marie de Ketevilla que est de feodo eorum, et jus patronatus ejusdem partis, cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Willelmi de Moion, jus advocationis quod habebat in ecclesia Beate Marie de Maisnillo Ospac[a], et ipsam ecclesiam cum pertinenciis suis. Ex dono Roberti de Prato Corbini, et concessione Ingerranni de Sai domini sui, et concessione Jordani de Maisnillo, ecclesiam de Prato Corbini cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eam pertinentibus, et cum decima molendinorum. Item ex dono Roberti prenominati, apud Pratum Corbini mansuram Gosmerii. Ex dono Berengarii de Gonnovilla[b], X. acras terre apud Rocham et terciam partem prati sui. Ex dono Willelmi de Haia, unum sextarium frumenti in ecclesia Sancti Martini de Maisons[c]. Ex dono Roberti de Vaudari et Willelmi filii sui, et concessione Thome de Colunciis et Aelicie uxoris sue et Hugonis filii sui, capellam de Maisnillo Corbet, cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eam pertinentibus, et cum decima molendini; insuper ex dono ipsius Thome et Hugonis filii sui, X. acras terre in eadem villa de dominico suo. Ex dono Philippi de Crolleio[d] mansuram Popeline apud Monfai. Ex dono Ranulfi de Sancto Egidio, feudum Ricardi de Landa. Ex dono Willelmi de Petra Ficta, decimam molendinorum de Foumoiçon et de Spina, et tria quarteria frumenti in molendino de Foumoiçon. Ex dono Gaufridi filii Hervei de Montsaol, annuente Thoma fratre suo, concessione Willelmi de Petra Ficta, pratum inter duos molendinos (*sic*) super Doleam. Ex dono Corbini de Agnellis, unam minam frumenti apud Levillam. Ex dono Willelmi comitis Arundelle, unum sextarium frumenti capiendum de molendino Roardi apud Aubigni[e]. Ex dono Johannis de Meltiz, terram illam pro qua Willelmus Nobilis reddebat annuatim unum quarterium frumenti, et illam pro qua Willelmus filius Adeline reddebat[f] similiter unum quarterium frumenti apud Meltiz. Ex dono Rannulfi de Aneseio, jus advocationis quod habebat in ecclesia Beate Marie de Rampen, et ipsam ecclesiam cum pertinenciis suis. Ex dono Guillelmi de Diva, XII. quarteria frumenti in ecclesia de Flureio, per compositionem factam inter abbatem Sancti Laudi et Engelrannum de Humetis super molendino de Martinvilla, medietatem ipsius molendini. Ex dono Jordani filii

[a] Opac *D.* — [b] Gunnovilla *D* — [c] Mesons *D.* — [d] Croilleio *D.* — [e] Aubingni *D.* — [f] reddebat *omis dans B.*

Thome, et concessione Ricardi Constanciensis episcopi, ecclesiam Sancti Audoeni, cum omnibus decimis et elemosinis et terris ad eam pertinentibus, et cum decima molendini ipsius Jordani. Ex dono Willelmi de Sicca Villa, ecclesiam Sancti Petri de Grismesnil[a], cum pertinenciis suis. Ex dono Helti de Melfa, X. acras terre apud Melfam. Ex dono Hugonis de Bernesc, decimam molendinorum suorum apud Bernescum. Ex dono Ricardi de Luci, locum Sancte Crucis de Wasto. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia Sancti Laudi in Constantino et canonici regulares in ea Deo servientes omnia supradicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, in ecclesiis, in decimis, in terris, in bosco et in plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in viis et semitis et omnibus aliis locis et rebus ad ea pertinentibus, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Willelmo de Aubigni comite Susexie, Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo de Sancto Johanne, Bertranno de Verduno, Willelmo de Moion, Richardo de Canvilla, Stephano de Turn[b].

Apud Valonias.

DCCXXXVI

Delisle, n° 556.

1181–1189. — Angers.

Acte confirmant à l'abbaye de Silli (Notre-Dame de Gouffern) le droit de présentation à l'église de Saint-Lambert-sur-Dive, que Robert de Clopel lui avait donné.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de Silli; Bibliothèque nationale, ms. latin 11059, fol. 25 v°.

Round, n° 689.

Cette pièce porte à la table la date : 1185-1189; il nous paraît plus prudent de mettre 1181-1189. L'acte a été souscrit par Geoffroi Fils du Roi, chancelier en fonctions depuis 1181.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis,

[a] Grismeisnil *D.* — [b] *Sans doute :* Turneham.

vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Beate Marie de Goufer et canonicis ibidem Deo servientibus rationabilem donationem quam Robertus de Clopel et Fulco et Gillebertus, filii sui, eis fecerunt de jure presentationis quod habebant in ecclesia Sancti Lamberti, cum pertinentiis suis, sicut donationem illam eis in presentia mea et Walterii Rothomagensis archiepiscopi, et assensu meo et ipsius archiepiscopi et assensu Fulconis de Alnou, domini ipsius Roberti, fecerunt apud Sagiensem civitatem, et secundum quod in carta ipsius Roberti, quam inde habent, continetur. Quare volo et firmiter precipio quod hec donatio eis facta de jure presentationis predicte ecclesie cum pertinentiis rata sit et stabilis et firmiter et inconcusse teneatur, sicut carta predicti Roberti, quam inde habent, testatur.

Testibus G. filio et cancellario meo, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Petro Filio Guidonis, Haimmerico Filio Ivonis, Willelmo de Mara, Willelmo Filio Aldelini, Gilleberto Filio Rainfredi, Hamone Pincerna, Stephano de Turneham.

Apud Andegavim.

DCCXXXVII

Delisle, n° 551.

1181-1189. — Beauvoir.

Exemption des droits de tonlieu et autres redevances accordée à l'abbaye d'Ourscamp.

A. Original perdu.

B. Copie du XIV^e^ s. dans le cartulaire d'Ourscamp, aux Archives de l'Oise, H non coté, fol. 137.

a. Peigné-Delacourt, *Cartulaire d'Ourscamp*, p. 317, n° 516.

Peut-être vaudrait-il mieux dire 1182-1189; l'archidiacre Geoffroi de Lucé paraît avoir été archidiacre de Derby à partir de 1182; le fait n'est cependant pas certain.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum, Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis totius terre sue et portuum maris, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbatie Sancte Marie de Ursicampo, et monachis Cysterciensis ordinis ibidem Deo servientibus, libertatem et quitanciam thelonei et passagii et pontagii et paagii et omnium consuetudinum

que ad me pertinent, per terram et per aquam, in omnibus terris meis citra mare et ultra, de omnibus rebus suis quas ipsi vel servientes sui poterunt assecurare eorumdem monachorum esse proprias. Quare volo et firmiter precipio quod illa abbatia et idem monachi predictam libertatem et quietanciam habeant bene et in pace, libere et integre. Et prohibeo ne quis eis inde vexationem vel disturbationem inferat aut gravamen.

Teste Gaufrido de Luci archidiacono[a].

Datum[b] apud Beauvoir.

DCCXXXVIII

Delisle, n° 544.

1181–1189. — Cherbourg.

Confirmation de donations faites à l'abbaye de Lessai par Richard de la Haie et par Renard du Mesnil.

A. Original scellé sur cordonnet; Archives de la Manche, H 5130. — Photographie.

B. Copie d'après une pièce des Archives de la Manche; Bibliothèque nationale, ms. latin 10071, fol. 45.

Eyton, p. 240.

Souscription de Jean, évêque d'Évreux depuis 1181. Il est bien peu probable que Henri II ait pu se rendre à Cherbourg en 1189.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbatie de Exaquio et monachis ibidem Deo servientibus subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas. Ex dono Ricardi de Haia, ecclesiam Sancti Johannis de Haia cum omnibus pertinentiis suis, et decimam thelonei de Haia, et decimam de Parco, et decem solidos usualis monete ad lumen ejusdem ecclesie de theloneo suo de dono matris sue et suo, et unam carrugatam terre in Ansgovilla et circa, et XXX. acras terre circa Haiam in parrochia Sancti Simphoriani, et decimam quinque

[a] Testes : Gaufridus de Luci, archidiaconus *B.* — [b] *sic B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

molendinorum desuper aquam de Bo, videlicet de molendino Hardi, de molendino de Chemino, de molendino Baril, de molendino Pelemusche, de molendino Sutrain, et decimam molendini de Vado. Ex dono Raginardi de Maisnillo, unam minam frumenti in molendino de Monte Acuto. Ex dono prefati Ricardi de Haia, decimam de quatuor libris secundum quod in carta ejus continetur. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia de Exaquio et monachi in ea Deo servientes omnia predeterminata habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carta donatorum testatur.

Testibus : Henrico Baiocensi et J. Ebroicensi episcopis, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Seero de Quenci, Hugone de Creissi.

Apud Cesaris Burgum.

DCCXXXIX

Delisle, n° 504.

1181-1189. — Chinon.

Concession d'une terre à Gautier, huissier de la Chambre.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s.; Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, DD n° 8. — PHOTOGRAPHIE.

Souscription de Geoffroi Fils du roi, chancelier, élevé à cette charge en 1181. Richard du Hommet, qui a aussi souscrit cet acte avec le titre de connétable, ne peut pas être le connétable Richard, mort en 1179. Il s'agit sans doute ici de Richard, petit-fils du connétable, auquel le scribe aura donné, par habitude, le titre porté par son aïeul (Introduction, p. 430).

CARTA WALTERI OSTIARII.

H., Dei gratia rex Anglorum, [et] dux Normannorum [et] Aquitanorum, [et] comes Andegavorum[a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis suis totius Anglie, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta mea confirmasse Waltero ostiario de Camera mea terram de Wordhie, que fuit escaeta in manu mea de Hugone Tirel, cum

[a] Angl., Norm., Aquit., And. *B.*

omnibus pertinentiis suis, pro homagio et servicio suo. Quare volo et firmiter precipio quod idem Walterus et heredes sui post eum habeant et teneant predictam terram de Wordie, cum omnibus pertinentiis suis, in feodo et hereditate de me et heredibus meis, libere et quiete, integre et honorifice, in bosco et plano, in viis et semitis, in pratis et pascuis et molendinis, et in omnibus aliis rebus ad eandem terram pertinentibus, pro uno pari calcar[ium] deaur[atorum] de XII. denariis annuatim michi reddendis ad Scaccarium in festo Sancti Michaelis pro omni servicio.

Testibus : G. filio et cancellario meo, Willelmo marescallo, Gilberto Filio Reinfredi dapifero, Gilberto Pipard[o], Ricardo de Humez constabulario[a], Ger[ardo] Talebot, Roberto Tresgoz.

Apud Chinun.

DCCXL

Delisle, n° 504 A.

1181-1189. — Chinon.

Concession d'un autre domaine à Gautier, huissier de la Chambre.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s.; Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, DD n° 9.

Souscription de Geoffroi Fils du roi, chancelier, élevé à cette charge en 1181.

CARTA EJUSDEM WALTERI.

H., Dei gratia rex Anglorum, [et] dux Normannorum [et] Aquitanorum, [et] comes Andegavorum[b], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta mea confirmasse Waltero ostiario de Camera mea villam de Stanlea in valle Gloecestrie[c], que est escaeta in manu mea, cum omnibus pertinentiis suis, sibi et heredibus suis, ad tenendum de me et heredibus meis in feodo et hereditate pro servicio suo. Quare volo et firmiter precipio quod

[a] *Le mot* « constabulario » *a été écrit ici par erreur.* — [b] Angl., Norm., etc. *B.* — [c] Gloecer., *B.*

idem Walterus et heredes sui habeant et tenant predictam terram de Stanlea, cum omnibus pertinentiis suis, de me et heredibus meis, bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, in bosco et plano, in viis et semitis, in pratis et pascuis et molendinis, et cum omnibus rebus ad eandem terram pertinentibus.

Testibus : G. filio et cancellario meo, Ricardo de Hum[ez][a], Mauricio de Creon, Willelmo Marescallo, Gilberto Pipard[o], Gilberto Filio Reinfr[edi], Willelmo decano Moriton[ii].

Apud Chinun.

DCCXLI

Delisle, n° 545.

1181-1189. — Gisors.

Charte de sauvegarde pour l'abbaye des Vaux-de-Cernay.

A. Original; Archives de Seine-et-Oise, série H, fonds des Vaux-de-Cernay (Inventaire du XVIII^e^ s., servant encore de base au classement actuel, layette D, liasse *f*, pièce 2).

a. Merlet et Moutié, *Cartulaire des Vaux-de-Cernay*, t. I, p. 20, d'après l'original.

Souscription de Geoffroi Fils du roi, chancelier depuis 1181. Il est bien probable que ni lui ni son père ne sont allés à Gisors après 1188. C'est sous toutes réserves que nous reproduisons la date 1181-1189, donnée à la table.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus baillivis suis totius terre sue et portuum maris, salutem.

Sciatis quod suscepi in manum et custodiam et protectionem meam abbatem de Sarnaio et abbatiam suam et monachos ibidem Deo servientes et homines et omnes res eorum et possessiones. Et ideo vobis precipio quod ipsos et homines suos et omnes res eorum custodiatis, manuteneatis et protegatis sicut meas proprias, ita quod nullam injuriam vel contumeliam aut gravamen eis in aliquo faciatis vel fieri permittatis. Precipio etiam quod ipsi per totam terram meam quietantiam habeant, tam per aquam quam per terram, de theloneo et paagio et passagio et pontagio et de omnibus consuetudinibus ad me pertinentibus, de omnibus rebus suis quas

[a] *Noter que le scribe n'a pas commis ici, comme dans la pièce précédente, l'erreur de donner à ce Richard le titre de connétable, porté par son grand-père.*

homines sui affidare poterunt suas esse proprias. Et prohibeo ne quis eis in aliquo forisfacere presumat super hoc super forisfacturam meam.

Testibus : Gaufrido cancellario filio meo, comite Willelmo de Mandevilla, Willelmo Filio Radulphi senescallo Normannie, Hugone de Cressi, Seherio de Quenci, Alvredo de Sancto Martino, Thoma Bardulfi.

Apud Gisorcium.

DCCXLII

Delisle, n° 547.

1181-1189. — Le Mans.

Acte confirmant aux chartreux du Liget le domaine de leur abbaye.

A. Original perdu.

B. Copie du XIV^e^ s. dans le cartulaire de la Chartreuse du Liget, conservé aux Archives d'Indre-et-Loire, H 167, fol. 123.

a. Carolus Le Couteulx, *Annales ordinis Cartusiensis*, Monstrolii, 1688, in-4°, t. II, p. 454.

Souscription de Geoffroi Fils du roi, chancelier depuis 1181.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum[a], et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie et Sancti Johannis Baptiste de Ligeto, et monachis et fratribus ordinis Cart[usiensis] ibidem Deo servientibus, locum ipsum de Lig[eto] in liberam et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum, cum terminis suis, sicut circuitus fossarum suarum se habet, salvo unicuique jure suo qui aliquam teneuram infra eosdem terminos habere dinoscitur. Quare volo et firmiter precipio quod prefata ecclesia Sancte Marie et Sancti Johannis Baptiste de Ligeto, et monachi et fratres memorati ordinis Cart[usiensis] ibi Deo servientes, locum illum cum terminis suis et omnes teneuras et res et possessiones suas habeant et teneant, ita bene et in pace et libere et quiete et integre

[a] Anglie, Norm., Aquitanie, And., *B.*

et plenarie et honorifice, cum omni libertate et quitantia thelonei et paagii et vinagii et omnium consuetudinum ad me pertinentium, sicut aliqua elemosina potest liberius et quietius concedi et teneri. Et prohibeo ne quis eis super hoc molestiam vel violentiam aut gravamen de aliquo inferre presumat. Et si quis eis super hoc vexationem vel violentiam aut gravamen aliquod inferre presumpserit, inde eis, salvo ordine suo et pace eis servata, quibuscunque rationabilibus modis poteritis, sine dilatione plenariam justiciam fieri faciatis.

Testibus : G. [filio] et cancellario meo, Willelmo decano Moretonii, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Willelmo de Ostilleio, Stephano de Turneham.

Apud Cenomann[im].

DCCXLIII

Delisle, n° 548 A.

1181-1189. — Le Neubourg.

Confirmation de l'acte par lequel l'abbé et le couvent de Marmoutier avaient fait donation de leur terre de « Liedes », tenue de l'église de la Trinité d'York, à Paulin de « Liedes », clerc du roi.

A. Original; British Museum, Campbell, xxix, 1. — Photographie.

Souscription de Jean, évêque d'Évreux depuis 1181.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Paulino de Liedes, clerico meo, rationabilem donationem quam abbas et conventus Majoris Monasterii ei fecerunt de terra sua de Liedes, scilicet vicum in quo manet, quem concesserunt ei tenendum de eis pro dimidia marca argenti per annum, vel conferendum cuicumque ipse voluerit de fratribus vel nepotibus suis post decessum suum, tenendum pro dimidia marca argenti annuatim de ecclesia Sancte Trinitatis Eboracensis in vita sua, sicut in carta predicti abbatis et conventus continetur. Concedo etiam eidem Paulino, clerico meo, et confirmo ut conferat post decessum suum cuicumque voluerit de fratribus vel nepotibus suis Cacabiteholm, sicut idem abbas et conventus ei concesserunt et carta sua confirmaverunt, et totam terram

suam ex alia parte fluvii, sicut in carta eorum determinatum est, in vita sua tenendum pro uno bisancio vel duobus solidis singulis annis reddendis in festo Sancti Martini hiemali ecclesie Sancte Trinitatis Eboracensis. Quare volo et firmiter precipio quod idem Paulinus, vel cuicunque de fratribus vel nepotibus suis hec supradicta contulerit, illa eadem habeat et teneat bene et in pace et libere et integre et honorifice per predicta servitia, sicut prefatus abbas et conventus ei dederunt et concesserunt, et sicut carte eorum testantur.

Testibus : H. Baiocensi, J. Ebroicensi episcopis, Rannulfo de Glanvilla, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Seher[o] de Quenci, Hugone de Creissi.

Apud Novum Burgum.

DCCXLIV

Delisle, n° 552.

1181-1189? — Montfort.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye du Bec.

A. Original perdu. — Ce texte est reconstitué au moyen de plusieurs copies incomplètes ou très défectueuses.

B. Extraits, dans les mémoires de D. Jouvelin ; Bibliothèque nationale, ms. latin 13905, fol. 117. — *C.* Autres extraits, moins étendus, dans les mêmes mémoires, fol. 21 v°. — *D.* Fragments dans le cartulaire de Normandie ; Bibliothèque de Rouen, ms. 1235, fol. 26. — *E.* Fragments dans le premier cartulaire de l'église d'Évreux, Archives de l'Eure, G 122, sur un feuillet intercalé entre les pages 28 et 31. — *F. Id.*, dans le second cartulaire de l'église d'Évreux, Archives de l'Eure, G 123, p. 39, n° 52. — *G.* Texte incomplet, tiré des rôles Normands de Henri V, dans le *Monasticon Anglicanum*, t. VI, p. 1067, reproduit par Le Prévost, *Notices et documents*, t. I, p. 234. — *H.* Texte semblable, tiré de la confirmation de Henri V ; A. du Monstier, *Neustria pia*, p. 484. — *I.* Indication, avec la date inexacte de 1159, dans les Mémoires de Dom Bénigne Thibault ; Bibliothèque nationale, ms. latin 12884, 2e partie, p. 73.

Eyton, p. 295. — Round, n° 384.

Le Rév. Eyton, dans son itinéraire (p. 294-295), donne à cette charte la date : vers mai 1189, et pense que le Montfort d'où la pièce est datée est Montfort, au Nord du Mans, soit, sans doute, Montfort-le-Rotrou ; cette hypothèse a pour elle la vraisemblance, si l'acte est bien de 1189 ; il est peu probable que Henri II ait pu se rendre à Montfort-sur-Risle dans les derniers mois de sa vie.

Il y a lieu d'hésiter aussi sur le terme initial de la date 1181-1189, donnée à la table. Guillaume Fils de Raoul, sénéchal de Normandie, qui a souscrit cette pièce, a été en fonctions depuis 1177 (Introduction, p. 482); d'autre part, Jean de Coutances, archidiacre d'Oxford, a été investi de ce bénéfice dépuis 1184 au plus tard. Le terme initial de 1181 reste donc douteux.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse in puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime patris mei G[aufridi], comitis And[egavorum], et matris mee M[athildis] imperatricis, et pro salute mea et omnium antecessorum et heredum meorum, Deo et Sancte Marie et monachis de Becco omnes donationes et elemosinas ecclesiarum, decimarum, terrarum et reddituum, possessionum et omnium quarumlibet aliarum rerum, que eis facte sunt in tota terra mea, tam in Normannia quam in Anglia, videlicet[a] : Ex dono Radulfi Dastin, ecclesiam de Duranvilla, cum terra et decima, etc. Ex dono Roberti Malet, sedem unius molendini juxta Rosteriam(?) et unam acram terre. Ex dono Ricardi filii Herluini, medietatem ecclesie Sancti Christophori. Ex dono Ricardi, filii Gisleberti comitis, ecclesiam de Luceio cum terra et decima, etc. +[b]Ex dono Fulconis de Alno[c] et hominum suorum, manerium de Mesnillo Simonis, cum ecclesia et omnibus ecclesie et manerii pertinentiis. +Ex dono Alberede, sororis ejusdem Fulconis, assensu et voluntate ipsius, terram de Groselers, que est juxta Landam sita, cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono primi Hugonis de Gornaco et Girardi filii, decimam totius dominii sui de Fordeham, et Listona et Alee et ecclesias ipsarum villarum cum terris et decimis, etc. Ex dono Henrici de Ferrariis et uxoris sue, decimam trium maneriorum in Anglia, etc. Ex dono Godefridi de Marboe et Wakelini fratris ejus et Wimondi cognati eorum, qui omnes apud Beccum facti sunt monachi, tres carrucatas terre apud Marboe et apud Faipou, et omnes decimas terrarum suarum in eisdem villis et septem hospites et dimidium. +Ex dono Balduini filii comitis Gisleberti[d], terram suam de Pulleta juxta Sapum, cum omnibus hospitibus et pertinentiis, et in Nova Villa quasdam terras et decimam molendinorum suorum; et ex dono ipsius

[a] *Note de M. Delisle* : « *Le commencement de la charte, jusqu'au mot* videlicet *inclusivement, se trouve dans le cartulaire du chapitre d'Évreux, et c'est à cette copie que j'ai demandé les formules initiales et finales.* » — [b] *Les articles précédés d'une croix sont ceux qu'on rencontre dans le texte du* Monasticon *et de la* Neustria pia ». (*Note de M. Delisle.*) — [c] Aneto, *Monasticon* (G); Alneto, *Neustria pia* (H). — [d] Ex dono Balduini Clare, *Monasticon* (G). Ex dono Bald. Clari, *Neustria pia* (H).

ecclesiam de Bosco Ranulfi, cum jure patronatus et advocacionis et omnibus aliis rebus ad eandem pertinentibus[a]. + Ex dono Radulfi de Grolai, quando factus fuit canonicus, ecclesiam de Huaneria[b], cum jure patronatus et advocationis et decima et omnibus aliis ejusdem ecclesie pertinenciis[c]. Ex dono Gaufridi de Berou et Agnetis uxoris sue, ecclesiam de Donna Maria, cum terra et decima, etc.; et in villa de Plesseis duas carrucatas terre, et ecclesiam ejusdem ville, cum terra et decima et molta et furno. Item ex dono ipsius Gaufridi, ecclesiam de Valle David, cum terra et decima, etc. Ex dono Willelmi de Tornebu et Ade uxoris ejus et Willelmi filii eorum, ecclesiam et decimam de Crikeboe. Ex dono Rogerii Harenc, medietatem ecclesie Sancti Petri de Sarenes et decimam, et ecclesiam Sancti Christophori, cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Odonis filii Turoldi et Eustachie uxoris ejus, ecclesiam de Belsath, cum omnibus pertinenciis suis, et medietatem ecclesie de Contevilla, et quartam partem ville que dicitur Formeria, et ecclesiam de Longo Mesnillo cum terra et decima. Ex dono Herluini filii Helgoti, ecclesiam de Fokevilla, cum terra et decima, etc., et ecclesiam Sancti Petri de Valle cum tota decima. Ex dono Go..... tres partes ecclesie et decime de villa que dicitur Olmes. Ex[d] dono Walkelini de Manceles et sororis sue, ecclesiam Sante Marie de Ajou, cum jure patronatus et advocationis, et decima et omnibus aliis ejusdem ecclesie pertinenciis, et XX. acras terre prope eandem ecclesiam. Ex dono Roberti de Belfou, quidquid habebat in burgo Sancti Georgii de Wivera, et ecclesiam de Beverone, cum terra et decima et omnibus aliis pertinenciis suis. Ex dono Alveredi de Gamaches, ecclesiam de Eschoies, cum terra et decima [et] omnibus pertinenciis suis, et terram ad unam carrucam in eadem villa. Ex dono Ivonis de Grentemesnil, manerium in Anglia quod vocatur Anna, cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Rogerii de Cormeliis et uxoris sue et heredum suorum, ecclesiam et decimam de Lomis. Ex dono Radulfi Cabot, quidquid habebat in ecclesia et decima de Furcis. Ex dono Radulfi de Cresseio et Adeliz uxoris ejus, ecclesiam de Monsteriolo [in] Caleto, et ecclesiam de Bosco Bernardi, cum terris, decimis, etc. Ex dono Henrici comitis de Warwic et Margarite uxoris ejus, terram et boscum de Appegard. Ex dono Margarite, quicquid habebat ad Crucem juxta vivarium Parci. Ex dono Willelmi Malet, manerium quod vocatur Mesnil Joscelini, cum ecclesia et omnibus ejusdem manerii et ecclesie pertinenciis. Ex dono Roberti de Putot, ecclesiam de Folevilla cum terra et decima, etc. Ex dono Gaufridi de Berou et Berengerii filii

[a] *Les mots :* « cum jure–pertinentibus » *sont remplacés dans les Mémoires de D. Jouvelin par* « cum terra et decima, etc. ». — [b] Huanaria, *Monast., Neustr. pia.* — [c] *Au lieu de* « cum jure–pertinenciis », *les mémoires de D. Jouvelin portent :* « cum terra et decima, etc. ». — [d] *Cette clause est dans le cartulaire du chapitre d'Évreux.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Simonis Barefol, ecclesiam de Esmalevilla cum terra et decima, etc. Ex dono Ricardi decani Ebroicensis, ecclesiam Sancti Martini de Rubeo Monasterio, cum terra et decima, etc. Ex dono Haimeri de Valle, ecclesiam de Nacendis cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Willelmi de Gloton, archidiaconi Ebroicensis, ecclesiam de Marnefai, cum omnibus pertinenciis suis. + Ex dono Roberti de Monte Forti, ecclesiam Sancti Andree de Appevilla, et ecclesiam Sancti Petri de Monte Forti, et ecclesiam Sancti Audoeni de Froulancourt[a], cum terris et decimis et omnibus earumdem ecclesiarum pertinenciis[b]. Ex dono Adeline, sororis ipsius Roberti, ecclesiam de Rouetot, cum decima et omnibus aliis pertinenciis suis. + Ex dono Rogerii filii Ricardi, manerium de Colevilla cum omnibus pertinenciis suis[c]. Ex dono Roberti de Moritonio et Ricardi fratris ejus, LX. acras terre apud Lurreium. Ex dono Rogeri de Thebovilla, medietatem cujusdam manerii in Anglia quod dicitur Widone; et ex dono Willelmi filii ejus, ecclesiam Sancti Lamberti, et aliam medietatem predicti manerii de Widone, cum ecclesia et decima ejusdem manerii, cum omnibus rebus ad eundem (*sic*) manerium et eandem ecclesiam pertinentibus, et decimam redditus sui de Ponte Autoni, et redditibus extra positis, et molendinum de Malassis, cum terra molendinarii, et quicquid habebat juxta predictam ecclesiam Sancti Lamberti, hoc est terram, hospites, prata, gardinum alveum usque, etc. Ex dono Gaufridi de Gargesale, ecclesiam et decimam de Hairuncel, et quosdam hospites et terram ad unam carrucam. Ex dono Ricardi de Romilleio, quidquid habebat in villa et parrochia de Plessis Mahiel. Ex dono Herberti presbiteri, ecclesiam de Ponte Auto, cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Willelmi de Harecort, molendinos (*sic*) juxta vadum Risle apud Chaumont. Ex dono Roberti de Belfou, filius Baivel quicquid habebat in Boseval. + Ex dono Thome Bardolfi et Rohais uxoris sue, ecclesiam de Bernouville[d], cum jure patronatus et advocationis et omnibus aliis ejusdem ecclesie pertinenciis. + Ex dono Frogerii, Sagiensis episcopi, ecclesiam de Reveillon[e], cum decima et omnibus ejusdem ecclesie pertinenciis[f]. + Ex dono Willermi Crispini[g], ecclesiam de Droecurt, cum terra et decima et omnibus ejusdem ecclesie pertinentiis. + Ex dono Girardi de Gornaio et Basilie matris sue, medietatem totius manerii de Longolio, cum omnibus ad ipsum manerium pertinentibus. + Item ex dono ipsius Girardi et Basilie matris ejus, ecclesiam de Brannost[h], cum terra et decima et omnibus que

[a] ecclesias de Monte Forti et de Appevilla et de Froulancurt, *Monast. et Neustria pia.* — [b] cum omnibus ad eas pertinentibus, *Jouvelin.* — [c] Collevilla, cum ecclesia et decima, *Jouvelin.* — [d] Vermouvilla, *Neustria;* Bormonvilla cum terra et decima, etc., *Jouvelin.* — [e] Ruullon, *Monasticon.* — [f] cum terra et decima, etc., *Monasticon* — [g] *Les sept clauses suivantes, qui manquent dans Jouvelin, sont tirées du Monasticon et de la Neustria pia.* — [h] Braimost, *Neustria pia.*

ad eam pertinent, et manerium de Bosco Girardi, cum omnibus pertinenciis. + Ex dono Willelmi Malet, manerium de Contevilla, cum ecclesia et omnibus ejusdem ecclesie et manerii pertinenciis. + Ex dono [a] Hugonis de Gornaio, decimam de prepositura et portione sua in villa de Escochei [b] et pertinenciis suis. + Ex dono Willelmi clerici portionem illam quam habebat in ecclesia et decima de Longolio. + Ex dono Hawisie de Monbaston, terram dominii sui de Monbastone, quam dedit quando se reddidit ecclesie Becci et habitum religionis suscepit. Ex dono [c] Roberti de Tostes, quicquid tenebat de Rogerio filio Ricardi in honore de Cambaio, in terris et in hospitibus et in redditibus. Hec autem omnia [d] predicta ecclesie et monachis de Becco concessi et presenti carta confirmavi, habenda et tenenda cum omnibus ad ea pertinentibus in perpetuum. Quare volo et firmiter precipio quod ipsa ecclesia de Becco et ejusdem loci monachi habeant et teneant omnia hec predicta bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in viis et semitis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis.

Testibus : Johanne de Constanciis archidiacono Oxenefordie, Willelmo clerico de Camera, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Eudone et Rogero de Fontibus.

Apud Montem Fortem.

DCCXLV

Delisle, n° 548.

1181-1189. — Mortain.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye d'Aunai.

A. Original perdu.

[a] *Cet article, qui manque dans les extraits de D. Jouvelin, consignés au fol. 117 de ses mémoires, se trouve dans les extraits moins étendus du même auteur, au fol. 21 v°.* — [b] Esthoci, *Monasticon;* Escheda, *Neustria pia.* — [c] *Cette clause est fournie par le cartulaire de Normandie, fol. 26, et manque dans Jouvelin comme dans le Monasticon.* — [d] *La fin de la charte, à partir des mots* «Hec autem», *se trouve dans le cartulaire du chapitre d'Évreux. Le texte du Monasticon Anglicanum et de la Neustria pia porte :* «Hec autem dominia, non solum que in presenti scripto continentur, sed et omnes alias donationes, et eleemosynas ecclesiarum, decimarum, terrarum, reddituum, possessionum, libertatum et omnium quarumlibet aliarum rerum, que ex mea et antecessorum vel hominum meorum donatione et concessione tam in Anglia quam in Normannia predicte ecclesie [et] monachis de Becco constat rationabiliter data esse et concessa, eidem ecclesie et monachis concedo et presenti carta confirmo. Quare volo.....»

B. Vidimus de 1308 aux Archives du Calvados, H 669. — *C.* Copies modernes aux Archives de la Manche; l'une d'elles, cotée H 1, notariée, est du 3 novembre 1611 (fonds de l'abbaye d'Aunay); c'est d'après elle que M. Delisle a corrigé et complété le texte *B.* — *D.* Extrait copié en 1675; Bibliothèque nationale, ms. latin 10063, fol. 165.

Round, n° 526.

Geoffroi Fils du roi a souscrit cet acte en tête des témoins, ce qui semble indiquer qu'il était déjà chancelier; l'acte ne pourrait donc pas être antérieur à 1181. Le roi ne semble pas être allé à Mortain en 1189, et c'est sous toutes réserves que nous conservons la date 1181-1189.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbatie Sancte Marie de Alneto, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes subscriptas donationes que eis rationabiliter facte sunt et cartis donatorum confirmate. Ex dono Jordani de Saio et Lucie uxoris sue, et concessione et confirmatione Richardi de Humetis, constabularii, et Agnetis uxoris ejus, et liberorum suorum, heredum illorum, locum in quo constructa est primum prefata abbatia, sicut terra descendit de monte in Oudonem, et partem foreste, sicut via descendit versus domum Osberti carpentarii. Ex dono eorumdem, terram de Repentio[a], concessu Radulfi de Buron[e] et heredum suorum, quam Lucia uxor Jordani emerat. Item ex dono eorumdem, quoddam nemus juxta nemus Anquetilli, concedente Radulfo de Buron[e] et heredum suorum. Ex dono eorumdem, decimam totius dominii et decimam molendini de Deserto. Item ex dono eorumdem, ecclesias de Cenilleio cum omnibus decimis, et terram elemosinariam ad easdem ecclesias pertinentem. Item dimidiam terram quam habebant in Aneeriis[b] et decimam molendinorum et telonei et virgultorum et pecorum de Alneto et de Rumilleio, et decimam anguillarum, et duas acras terre in quibus constructa est grangia monachorum, et duas garbas totius decime Rumilleii, et duas garbas decime de Bauqueio[c]. Item, ecclesiam de Herouvilla, et quicquid habebant in ecclesia de Ranvilla et in decima, et decimam molendini sui in eadem villa. Item, in Cormolain decimam totius dominii sui et totam terram suam. Item ecclesiam Baleii[d] cum tota decima et decimam molendini. Ex donatione eorumdem, in Anglia, ecclesiam de Curtintona, cum terra elemosine et omnibus aliis pertinenciis suis, et in Bernecestria[e] decimam dominii sui, et capellam

[a] Repentir *D.* — [b] Auceriis *B.* — [c] Baucheio *D.* — [d] Baleii *B*; Balerii *D.* — [e] Bernecestria *B*; Benecestria *D.*

de Gylva[a] cum decimis dominii sui. Ex dono autem Lucie pratum unum in Baucheio. Ex propria[b] donatione Richardi de Humetis et Agnetis uxoris sue, filie et heredis predicti Jordani, concessione Guillelmi de Humetis et Engerranni et Jordani, filiorum suorum, sedem et positionem abbatie nove super Oudonem, et viginti acras terre feodi filiorum Alveredi, pro quibus prefatus Richardus et Agnes uxor ejus donaverunt eis excambium juxta novum vivarium quod fecit construi super Oudonem. Item ecclesiam de Marrigneio, cum burgo Sancti Petri et cum omnibus appendiciis suis, et in molendinis ejusdem ville quatuor quarteria frumenti cum omnibus appendiciis suis, et in molendino ejusdem ville quattuor quarteria frumenti. Item in eodem molendino, ex dono Guillelmi de Humetis[c] et Agnetis matris sue, quinque quarteria frumenti, [et] viginti solidos Cenomanensium in teloneo ejusdem ville. Item ex dono memorati Richardi de Humetis et Agnetis uxoris sue ecclesiam de Rumilleio in integrum, cum omnibus appendiciis suis, et ecclesiam de[d]..... cum omnibus pertinenciis suis, et ecclesiam de Lerunberga cum omnibus pertinenciis suis, et totam terram de Masura Arsa, quam prefatus Ricardus de Humetis emit de Radulpho de Noeriis, quam idem Radulphus tenebat de Radulpho de Roscamp concedente Ranulfo de Roscamp, et similiter cum Richardo de Humet[is] super altare ponente, sicut carta Richardi testatur. Item totam terram et omne tenementum ex integro quod tenebat Ranulfus Carchard de ipso Richardo de Humetis apud Vianam. Item totam terram quam tenebat Andreas de Alneto apud Ranvillam. Item ex dono Ricardi de Humetis et heredum suorum totam villam de Ferraria cum bosco Aalouf et omnibus pertinentiis suis, excepta ecclesia et molendino. Ex dono Richardi de Ros, concessione et confirmatione Richardi de Humetis et filiorum suorum, duas acras terre in Hermenvilla, concessu Terrici de Hermenvilla. Ex dono Roberti Mali Nepotis, duas acras terre apud Ares. Item totam terram Willelmi de Coleville de Ferraria de Valle, cum nemore ad eandem terram pertinente. Item ex dono Eudonis de Brecé duas acras terre apud Vianam. Ex dono Anchetilli da Veaus, unam acram terre apud eamdem villam de Viaus, concedente eamdem Willelmo filio ejusdem Anschetilli. Ex dono Agnetis, uxoris antefati Richardi de Humetis, in villa et tenemento de Ranvilla, concedentibus filiis suis, totam terram et totum feodum Ricardi Karite et fratrum suorum cum omnibus pertinentiis suis, et in Anglia, apud Curtintonam, viginti solidos in terra et reditu et locis determinatis in carta ipsius Agnetis, et in molendino, ita quod si aliquid in reparationibus et in operibus molendini facere oportuerit, ipsa

[a] Gylva *B;* Giuva *D.* — [b] propria *omis dans D.* — [c] Humeto *B, ici et en plusieurs autres endroits;* Humetis *D.* — [d] *Un mot illisible dans B; toute cette partie de la pièce manque dans D.*

vel heredes sui per se vel per heredes suos illud facient, secundum quod carta ejus[dem] Agnetis testatur. Ex dono Enguerranni de Humetis, triginta acras terre apud Alnetum, juxta territorium Sancti Georgii, et ecclesiam Benneville cum omnibus decimis et pertinentiis suis, concessu Cecilie uxoris sue et Henrici filii sui, et concessu Ranulphi de Brevebeuf, qui de Enguerranno eam tenebat, et Petri filii sui, et ecclesia de Cambis cum omnibus pertinentiis suis, concessu etiam prefate Cecilie, uxoris sue, et Henrici filii sui. Ex dono Gisberti de Kenerchis, totum illud quod habebat in molendino de Rocheros, sicut carta ipsius testatur. Ex dono Radulphi de Mesnillo et in maceriis versus Cambam, unum campum terre qui reddit unum sextarium frumenti, et in feodo dicto XXX. acras juxta la Ruette, de quodam campo quem Willelmus Tucupent (?) tenet in feodo et firma, unum sextarium frumenti, et apud Sauxevilla[m] et apud Mannunces duos campos quos Robertus Burnel tenet in feodo et firma, qui reddunt unum sextarium frumenti, quos campos dedit eis cum redditu frumenti inde proveniente, exceptis reguardis et serviciis hominum, sicut continetur in carta ipsius Radulphi. Ex dono Enguerranni Patrich, dimidium modium frumenti annuatim recipiendum mense septembri in merceria[a] sua de Mesnillo Patrich, secundum quod carta ipsius Inguerranni testatur. Quare volo et firmiter precipio quod prefata abbatia de Alneto et monachi ibidem Deo servientes omnia suprascripta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et decimis et terris et redditibus, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Gaufrido filio meo, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Alveredo de Sancto Martino, Gisleberto Pipard, Roberto de Bruiecurt, Gerardo de Canvilla, Radulfo de Fougeriis, Radulfo Tesson et Nigello de Moretonio.

Apud Moretonium.

DCCXLVI

Delisle, n° 549.

1181-1189. — Neufmarché.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye Notre-Dame d'Eu.

A. Original perdu.

[a] mereeria *B.*

B. Copie dans le cartulaire du comté d'Eu; Bibliothèque nationale, ms. latin 13904, fol. 38 v°.

Souscription de Geoffroi Fils du roi, chancelier depuis 1181; la souscription de Jean, archevêque d'York, est fautive; il n'y a pas eu alors d'archevêque d'York ainsi nommé; on doit lire sans doute : Jean, évêque d'Évreux (Ebroicensi episcopo, et non : Eboracensi archiepiscopo).

[H.,][a] Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquit[anorum] et comes Andegavorum[b], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Augo et canonicis ibidem Deo servientibus omnes subscriptas donationes et concessiones que eis rationabiliter facte sunt et cartis donatorum confirmate, videlicet : Ex concessione Henrici comitis de Augo, quod si quis canonicorum regularium[c] de rebus ad ecclesiam pertinentibus sine ipsius Henrici et antecessorum ejus et totius capituli assensu a predicta ecclesia Sancte Marie de Augo aliquid quoquo modo alienaverit vel elongaverit, post decessum ipsius canonici quod fecerat in irritum revocetur. Et quicquid barones ejusdem comitis, vavasores vel burgenses, de agris suis, domibus aut redditibus vel aliis rebus supradicte ecclesie dederunt aut dabunt, salvo jure ipsius comitis et hominum ipsius, concedo et confirmo. Liceat etiam prefatis canonicis regularibus predicto comite[d] et successoribus ejus non requisitis suorum abbatum liberam electionem secundum Deum canonice facere, et quos et quot fratres voluerint recipere. Item ex dono predicti comitis apud Augum ecclesiam Beate Marie, cum ecclesiis, decimis et rebus omnibus ad illam pertinentibus, scilicet ecclesiam Sancti Johannis Baptiste, ecclesiam Sancti Petri, ecclesiam Sancti Jacobi; senalia[e] de tota parrochia Augi; decimam molendinorum comitis apud Augum, et dimidium modium frumenti, et moltam liberam, et unam minam frumenti ad hostias Pasche in eisdem molendinis; decimam omnium denariorum de censibus comitis apud Augum, et de omnibus caponibus ejus, et de lignagio et focagio, et de stallis ubi venditur panis, sive habeat, sive aliis dederit; decimam porcorum, cervorum, capreorum de foresta et piscium aque Augi; decimam de camba Roberti la Eise, et de quibusdam hospitibus de Augo, et de Pont, et de Maresco, et de Sancto Hylario, scilicet de censu Gaufridi de Bailloel et de suis piscatoribus apud Ulteris Portum; mansiones proprias canonicorum, liberas ab omni consuetudine, et theloneum propriarum rerum et familie proprie et nemus quietum; quatuor denarios de unaquaque hostilla textorum ad candelam Sancte Marie, curiam comitis

[a] *La place où devait être peinte l'initiale est restée en blanc.* — [b] Anglie,... Normannie, *etc.*, *B.* — [c] singularium *B.* — [d] comiti *B.* — [e] senalia *B; forte leg.* fenalia.

Henrici juxta ecclesiam Beate Marie; masuram Ernulfi Rossel; paxillum terre post domum Gilleberti portarii; masuram Willelmi de Fulcarmont; masuram que fuit Rogeri Daniel; masuras Bernardi Ruffini et Ernesii de Maresch; item in calceia masuras Symonis de Sainliz et Roberti Multon; terram Hasculfi decani cum hospitibus Hugonis Folvilain, Nicholao de Vincestre, Willelmo Pagano, Acardo de Furno, Gamelino, Waltero cum Barba, Doda Cochet, et aliis; terram Valteri filii Harduini in cinctura; masuram Bartholomei Molinarii et sororis fratris Aloldi; masuram Willelmi filii Maisendis; unam cameram domus Walteri Raine; masuras Norreis et Eustachii; masuram juxta gradum Petri de Barra et aliam retro domum ejusdem; masuram Herberti de Abbevilla; masuram Radulfi filii Ivonis juxta posternam portam apud Matonmaisnil; masuram juxta domum Alani aurifabri; masuram in vico Cordubanariorum Hugonis Folvilain; quinque solidos in masura juxta portam Roberti filii Lenere; masuram Petri Malvaisin; masuram Rogeri Lever in vico de Hairencort; masuram ad aquam afferendam; curtillos quos tenent Durandus Molinarius et Robertus de Balchieli. In vico Sancti Petri, sedem granchie Petri de Barra cum hospitibus ejus, et duas masuras et paxillum terre juxta illam, et masuras Roberti de Culmunt, Roberti Rossel, Radulfi le Fornier, Gilleberti de Bordaigne, Alelmi de Vimou, Radulphi de Flosches; quinque solidos et III^er^ capones in elemosinam Templariorum, in Veteri Burgo, terram cum hospitibus, Merlino, Alelmo filio Osmundi, Wydone filio Walberti, Willelmo Carpentario; masuras Walonis circularii, Tiecelini Longeroie, Roberti le Mesguichier, Morelli, Radulphi Gaipin, Alelmi de Sancto Johanne; curiam Sancti Johannis, masuras Roberti Parvi, Willelmi Merlen, et grandem masuram Wermondi in Britannia; extra fossatum terram curtilli sui. Ex dono Gaufridi de Barra, censum dimidie masure quam tenebat Engeranninus Bornius et alii, et totam terram suam extra fossatum Sancti Johannis, et duos campos, unum sub crosa, alium supra, et unum hospitem, scilicet Willelmum Carpentarium, et paululum terre quam tenebat de Wilardo de Matonmaisnil. Ex dono Engerranni Reverer (?), duo prata de feodo de Cobervilla, duo prata ultra ampnem de feodo Willelmi Strabonis. Ex dono Ancelini de Pont[e], nemus suum de Monte Furcharum quietum. Ex dono Roberti Dapiferi, campum de Monte Boicelin, et campum qui est juxta nemus quem tenuit Rainelmus, quietos. Ex dono Secundi Henrici comitis, tota marescha a muris Augi usque ad feodum Gaufridi de Hascheu et a rivaria usque ad curtillos Templariorum quieta, et decimam totius redditus stallorum que instauravit apud Augum, et libertatem emendi XX^ti^ milia allectium recensium (*sic*) vel salsorum singulis annis, et etiam libertatem decem solidorum emptionis de omni genere piscium ab unaquaque nave que non erat de comitatu Augi sine ulla contradictionne, et unam libram piperis de

Gaufrido de Welges. Apud Utreportum, masuram Engerranni Pilet de feodo Willelmi Strabonis, et de ejusdem feodo pratellum illud quod tenuit frater Ric.; masuram Osberti Salinarii; masuram Johannis Lecok et piscem in XL[a] [(a)] de manentibus in illa; curtillum qui fuit Gualonis de Aost; duas masuras sub Sancto Jacobo; terras in Monte Furcarum; campum Bernardi Clerici; terram quam tenuit Walterus le Vaslet; terram juxta Tylleium; campum in valle de Culmunt; duos campos in Britannia de feodo Engerranni de Avenes; decimas de toto Tylleio; apud Pontem pratum unum et totam decimam habitantium in toto vico versus Augum tam in nutrituris quam in cultura terre, scilicet in feodo de Asseu, et tres curtillos de Roberto de Maresch et Gaufrido de Cobervilla; ecclesiam de Parco cum appenditio; decimam de duobus curtillis apud Sanctum Petrum in Valle; capellam Sancti Nicholai de Mares cum appenditiis; capellam de Bosco Roculfi, et parrochiagium hominum de Bosco Roculfi, de Brunvill[a], de Culmunt, de Culmondel, et omnes eorum decimas; ecclesiam de Estanelonde cum omnibus decimis de tota parrochia et omnibus appenditiis; ecclesiam de Flosches et atrium cum omnibus decimis; apud Sanctum Remigium, duas partes decime de feodo Bloet, et duas similiter de feodo Guermondi, excepto dominio Willelmi et feodo Henrici, et duas partes decime de nutrituris in eisdem feodis; omnes ecclesias de Criolio cum omnibus decimis de tota parrochia, scilicet de Caisnei, de Maisnilval, de Sefreivill[a], de Guetevill[a], de Maisnil Goscelini; atrium Sancti Albini et totam curiam comitis Henrici, ubi fuit grangia, et masuram Galfr[idi] Lepeigne, proximam curie, et duo prata et tres masuras, scilicet sacerdotis Alvredi, Willelmi de Folesia, et duas juxta pontem, que omnes sunt libere ab omni consuetudine cum aliis terris que date sunt ecclesie, in villa, in campis; sexaginta solidos de censibus et modium grosse annone in molinis ejus, et campum de villanis ejus, et hospitem pertinentem ad campartum, ecclesiam de Tokevilla cum cantuaria ejus; ecclesiam de Buivill[a] cum omni decima ubique de dono domini et trium vavasorum, et cum tercia parte decime de ceteris hominibus, et unum hospitem in eadem villa; ecclesiam de Seignevill[a] cum omnibus decimis totius parrochie; ecclesias de Blangeio et totam decimam de dominio comitis de terra Abraham, de quodam feodo Ancheri, de feodo Turstanni Rufi, et terciam garbam et parrochiagium de Fontanis, de Boiscelmaisnil, de Carpeigni, et de omnibus que ad parrochiagium pertinent omnes decimas in eisdem locis, et decimam de omnibus censibus comitis et de tota consuetudine bladi, thelonei, traversii, furnorum, foragiorum et omnium que ad vicecomitatum pertinent, et de integro brascino dimidium hamechel cervesie;

(a) *leg.* Quadragesima.

IMPRIMERIE NATIONALE.

terram Sancti Dyonisii, IIII^{or} curtillos juxta Sanctum Dyonisium et IIII^{or} masuras, et pratellum Sancte Marie, et curtillos Rogeri, Ernaldi Anglici, Thome Fabri, et tenementum Ricardi filii Wiardi, et curtillum de Fontanis; ecclesiam Sancti Leodegarii cum omnibus decimis et appenditiis et eadem libertate in campis et nemoribus, quam dominus ville habet; ecclesias de Fulcardimonte cum omnibus decimis de tota parrochia in dominio comitis, et in omnibus aliis, preter duas garbas in tribus feodis, scilicet in feodo Baillol, in feodo Caletot, in feodo Walteri Pevrel, et totam decimam de feodo Baillol, qui (*sic*) est inter Prensevill[am] et Fulcardimont[em], et duos campos in Valle Ricard et duos campos in Valle Domine; sedem grangie et masuram super vetus vivarium, et IIII^{or} masuras super vivarium monachorum, et IIII^{or} circa ecclesiam Beate Marie; ecclesiam de Vivelers cum omnibus decimis et appenditiis et una masura; ecclesiam de Fanencort cum omnibus decimis et appenditiis et sedem grangie et decimam de molinis; ecclesiam de Osberto Maisnil (*sic*) cum omnibus decimis et appenditiis[a]..... animalium de tota parrochia des Airables, de Gorrai, de Essartis; masuras ante ecclesiam, atrium et campum usque ad tilium; ecclesiam de Camble cum decima de tota parrochia de Bosco Trussebot, de Bosco Walteri, de Auvilier. Apud Grantcort, duas masuras et decimam de parte comitis in molinis; decimam molini de Escoteignies, dimidium modium frumenti in molinis de Setmoles, nemus de Catebois. Apud Acerumaisnil IIII^{or} hospites, et duos apud Boscum Ric., et totam eorum decimam et campartum et census, et hospitationem et procurationem abbati et canonicis quando volunt capere; ecclesiam de Bosco Gaufridi cum omnibus decimis et omnibus pertinentiis [et] rebus quas Gaufridus de Baillol et Gillebertus ejus heres dederunt ecclesie in Normannia et in Anglia, scilicet decimam de omni redditu foreste sue, et in eadem foresta ligna ad comburendum et ad edificationem domorum ad omnes usus fratrum ibi manentium, et decimam de redditu molini sui de Gornay, et moltam liberam, et decimam omnium denariorum suorum de redditu in Normannia et in Anglia, et totam decimam campartorum, essartorum et virgultorum, ovium, lane et caseorum suorum, et baconum et caseorum que de Anglia venerint, et quicquid homines ipsius de possessionibus ipsis canonicis dare voluerint, et terram de Valle Capelle, et Haiam Roscelini, et acram curtilli juxta ecclesiam; terciam garbam de feodo Goscelini Chanetemar., et totam haistreiam de Croco bosci usque ad fundum vallis que est ultra viam; terram Odonis et Rogeri de Croco nemoris per consensum Gilleberti domini sui, liberam preter firmam unius summe bladi et unius avene, utrique reddendas. Ecclesias de Senerimesnil et de Novavilla cum omnibus pertinentiis earum, prece et petitione

[a] *fin de ligne en blanc.*

Gilleberti de Baillol; duas garbas decime de feodo Roberti de Puiz; apud Puiz, hominem unum, scilicet Ricardum Villanum, cum omnibus que ipse reddebat Rad[ulfo] Labbé, et tres acras campi cujusdam qui est juxta viam de Grantcort; ecclesiam Sancti Germani cum omnibus decimis et terris et rebus ad illam pertinentibus, et cum terra quam Willelmus de Spineta dedit de feodo Radulfi de Bello Campo. Quare volo et firmiter precipio quod supradicta ecclesia Sancte Marie de Augo et canonici ibidem Deo servientes omnia subscripta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, in bosco et in plano, in pratis et pasturis, et in agris et molendinis, in vivariis et piscariis, in viis et semitis et virgultis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis et aliis rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad ea pertinentibus, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Johanne Ebroicensi[a] episcopo, Gaufrido cancellario filio meo, Godefrido de Luci, Hugone de Cressi, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Roberto de Stoutevilla, Nicholao de Stutevilla, Willelmo de Solar[iis].

Apud Novum Mercatum.

DCCXLVII

Delisle, n° 553.

1181-1189. — Rouen.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Bondeville.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Bondeville, XIV^e^ s., fol. 39, Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Bondeville, série H (non classée)[1].

Round, n° 217.

Souscription de Jean, évêque d'Évreux depuis 1181.

[a] Johanne Eboracensi archiepiscopo *B.*

[1] Ms. écrit au XIV^e^ siècle, de format petit in-folio, papier, 23 feuillets, reliure moderne, en vélin. J'en dois la description à l'obligeance de mon confrère Vernier, archiviste de la Seine-Inférieure.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, prepositis, baillivis, ministris et omnibus fidelibus suis tocius terre sue, salutem.

Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et Beate Marie de Bondevilla, et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, omnes possessiones ipsarum, libertates et consuetudines et donationes, sicut ex cartis ipsorum donatorum eis rationabiliter collatas esse cognoscimus, videlicet : Ex dono Ricardi de Rovres, et filiorum suorum Gilleberti et Willelmi, et Matildis sue uxoris, pro Dei amore et salute anime sue et omnium parentum et antecessorum suorum, culturam terre juxta monasterium adjacentem, et sedem unius piscine in aqua sua, et decimas molendinorum suorum de Malo Alneto, et sedem unius molendini ante curiam ipsarum monialium, et decimam molendini sui de Humo et omnium molendinorum suorum de Bondevilla et de Moncello, et decimam censuum et regardorum tocius redditus sui et tocius nemoris sui de Monte Calvel, et secundam decimam sue segetis, et IIII. burgenses in haya Montis Calvel, qui omnes reddunt octo solidos per annum, et sedem unius curie inter duas aquas, et transitum ad pasturam foreste de Serveisons, et decimam unius ville sue que vocatur Boscus, et unum ospitem qui reddit quinque solidos per annum, et septem acras terre unde celebrantur tres misse pro fidelibus quaque ebdomada, et unam carrucam terre apud Pubeuf, quam tenebat de feodo Pratellorum, et pasnagium porcorum, et herbagium animalium suorum omnium, et mortuum boscum in Monte Calvel, et pratum juxta molendinum dicte ecclesie, et decimam virgultorum suorum, et ad Cokerelmont duas acras terre et unam virgultam, et ad Malum Alnetum unam masuram, et decimam sui redditus de Espinevilla; concessit etiam ex dono Roberti Fabri unam acram terre ad Malum Alnetum, et ex dono Ricardi de Vado unam acram terre inter duas aquas, et apud les Alnes IIII^{or} acras terre, et ex dono Osberni del Maisnil apud les Alnes IIII^{or} acras terre, et apud Bondevillam unam acram prati. Ex dono autem Matildis imperatricis, pro Dei amore et pro animabus patris sui Henrici regis Anglorum, et matris sue Matildis regine [1] [viri]que sui Gaufridi, Normannorum ducis et comitis Andegavorum, terram in foresta de Roumarra que vocatur Campus Tragerii, liberam et quietam ab omni consuetudine et exactione. Ex dono Willelmi de Sahurs, unam acram terre prope ecclesiam Mali Alneti. Ex dono Ricardi Morant, unum molendinum tennerés, et sedem domus sue,

[1] Mathilde, fille de Malcolm, roi d'Écosse, première femme de Henri I^{er} et mère de l'impératrice.

et totam terram sue masure. Ex dono Benardi de Bourgeel, duas acras terre; et ex dono Beatricis d'Eslettes, unum vilanum apud les Alnes. Item ex dono Gilleberti de Rovres, in Monte Calvel, centum acras terre liberas et quietas, et boscum de Faio quantum est inter duas vias Mesnilorum duorum, et cum illo bosco quatuor acras terre sui dominici extra Faicum. Concessit et Gislebertus de Rovres omnes donationes et elemosinas quas Ricardus, pater ejus, ipsis monialibus dederat et concesserat liberas et quietas in perpetuum manere, et ut omnes advenientes molendino ipsarum monialium ab omnibus partibus per terram suam transeuntes in pace eant et redeant; insuper et culturam de Moncellis. Ex dono Ricardi de Vadis, quatuor acras terre apud les Alnes, et pratum Rogeri de Sancto Martino, et la forere de Junche juxta culturam et pontem ipsarum monialium, liberam et quietam, ut in boscum eant et redeant, et terram de Campo Morandi, et duas acras terre per quas via est ad nemus citra aquam et ultra; et ex dono Suberti (?) Loremarii et Enmeline sue uxoris, duas acras prati. Ex dono Philippi de Sahus, unam acram terre in capite Vallis Rogerii. Ex dono Engelardi de Malo Alneto, sex acras terre apud le Mesnil. Ex dono Ricardi Hubotoct., et Anfride, matris ejus, duas acras terre apud eundem locum, et unam acram prati prope domum ipsarum monialium; concessit etiam predictus Gillebertus de Rovres ut tres misse cantentur in monasterio monialium, que statute erant in monasterio de Bondevilla cantari. Ex dono autem Walterii Gifardi, quicquid ex feodo ejus erat in ecclesia de Guerris, tam in decimis quam in terris. Ex dono Roberti de Villequier, duas garbas de Eskenvilla, cum ejus redecima, et unam acram terre ad sedem unius granchie sanctimonialium, et redecimam de Williquier et de Oberbosc et de Subberville et de Anketeville, et totam decimam molendinorum suorum et omnium reddituum ejus de Normannia in denariis et caponibus et piscibus et braisiis; decem et septem acras terre ad Felkereum. Ex dono Audulfi de Brachi, centum et decem solidos Andegavensium annuatim. Ex dono Radulfi de Plaisseis, viginti solidos Andegavensium per annum. Ex dono Roberti de Frieville [et] Aelis sue uxoris, unum hominem liberum et quietum, qui reddit decem solidos Andegavensium per annum et regardos. Ex dono autem monacorum de Bello Becco, granchiam de Sidevilla, liberam et quietam, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Johannis de Pratellis, viginti solidos Andegavensium per annum ad Bolebec. Ex dono Roberti de Candos, decem acras terre ad Warengerville; et ex dono Beatricis, sororis Roberti de Esneval, sex solidos Andegavensium, de censu unius masure de Rothomago; et ex dono Hugonis de Pruilleio et Roberti de Freschienes, campum Eroidi. Ex dono Ricart Hubolt et Anfride, sue uxoris, duas acras terre et unam acram prati. Ex dono Stephani Bordet, sex minas bladi per annum. Ex dono Ricardi Talebot et Guillelmi fratris

sui, unam summam bladi ad festum Sancti Michaelis in novo molendino quod est in revera de Herecourt. Ex dono Mathei de Clera, unam summam ordei in molendino de Tot, in festo Sancti Remigii annuatim recipiendam. Ex dono Petri de Spineto, X. solidatas redditus apud Spinetum, quas Ewardus Radulfi et sui heredes debent reddere anuuatim sanctimonialibus ad festum Sancti Michaelis. Ex dono Willelmi de Mesnil Goislein, quinque solidos redditus apud Sanctum Stephanum in perpetuam elemosinam, quas Ricardus de Sancto Stephano et sui heredes debent reddere annuatim sanctimonialibus ad festum Sancti Andree. Ex dono Osberti presbiteri de Bretevilla, duodecim denarios et tres capones et tres panes. Ex dono Willelmi de Sancto Michaele, sex acras terre apud Malum Alnetum. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia Beate Marie de Bondevilla et sanctimoniales in ea Deo servientes omnia supradicta habeant et teneant in perpetuam elemosinam, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, in ecclesiis et terris et decimis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stannis et marescis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis ad ea pertinentibus, et omnibus libertatibus et quietanciis et liberis consuetudinibus suis sicut carta mea et carte aliorum donatorum testantur.

Testibus : Johanne Ebroicensi episcopo, Willelmo Filio Radulfi senescalio Normannie, comite Willelmo de Mannevilla, Hugone de Cressi, Johanne comit.[a], Ricardo Gifart.

Apud Rothomagum.

DCCXLVIII

Delisle, n° 550.

1181-1189. — Valognes.

Concession d'un droit de foire aux lépreux de Saint-Blaise de Champeaux.

A. Original perdu.

B. Vidimus au Trésor des Chartes; Archives nationales, JJ 60, n° 76.

a. Ch. de Beaurepaire, *Notice sur l'hospice d'Avranches*, p. 101 (Avranches, 1858, in 8°, Extrait des *Mémoires de la Société d'Avranches*, t. II), d'après une copie moderne dérivant d'un vidimus du Trésor des Chartes.

[a] *sic B; peut-être pour :* Johanne Comin.

Souscription de Jean, évêque d'Évreux depuis 1181. La pièce, datée de Valognes, ne doit pas être postérieure à 1188, mais ne pouvant rien affirmer à cet égard, nous nous en tenons à la date de 1181-1189, donnée à la table.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse domui leprosorum de Sancto Blasio in landis de Beveya et leprosis ibidem degentibus de elemosina mea nundinas unius diei singulis annis habendas in perpetua elemosina die Exaltacionis Sancte Crucis. Quare volo et firmiter precipio quod eadem domus et iidem leprosi nundinas illas singulis annis predicto loco et termino prenotato habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus quas alie nundine de terra mea habent. Et prohibeo ne quis eis super hoc molestiam vel disturbacionem aut gravamen inferat.

Testibus : J. Ebroicensi episcopo, Willermo Paienelli archidiacono Abrincensi, Roberto archidiacono de Nothingham, Willermo de Humet constabulario, Willelmo Filio Radulphi senescallo Normannie, Seero de Quinci, Hugone de Creissi, Thoma Bardulf.

Apud Valonias.

DCCXLIX

Delisle, n° 546.

1182-1189. — Le Mans.

Confirmation d'un accord conclu entre le chapitre de Saint-Julien du Mans et Guillaume de Coimes au sujet de l'église « de Uncinis ».

A. Original perdu.

a. Lottin, *Chartularium insignis ecclesiæ Cenomanensis quod dicitur Liber Albus capituli*, p. 72, n° 128, et p. 306, n° 495.

Round, n° 1023.

Souscription de Guillaume, évêque d'Avranches depuis 1182, et de Geoffroi Fils du roi, chancelier depuis 1181.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse subscriptam compositionem et finem factum coram me et in presentia Guillelmi, Cenomannensis episcopi, inter capitulum et canonicos ecclesie Beati Juliani Cenomannensis et Guillelmum de Coimes, super ecclesia de Uncinis, cujus ecclesie jus et patronatum et duas partes primiciarum et oblacionum et tertiam partem decime, que pater prefati Guillelmi habebat in eadem ecclesia, idem pater suus dimiserat in manu prenominati Guillelmi, Cenomannensis episcopi, et que ipse episcopus dederat capitulo Cenomannensi sicut in autentico scripto ejusdem episcopi continetur, videlicet quod jamdictus Guillelmus tandem respiciens, cum ob calumpniam quam injuste opponebat diu teneretur excommunicationi subjectus, in festo beati Juliani venit in ecclesiam Beati Juliani Cenomannensis, et in presencia mea et memorati episcopi recognovit patrem suum predictam donationem fecisse, et se et fratres suos, scilicet Fulconem et Hugonem, Matheum, Gervasium, Amauricum, Bartholomeum, Drogonem, eam ratam habuisse et concessisse se illud perpetuo servaturos, et ibidem eamdem donationem innovavit, et super altare beati Juliani se eam juravit perpetuo servaturum, et quod heredes suos idem donum pro posse suo faceret observare, et sic a sententia qua tenebatur astrictus meruit relevari, secundum quod scriptum supradicti episcopi testatur. Quare volo et firmiter precipio quod hec compositio et hic finis inter eos factus stabilis sit et firmiter inconcusse inter eos in perpetuum teneatur. Et si sepedictus Guillelmus de Coimis vel heredes ejus vel aliquis alius turbare attemptaret predictam possessionem capituli et canonicorum Beati Juliani Cenomannensis, vos inde eis pacem habere faciatis, non permittentes eis ullam inde inquietationem vel vexationem aut gravamen fieri.

Testibus : Willelmo Abrincensi episcopo, Gaufrido filio et cancellario meo, comite Willelmo de Mannevilla, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Petro Filio Guidonis, Radulfo Filio Stephani camerario et Eustachio fratre suo, Guillelmo de Ostilleio, et Durando de Ostilleio camerario.

Apud Cenomannis.

DCCL

Delisle, n° 554.

1182-1189. — Rouen.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Barberi.

A. Original perdu.

B. Vidimus de 1277; charte 150 du recueil de Thomas Stapleton, au château de Carlton (Selby, Yorkshire). — *C.* Copie exécutée d'après ce vidimus par M. Léon Maître, Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat., 1428, fol. 125. — *D. E.* Copies du XVII^e^ s., d'après un vidimus de saint Louis en janvier 1269, Bibliothèque nationale, ms. latin 10065 (Léchaudé, III, fol. 13 et 15).

Eyton, p. 258.

Souscription de Siffroi, évêque de Chichester depuis 1180 (Introduction, p. 457). R., évêque de Lisieux, second témoin de l'acte, est Raoul de Wanneville, qui résigna son titre de chancelier en 1182 et fut la même année élu évêque de Lisieux.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie Sancte Marie de Barbereio et monachis ibidem Deo servientibus omnes subscriptas donationes rationabiliter sibi factas et cartis donatorum confirmatas. Ex dono Roberti Marmium, concessione Roberti filii sui et uxoris sue et filiarum suarum et militum et hominum suorum, absque ulla reclamatione, pro salute anime sue et patris et matris sue et uxoris ipsius et liberorum eorum et omnium antecessorum et successorum suorum, omnes terras quas pater suus dederat Deo et ipsi abbatie in Barbereio, sicut carta ejus testatur. Ex dono etiam ejusdem, terram que est inter parvum boscum et Barbereium, et haiam et terram Roberti de Aneriis, et terram Willelmi Tosard, sicut in carta ipsius Roberti continetur. Ex confirmatione ejusdem Roberti, donationem eidem abbatie et ipsis monachis factam a Roberto Lotrel et Hugone filio suo, et donationem campi qui est proximus abbatie, quem dedit Nicolaus de Veins et Sibilla uxor ejus, concedentibus filiis eorum Roberto et Jordano, quem tenebant Gervasius Boterelle et Willelmus Boterelle[a], fratres eorum. Ex confirmatione etiam ipsius Roberti, excambium quod fecerunt monachi cum Romano filio Andulphi et fratribus ejus. Preterea, ex dono ejusdem Roberti, ecclesiam de Barbereio ex integro, excepto feodo abbatie de Fontaneto et abbatie sanctimonialium de Cadomo, et ecclesiam de Bretevilla, et ecclesiam de Quilleio, et ecclesiam de Santellis, et ecclesiam de Ketevilla, cum omnibus pertinenciis earumdem ecclesiarum, et tres partes ecclesie Sancti Germani de Chemino et Sancti Hermetis de Fontaneto, secundum quod determinatum est in cartis ipsius Roberti. Item ex dono ejusdem Roberti, presentationem predictarum ecclesiarum que ad jus suum pertinet, et stagnum cum molendino quod est inter Barbereium et Bretevillam, et

[a] Boteorle *C.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

in Tuepot terram cum nemore quam emerunt de Willelmo de Villers. Ex confirmatione ejusdem, donationem quam fecit Willelmus de Cingal in Veteri Merleria [a], et in Nova Merleria in campo de Livecel [b], concedente filio ipsius Willelmo et Johanne de Liveto domino suo. Ex donatione sepedicti Roberti, de dominio suo, apud Mesons XLVIII. acras terre, dimidia virgata minus, et feodum Durandi Chevestre integre, et tenementum Radulphi filii Avergne [c], et in feodo Roberti Perine [d] unam minam frumenti, pro duobus modiis frumenti quos donabat monachis singulis annis in molendino suo apud Mesons, et in excambio de Jorchis (?) quas donaverat prius monachis. Ex confirmatione ipsius, donationem quam fecit Dyonisius de Tor apud Mesons, de mansura quam tenet Hugo frater ejus de abbate et conventu de Barbereio, et donationem Gervasii de Barbereio, concedente domino suo Willelmo de Urvilla. Ex dono Theobaldi de Molines, nemus suum de Molines, et totam planiciem adjacentem ipsi nemori usque ad fines terre de Cingal, et duas acras terre que sunt inter supradictum nemus et cheminum de Molines, secundum quod determinatum est in carta sua. Ex dono Johannis filii Roberti filii Godefridi de Fontaneto, concedentibus fratribus suis Rogerio, Roberto, Manasse et Godefrido, totum campum de Cornevilla [e], et tres virgatas terre apud Fontanetum Marmionis, sicut in carta ejus continetur. Ex dono Willelmi Pikenot, totam decimam de feodo suo in territorio Breteville et Quilleii, et totum campum in Alberiis apud Quilleium, et terram que est inter parvum boscum et predictam abbatiam, sicut continetur in carta ipsius. Ex dono Roberti filii Erneis, nepotis Willelmi de Curceio, partem nemoris sui de Cinguelès, sicut dividit fossatum terre Ricardi Placitatoris usque in alteram partem, sicut dividit petra que dividit terram Gervasii de Bundicia et Cingeleis. Ex concessione Willelmi de Kahanniis, donationem quam fecit Radulphus le Fuiant predictis monachis de Barbereio de Campo Berte, quem tenebat Osulfus, pro tribus minis avene, et unam virgatam terre quam tenebat de eo Robertus Botehole, et terram illam quam tenebat Joscelinus Pochehart [f], secundum quod carta ejus testatur. Ex dono Roberti de Moe, totam terram quam habebat inter stagnum monachorum et masuram Aeleis Regine, et duas garbas decime de dominio Roberti de Aceio [g], quas ipse Robertus de Moe tenebat de Radulfo de Pommeraie [h] in feodo, et ecclesiam de Veteri Fresneio, cum omnibus pertinenciis suis, sicut determinatum est in cartis ipsius. Ex dono Willelmi de Vilers, quamdam partem terre sue de Tuepot que vocatur les Halettes, et Vallem Theodorici [i], sicut in carta ejus continetur. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia de Bar-

[a] Merleia *C.* — [b] Lifter *D E.* — [c] Aviegne *C.* — [d] Prime *C.* — [e] Cormervilla *C.* — [f] Poncehart *C.* — [g] Assie *D E.* — [h] Pomeria *C.* — [i] Teodrici *C.*

bereio et monachi in eadem Deo servientes omnes predictas donationes, et omnes alias que sibi rationabiliter facte sunt vel fient, habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene, in pace, libere, quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et terris, in bosco et plano, in pratis, in pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis et virgultis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eas pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, et cum omnibus libertatibus et consuetudinibus ad me pertinentibus in terra mea, quas alie abbatie de terra mea habent.

Testibus : S. Cicestriensi et R. Lexoviensi episcopis, Richardo Britone clerico, Willelmo clerico de Camera, comite Willelmo de Mannevilla, R. comite Mellenti, Rannulfo de Glanvilla, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Hugone de Creissi, Walchelino de Ferrariis, Hugone de Gurnai, Rogerio de Mortuo Mari, Willelmo de Mara, Richardo Silven[a].

Apud Rothomagum.

DCCLI

Delisle, n° 555.

1183-1189. — Rouen.

Acte confirmant à l'hôpital de la Madeleine, à Rouen, la moitié des dîmes de la prévôté de Valognes et les dîmes des trois métiers de la forêt de Brix.

A. Original perdu.

B. Copie très incorrecte, que M. Delisle a dû rectifier en plusieurs endroits; Bibliothèque de Valognes, mémoires de Mangon du Houguet sur l'histoire de Valognes, fol. 14.

Cette pièce a été souscrite par Renouf de Glanville, qui, d'après les *Gesta regis Henrici Secundi*, t. I, p. 308, passa en Normandie avec le prince Jean sans Terre en septembre 1183 (Delisle, Introduction, p. 423). C'est sans doute pour cette raison qu'à la table elle a été datée de 1183-1189.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, ballivis, vicecomitibus et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me confirmasse Deo et hospitali Sancte Marie de Rothomago, ad susten-

[a] Silvein *C.*

tationem fratrum et sororum et infirmorum ibidem commorantium, medietatem decimarum prepositure mee de Valoignes, decimas omnium reddituum et expletarum et exituum de tribus mesteriis de foresta mea de Bruis, scilicet de Martinvasto, de Digovilla et de Blanchevilla, decimam prepositurarum mee foreste de Bruis, apud Negrevillam, Helmenbosc et Sauxemesnil, et omnium pertinenciarum omnium predictorum, donationes sibi factas ab Osberto Croisere et Martino Croise, sicut in eorum litteris continetur, cum omni redditu ad eas pertinente, necnon donationes rationabiles sibi factas a quibuscunque, pro anima regis Henrici filii mei. Quare volo et firmiter precipio quod idem hospitale omnia predicta teneat, habeat et possideat libere, quiete et integre, in puram et perpetuam elemosinam.

Testibus : Ranulfo de Glanvilla, Hugone de Cressy, Seherio de Quincy, Bertranno de Verduno, Widone de Sancto Walerico.

Apud Rothomagum.

DCCLII

Delisle, n° 557.

1185-1189. — Argentan.

Confirmation des biens appartenant au prieuré de Sigi.

A. Original perdu.

B. Copie de 1328; Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Saint-Ouen. — *C.* Autre copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10055, fol. 103 v°.

Round, n° 266.

Souscription de Gautier, archevêque de Rouen, soit Gautier de Coutances, installé comme archevêque au commencement de 1185.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse priori et monachis Sancti Martini de Sigeio omnes res et possessiones suas, quascunque Hugo Feriensis, pro salute anime sue et antecessorum suorum, eis in perpetuam elemosinam donavit, locum videlicet in quo fundatum est monasterium Sancti Martini, cum omnibus

pertinentiis suis, ecclesiam de Belci, ecclesiam de Brokedale, ecclesiam de Frii, capellam Sancti Audoeni, ecclesiam de Soolmont et ecclesiam Beate Marie de Goisleni Fonten[is], cum omnium predictarum ecclesiarum presentationibus, et quandam feriam in festo beati Martini de estate. Concedo etiam eis et confirmo omnes elemosinas alias quecumque eis rationabiliter donate sunt. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi omnia hec predicta et sua alia tenementa habeant et teneant bene et in pace, et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus suis pertinentiis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis, in viis et semitis et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad predictum monasterium pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : Waltero archiepiscopo Rothomagensi, Johanne Ebroicensi episcopo, Radulfo Lexoviensi episcopo, comite Willelmo de Mandevilla, Seherio de Quenci, Hugone de Cressi, Johanne de Soligneio.

Apud Argentomum.

DCCLIII

Delisle, n° 558.

1185-1189. — Argentan.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Foucarmont.

A. Original perdu.

B. Copie d'après l'original, que Deville paraît avoir vu aux Archives de la Seine-Inférieure ; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 1245, fol. 144. — *C.* Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire de Foucarmont ; Bibliothèque de Rouen, ms. 1224, fol. 32. — *D.* Copie du XVI^e^ s. ; Bibliothèque nationale, ms. français 4787, fol. 37.

Round, n° 192.

Souscriptions de Baudouin, archevêque de Cantorbéry, intronisé en 1185, et de Gautier de Coutances, devenu archevêque de Rouen au commencement de la même année.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Beate Marie Sanctique Johannis de Fulcardimonte et monachis ordinis Cisterciensis ibidem Deo

servientibus omnes subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas : Ex concessione et confirmatione Hugonis Rothomagensis archiepiscopi, et Rotrodi successoris sui, ecclesiam de Fesquis cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Rogeri de Scakerlanda et Albrede uxoris ejus, assensu Willelmi filii sui, et confirmatione Rotrodi Rothomagensis archiepiscopi, terciam partem decime de Fesquis, in omnibus territoriis ad eandem parrochiam pertinentibus. Ex dono Henrici comitis Augi, totam decimam ministerii sui Fulcardimontis in foresta, et decem acras terre juxta terram quam dedit eisdem monachis in Beleia. Item ex dono ejusdem Henrici, comitis Augi, totam Beeleam inter Fulcardimontem et nemus Gaufridi, quam pater suus eis ante dederat in elemosinam. Item ex dono ipsius Henrici, comitis Augi, unam carucatam terre juxta Beeleam. Ex concessione et confirmatione dicti comitis Henrici, donationem quam Gaufridus de Curvervilla eis fecit de mansura Radulfi filii Turstini, cum orto ad eandem mansuram pertinente. Ex dono Walteri de Sancto Martino et concessione Ysabellis uxoris sue et Walteri filii sui, duos modios bladi annuatim in molendino suo Sancti Martini. Ex dono Simonis de Gislemencort, concedente Gaufrido fratre suo, et sororibus suis Berta et Ada, mansuram Willelmi filii Moberti, et sex acras terre et dimidiam pertinentes ad eandem mansuram, et mansuram Roberti Pinchon. Ex dono Elye de Allage, concedente Ysabella uxore sua et Agnete filia sua, totam terram dominici sui de feodo de Arables et de feodo Busci Taket. Ex concessione Walteri de Grandicuria, concedente Henrico filio suo, culturam viginti acrarum de feodo suo apud Touffreescales, et unam acram apud Puiz, et apud Grandicuriam unam acram et dimidiam molturam predicte culture predictarum viginti acrarum, et totam molturam aliarum acrarum apud Puiz et apud Grandicuriam. Ex concessione Roberti Haket de Assigneio, septem acras terre apud Assigneium. Ex dono Ade Duredent, totam terram suam que est super Bellam Fossam. Ex dono Willelmi prepositi Augi, sex solidos Andegavensium ad festum Sancti Remigii et sex capones ad Natale, quos tenebat apud Merlevillam, de feodo de Ferrieres. Ex concessione Michaelis de Wanchi, sicut pater suus prius concessit, quicquid rationabiliter de feodo suo in terra de Freisnei vel a Willelmo de Fresnei vel ab aliis hominibus acquisierunt vel acquirere poterunt, et decimam quam possident in eodem feodo ex dono Reginaldi de Meduana. Ex concessione Ricardi filii comitis Gilleberti, quicquid predicta ecclesia Sancte Marie Sanctique Johannis et monachi ibidem Deo servientes rationabiliter acquisierunt vel acquirere poterunt ad firmam vel ad campartum in feodo Wariniprati vel Fraisnell[orum], de molturis et corveis et alia quacumque consuetudine sua, sicut in carta ejusdem Ricardi filii comitis Gilleberti continetur. Ex dono Wimeri de Marca, mansuram Stephani Anglici apud Archas. Ex dono Willelmi Strabonis, et

concessione Agnetis uxoris sue et filiorum suorum Roberti et Ansoldi, decem solidos Andegavensium annuatim in operatorio quod fuit quondam Roberti de Fulcardimonte apud Augum. Ex dono Wermundi Porcmort, campum de Stoket. Ex dono Radulfi de Dragevilla, terram de Rotunda Spina, quam Walterus de Gardino tenebat, et campum Gilleberti Blundi apud Rotundam Spinam, et campum de Corneval. Ex dono Hamelini comitis Warenne, totam molturam septem acrarum terre in supradicta Rotunda Spina. Ex dono Elie de Aulagio, et concessione Isabellis uxoris sue et Agnetis filie sue, et concessione et confirmatione Gaufridi de Quivervilla, totam terram dominii sui de feodo de Erables et de feodo Busci Taket. Ex dono Johannis comitis Augi, totam terram cultam que per divisionem ei remansit apud Campaneisiam Villam, inter forestam et terram quam ipsi monachi de vavassoribus habebant. Et pro ortis quos idem monachi ipsi comiti dederunt apud Fulcardimontem de cultura juxta opidum, terram quam ipse comes dedit eis in elemosinam apud Campeneisiam Villam, secundum quod in carta ipsius comitis continetur. Ex concessione et confirmatione comitisse Ysabellis, uxoris comitis Gilleberti, quicquid comes Ricardus, filius suus, eidem ecclesie concessit, secundum quod in carta ipsius comitisse determinatum est. Ex dono Gaufridi de Augo, concedente Agnete uxore sua, et Luca filio suo et filia ejus Ermengarda, domum Reineri Gusse apud Augum. Ex dono Walteri filii Willelmi filii Nicholai, campum de spina supra abbatiam. Ex dono Walteri de Sancto Remigio, apud Ultrisportum, mansuram unam. Ex dono Roberti de Sancto Petro, apud Augum, in foro ubi ligna ad edificia construenda venduntur, mansuram unam. Ex dono Walteri filii Bernardi, in monte de Gornaio, quatuordecim acras terre. Ex dono Henrici comitis Augi et Walteri de Grandicuria, molturam de Torfreeschales. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia Sancte Marie et Sancti Johannis de Fulcardimonte et monachi Cisterciensis ordinis in ea Deo servientes omnia supradicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, in ecclesiis et decimis et terris et redditibus, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : B. Cantuariensi et W. Rothomagensi archiepiscopis, H. Baiocensi, J. Ebroicensi, R. Lexoviensi, W. Constanciensi episcopis, comite Willelmo de Mandevilla, R. comite Legrecestrie, et multis aliis, Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Seherio de Quinci, Hugone de Creissi, R. de Harrewecort, Alvredo de Sancto Martino, Willelmo de Mara.

Apud Argentomum.

DCCLIV

Delisle, n° 559.

1185-1189. — Arques.

Acte confirmant à l'abbaye de Notre-Dame d'Eu une partie de forêt donnée par Henri, comte d'Eu.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII^e^ s., dans le cartulaire du comté d'Eu; Bibliothèque nationale, ms. latin 13904, fol. 46 v°.

Souscriptions de Baudouin, archevêque de Cantorbéry, et de Gautier de Coutances, archevêque de Rouen. Voir la pièce précédente.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum [a], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis suis et fidelibus, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Sancte Marie de Augo et canonicis ibidem Deo servientibus rationabilem donationem quam Henricus, comes Augi, filius comitis Johannis, eis fecit de parte illa foreste sue quam eis dedit in elemosinam, ad ignem et ad usum domus sue, per divisas in carta ejus annotatas, et per conditionem in eadem carta sua determinatam. Quare volo et firmiter precipio quod prenominata ecclesia Sancte Marie de Augo et dicti canonici in eadem Deo servientes eamdem partem foreste ipsius comitis habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, sicut idem comes ipsis dedit et sicut carta ejus testatur.

Testibus : B. Cantuariensi [b] et W. Rothomagensi archiepiscopis, comite Willelmo de Mandevilla, Willelmo de Humetis connestab[ulario], Willelmo Filio [Radulfi] senescallo Normannie, Seherio de Quinci, Hugone de Creissi, Roberto de Harewecort, Alveredo de Sancto Martino, Willelmo de Mara.

Apud Archas.

[a] Anglie, Normannie, *etc.* — [b] Cantor. *B.*

DCCLV

Delisle, n° 481 A et B.

1185-1189 (sans doute : novembre 1187). — Bur.

Confirmation donnée aux religieux de Montjou établis à Havering.

A. Original scellé sur un cordonnet tressé; déchirure centrale intéressant la seconde moitié du document; Oxford, New College, Hornchurch, 146. — PHOTOGRAPHIE du Rév. Salter, n° 106.

B. Original scellé sur un cordonnet tressé; Oxford, New College, Hornchurch, n° 198. — PHOTOGRAPHIE du Rév. Salter, n° 107. — *C.* Inspeximus de 1285, au Public Record Office, Charter Rolls, 13e année d'Édouard Ier, membrane 18.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. II, p. 307.

Parmi les témoins de cette pièce figure Jean de Coutances, archidiacre d'Oxford, pourvu de cette charge depuis 1184 au plus tard; il ne semble pas que Henri II ait été à Bur dans les premiers mois de 1184, et il a passé le reste de cette année en Angleterre. On le retrouve en Normandie au printemps de 1185, à Bur en novembre 1187 (Eyton, p. 281). Enfin, quoique l'acte, rédigé en Normandie, ne soit probablement pas postérieur à 1188, il n'est pas absolument démontré que le roi n'ait pas pu faire une apparition dans cette province en 1189.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis[a], vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta mea confirmasse pauperibus Montis Jovis, in ecclesia Sancti Nicolai et Sancti Bernardi degentibus apud Haveringas, XXV. libratas terre in Esterlingis, et apud Cheseladam VIII. libratas, et quecumque rationabiliter eis data sunt vel dabuntur in tota terra mea, habenda et tenenda in libera et perpetua elemosina, bene et in pace et honorifice et libere et quiete de omnibus consuetudinibus. Quare volo et firmiter precipio quod idem pauperes de Monte Jovis in prefata ecclesia degentes omnia predicta habeant et teneant in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice,

[a] justiciis, *en toutes lettres*, *A.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, libera et quieta de scoto, de geldo [a] et denegeldo et paagio et omnibus auxiliis et operationibus, et syris et hundredis, et omnibus placitis et querelis, et murdro et latrocinio, ita quod habeant quicquid provenerit de forisfactis hominum suorum, salva mihi justicia vite et membrorum. Precipio autem quod eos et omnes res suas custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut meas proprias, ita quod nullam eis molestiam vel vexationem aut violentiam sive gravamen eis [b] faciatis nec fieri permittatis. Et si quis eis in aliquo forisfacere presumpserit, plenariam eis inde sine dilatione justiciam fieri faciatis.

Testibus : H. Dunelmensi et H. Baiocensi episcopis, Johanne de Constanciis archidiacono Oxeneford[e], Roberto filio Willelmi filii Radulfi archidiaconi de Notingeham, Willelmo de Hum[etis] constabulario, Willelmo Filio Radulfi seneschallo Normannie, Gilleberto Filio Reinfr[edi].

Apud Burum [c].

DCCLVI

Delisle, n° 560.

1185-1189. — Bur.

Confirmation générale des biens appartenant au prieuré de Sainte-Barbe-en-Auge.

A. Original portant un fragment de sceau sur soie rouge, verte, jaune et bleue; Archives du Calvados, D, Sainte-Barbe, n° 8 [1]. — Photographie.

B. Indication; Bibliothèque nationale, ms. latin 10074, fol. 89.

Round, n° 573.

Souscription de Gautier de Coutances, archevêque de Rouen depuis le commencement de 1185.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

[a] goldo *B.* — [b] eis, *dans les deux textes; ne devrait pas être répété à cette place.* — [c] Burnam *a.*

[1] Le fonds de Sainte-Barbe, par suite d'un rattachement partiel aux Jésuites de Caen, et par là à l'Université, fait partie de la série *D.*

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Sancti Martini et Sancte Barbare de Eschaiolet et canonicis in ea Deo servientibus in perpetuam elemosinam omnes subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas. Ex dono Rabelli Camerarii et confirmatione ipsius, in Anglia, totum manerium de Bekeford cum omnibus pertinentiis suis, ita bene et quiete et libere, sicut Willelmus camerarius, pater ejus, melius et liberius et honorabilius tenuit tempore H[enrici] regis avi mei; in Normannia, terram in marisco de Perceio, ad focum suum in perpetuum, libere et quiete, sicut Rogerus de Pilevill[a] eis dederat, et quecumque eisdem canonicis ab hominibus ejusdem camerarii data sunt vel quandocumque rationabiliter dabuntur, vel venundabuntur vel excambientur, secundum quod continetur in carta ipsius camerarii. Ex dono Willelmi Camerarii, filii Rabelli, in bosco suo de Colestewurd[a], closturam et furnillam (*sic*) et quietationem pasnagii, et pasturam animalibus eorum. Ex dono Amaurici de Sabuleio, libertatem et quietantiam de teloneo et omnibus consuetudinibus et exactionibus in Guaceio et in omni terra sua, ipsis canonicis et hominibus sub eis in feodo ipsius Amaurici degentibus. De excambio Joscelini de Perceio et Rogeri et Roberti, fratrum ejus, terram quam habebant inter vineas canonicorum juxta ecclesiam Sancte Barbare. Ex dono Alexandri de Botemont et Johannis et Willelmi, filiorum ejus, decimam carruce sue dominice apud Rovras, et decimam molendini sui ibidem, et tres sextarios annone per annum, in predicto molendino, de proprio remanenti post datam decimam. Ex dono Alani de Falesia, quicquid clammabat in ecclesia de Ulwilla, et duas garbas decime de terra sua de Esnis. In feodo Mascei Buschardi et Roberti Buschardi quod tenent de camerario apud Boevillam, partem illam decime quam Rogerus Lupellus et Willelmus, nepos ejus, dimiserunt ecclesie Sancte Barbare. Ex dono Philippi, Baiocensis episcopi, petitione et assensu Hugonis de Monte Forti et Walteri de Pinu, ecclesiam Sancti Laurentii de Montibus, cum omnibus decimis et elemosinis terrarum ad eam pertinentibus, liberam et quietam a sinodo et circata et auxiliis, et homines in elemosina ejusdem ecclesie manentes, liberos et quietos ab omni servitio et auxilio. Item ex dono ejusdem, petitione et assensu secularium dominorum Willelmi Tanetin et Durandi de Diva, apud Braium, ecclesiam Sancti Albini, cum decimis cantarie et elemosinis ad eam pertinentibus, et cum terris eidem ecclesie datis seu rationabiliter dandis in elemosinam. Ex dono Willelmi de Crievecuer, quinque sextarios ordei et unum frumenti in molendino suo de Vendobrio, et vavasorem unum, scilicet Ricardum Favele, cum feodo suo. Ex dono et concessione Gilleberti Jumel et Rogeri filii sui, terram quam tenebat de Rogero de Cumbrai subtus monasterium Beati Paterni de Esnis sitam, ab omni exactione quietam, in feodo et hereditate possidendam, pro reddendis annuatim

eidem Gilleberto et heredi suo ad feiriam de Prato sex solidis Andegavensium, et tribus panibus et tribus caponibus ad Natale, et sexaginta ovis ad Pascha; preterea decimam duarum garbarum de feodo ipsius Gilleberti. Ex compositione facta inter canonicos et conventum Sancte Marie super Divam, medietatem decimarum tocius feodi Wigani et tocius feodi Chaffrai, tam in duabus garbis quam in tercia. Ex concessione Frogeri Sagiensis episcopi, quicquid juris Ivo de Spata habebat in ecclesia de Brolio, sicut ipse Ivo eam refutavit et reddidit in manu ipsius episcopi. Ex donatione et concessione ejusdem Frogeri Sagiensis episcopi, presentatione et assensu Roberti de Saukeinvill[a] et Luce sacerdotis et Ricardi fratris ejus, ecclesiam Beati Hilarii de Centilleio, et quicquid juris inde ad eos pertinebat. Apud Esnas [a], quicquid ecclesie et canonicis Sancte Barbare datum et concessum seu venditum est a Willelmo Burdun et ab hominibus suis ipso concedente et confirmante, secundum quod determinatum est in carta ipsius Willelmi. Ex donatione Gilleberti filii Ricardi de Ruvris et concessione et confirmatione Walteri Rothomagensis archiepiscopi, totum illud beneficium apud Rovras quod ab antecessoribus predicti Gilleberti assignatum fuerat pro celebratione trium missarum in ebdomada, sicut melius et plenius tenuit illud idem beneficium Ansgotus capellanus vel aliquis predecessorum suorum. Ex presentatione Willelmi filii Johannis et Willelmi de Gloz, et confirmatione Frogeri Sagiensis episcopi, ecclesiam Sancti Audoeni de Occhan., cum omnibus pertinentiis suis. Ad presentationem Rogeri Malfillastre et Guidonis de Bosviler, concessione et confirmatione Henrici Baiocensis episcopi, ecclesiam de Coutum, cum omnibus elemosinis et terris eidem ecclesie datis a dominis et parrochianis ejusdem ville. Ad presentationem Serlonis de Graie, concessione et confirmatione Henrici Baiocensis episcopi, ecclesiam de Graie cum capella de Sancta Cruce et omnibus aliis pertinentiis suis in terris et decimis et oblationibus et omnibus aliis rebus. Ex compositione facta inter ecclesiam Sancti Georgii et ecclesiam Sancte Barbare super capella Sancti Michaelis de Colebosc, decimas molend[ini] de Meisnil Girold[i], et decimam molendini de Venoiz, et decimam molendini de Tur, et decimam Camerarii apud Baiocas, et eciam decimam molendini de Viana, in excambitionem pro redditu quodam duodecim solidorum, quos canonici habebant de Ricardo de Axevill[a] apud Dunum; insuper et vineam que dicitur Sancti Georgii, canonicis habendam in perpetuum, liberam et quietam. Ex dono Gaufridi de Bruecort, et concessione et confirmatione Ricardi Constanciensis episcopi, ecclesiam Sancte Marie de Savigneio cum omnibus pertinentiis suis, et decimam molendini de Savingneio, et campum sub Plaisseio, et totum quod Gaufridus habuerat prenominatus

[a] Estias *A*.

in dominio suo apud Poteriam, et criptam que est inter ecclesiam et fontem Gaii, totamque terram ejus de dominio inter monasterium et molendinum; apud Sauceium, molendinum, et quicquid habebat in bosco et plano, exceptis vavasoribus, terram quoque quam Willelmus Dimidius Albus habuerat de eo in vadimonio, et decimam frumenti et avene reddituum ejus apud Esturvillam et Fucarvillam, et molendinum ejus de Fucarvilla, et dimidiam feiriam de Savingneio; decimam quoque omnium ejus reddituum in Anglia et Normannia, nisi quam alia perceperit ecclesia ex donatione canonica. Ex compositione per Arnulfum episcopum Lexoviensem facta inter memoratos canonicos et monacos Gristan[enses], medietatem decimationum ville de Odonis marisco, ita quod communi tam monacorum quam canonicorum sumptu ad communem utrorumque grangiam comportentur, et ibi equaliter dividantur. Ex confirmatione Arnulfi Lexoviensis episcopi, ad consensum et petitionem Hugonis de Wigetot et Willelmi de Puntfol, ecclesiam Sancti Martini de Puntfol in perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, tam in decimis quam in terris et hominibus et elemosinis et omnibus rebus ad eam pertinentibus libere possidendam. Ex dono prefati Hugonis de Wigetot, teneuram de dominio suo apud Rocham, quam in feodo tenebant de eo Rogerus Pastinaca et frater ejus, et apud Wigetot bordagium Durandi Beku, et in Monte Rocherel terras ad vineas faciendas; apud Altarel unam acram prati. Ex dono Roberti de Monte Forti et confirmatione Arnulfi Lexoviensis episcopi, et assensu et concessione Walteri de Sudleio totam ecclesiam Beate Marie de Pleisseicio Ermengardis et prebendas omnes, cum omnibus pertinentiis suis, in perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni exactione et servitio seculari; et ex dono ejusdem Roberti, terram ultra nemus que vocata est terra Palefridi, et unam acram prati de Asevill[a], et nemus inter duos rivos, et id quod habebat in bosco communi, et decimam censuum ville, exceptis burgensibus, et decimam reguardorum in panibus et gallinis et ovis, et in immunitatem ab omni consuetudine in mercatis et nundinis suis ad usum eorum, et quietationem in molend[inis], pasnagium quietum in forestis suis, et clausum Gaufridi sacerdotis. Ex dono et confirmatione Arnulfi Lexoviensis episcopi, assensu capituli Lexoviensis, quietanciam telonei et passagii in civitate Lexoviensi et banleuca de omnibus rebus que venduntur et emontur (*sic*) ad usum principalis domus Sancte Barbare et domus de Meisnil Geroldi. Ex dono Roberti Lovel de Salquantia, et assensu Agnetis uxoris sue et Elie et Thome, filiorum suorum, totam teneuram Girardi Rampodne apud Boterelli Villam, in liberam et perpetuam elemosinam, et donationem unius acre terre et fere dimidie apud Boterelli Villam, inter mansuram Geroldi Fantelin et masuram Gerardi Monachi, et donationem cujusdam mansure de feodo ipsius Roberti apud Condeium, quam Radulfus filius Einardi

concessione ejusdem Roberti eis dedit in elemosinam. Ex dono Roberti et Ade, filiorum W. Lovel de Salquantia, tredecim virgatas prati in Malepario, et unam acram terre apud Ketelvillam que Curta Acra vocatur. Ex compositione inter sepedictos canonicos et Galfridum de Meisnil Malgeri facta de pratagio pratorum suorum, in prataria de Meisnil Malgeri id quod ipse Galfridus quietavit eis de toto pratagio et custodia et omni eo quod clamabat in predictis pratis, sine omni reclamatione in posterum, tam ipsius Gaufridi quam heredum suorum, ita quod canonici habebunt custodem suum in omnibus pratis suis, exceptis illis que habent in liberat[ionibus] prefati Gaufridi, et pertica sua metiuntur et distribuuntur, que ejusdem Gaufridi pratarius salva et integra custodiet, nichil pro custodia ab eis exacturus sive petiturus; et si in tempore falcationis prata illa depasta fuerint vel secata, de meliori feno ipsius Gaufridi faciet idem Gaufridus totam depasturam illam vel secaturam competenter operire. Ex concessione autem ejusdem Gaufridi donationem pratorum, que dicuntur prata Lupelli, que sunt de feodo ipsius et ad sacristam Sancte Barbare pertinent, quam fecerunt Willelmus de Chierne et Aelicia de Canun, quibus sepedictus Gaufridus dedit omnimodam quietantiam de omni pratagio et custodia et a quocumque clammabat in eis. Ex concessione Roberti de Abelon et Basilie uxoris sue et Willelmi filii sui, donationes quas Robertus Agnellus, pater uxoris Roberti de Abelun, eidem ecclesie fecit in perpetuam elemosinam de decima vini quod Robertus Agnellus habebat apud Canun de pressuragio et comparationibus; decimam quoque dimidii molendini quod idem Robertus habebat apud Canun, et decimam reguardorum et gersummarum et anguillarum; terciam etiam partem decime tocius bladi, lini quoque et canabe, teneure sue quam tenebat de feodo camerarii in parrochia de Canun, et duas partes decime tocius teneure Godefridi de Fontenaio in eadem parrochia, quam decimam Rogerus clericus de Fontenaio leprosus tenebat de ipso Roberto Agnello in supradicta parrochia; donationem etiam terre quam Turstinus de Vernolio fecit eidem ecclesie juxta Sanctam Mariam de Hecco, et unam acram juxta domum Leodegarii, et unam acram quam Gerv[asius] prepositus tenebat, et tres virgatas de advocatione prefati Roberti juxta terram Helleranni, et terram que dicitur Saltum Canon[is] juxta Mirebel, et unam acram terre quam Geroldus Parisius tenet juxta terram Roberti Cati; et duas acras terre juxta predictum Saltum Canon[is]; et quatuor acras et dimidiam ad luminare ejusdem ecclesie; et tres virgatas terre quas Theodoricus de Ebrol[io] tenebat de supradicto Roberto in monte de Canun ad usualem comparationem. Ex dono ipsius Roberti de Abelon et concessione Willelmi filii sui et Roberti Lupelli, domini feodi, totam teneuram Johannis filii Hervei et Henrici filii Turstini, ita quod ipsi et heredes eorum eandem teneuram teneant de predictis canon[icis], faciendo eis redditus et

servitia integre, que prefato Roberto inde faciebant, et unam peciam terre, quam Gervasius prepositus tenebat, et alteram peciam terre que sita est juxta culturam quam habent ipsi canonici de supradicto Roberto, que extenditur usque ad boscum ipsius Roberti. Ex donatione Radulfi de Planca, et concessione Johannis filii et heredis sui, et confirmatione Arnulfi Lexoviensis episcopi, totam decimam ipsius Radulfi de Planca. Ex dono Nicholai militis de Landa, et confirmatione Radulfi Lexoviensis episcopi, jus patronatus quod habebat in medietate ecclesie Sancti Petri de Landa. Ex dono Radulfi, filii Stephani de Fossa, ad petitionem et assensum ipsius Stephani, patris sui, jus presentationis quarte partis ecclesie Beati Petri de Landa. Ex dono Fulconis, filii Turulfi de Maigneio, concessione ipsius Turulfi patris sui et Ivette matris sue et Jordani fratris sui et Radulfi Lupelli domini fundi, terram apud Cachekienvillam in qua situm est exclusagium et molendinum eorum, et totam terram subtus le Baurenc et angulum campi superioris qui prefate terre conjungitur, et viam per terram suam ad molendinum, a parte bosci Sancte Marie et a parte domus Alveredi, tamen sine carreio, nisi ad opus molendini, tenenda ad firmam in feodo pro uno sextario avene annuatim persolvendo, sicut in cyrographo inde inter eos facto continetur. Ex compositione facta inter monacos Sancti Ebrulfi et prefatos canonicos Sancte Barbare super heremitagio de Rupe, unum modium bladi ipsis canonicis ab eisdem monachis annuatim persolvendum in grangia sita apud Noerium infra octabas prioris festi Sancti Michaelis, secundum quod determinatum est in munimentis canonicorum. Ex confirmatione Egidii Ebroicensis episcopi, et assensu et concessione Ricardi Abbatis de Turnaio, et voluntate Matill[idis] uxoris sue et Radulfi de Osmundivilla, et eciam assensu Roberti comitis Mellenti, domini sui, ecclesiam Beati Martini de Osmundi Villa et jus patronatus ejusdem ecclesie, secundum quod carta ipsius Egidii episcopi testatur. Ex dono Roberti comitis Legr[ecestrie], illos XL. solidos quos P[etronilla], uxor sua, ipsis canonicis in liberam et perpetuam elemosinam dedit, in redditu suo de Lira annuatim reddendos. Ex dono Henrici de Novo Burgo, XX^ti^ solidos usualis monete annuatim in die Sancti Luce ewangeliste, in prefectura Novi Burgi in perpetuam elemosinam eisdem canonicis persolvendos, et quietantiam eorumdem in tota terra ipsius Henrici de omnibus rebus suis propriis, et pasnagium dominicorum suorum porcorum quietum in nemoribus ipsius Henrici. Item ex concessione et confirmatione ejusdem Henrici totam terram feodi sui de Feugé, quam tenebat Hugo de Caisnet[o] de Rasceo de Fougi, assensu quidem et petitione tam ejusdem Hugonis, qui eandem terram donavit, quam Rascei et heredum eorum. Quare volo et firmiter precipio quod supradicta ecclesia Sancti Martini et Sancte Barbare de Escaiolet et canonici in ea Deo servientes habeant et teneant omnes supradictas donationes in libera et perpetua

elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, in ecclesiis et decimis, in terris et redditibus, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis, in piscariis et virgultis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eas pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut rationabiles carte donatorum testantur.

Testibus : Waltero Rothomagensi archiepiscopo, Henrico Baiocensi, Willelmo Constanciensi et Johanne Ebroicensi episcopis, Galfrido cancellario filio meo, Martino Cerasiensi et Petro Caddomensi abbatibus, Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Sehero de Quinci, Hugone de Creissi, Willelmo de Mara, Thoma Bardulf, Ricardo de Canvilla, Hamone Pincerna.

Apud Burum.

DCCLVII

Delisle, n° 561.

1185-1189. — Bur.

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Longues.

A. Original perdu.

B. Copie exécutée au commencement du XIV^e^ s.; Bibliothèque nationale, ms. latin 11036, n° 6. — *C.* Copie faite vers 1270, dans le cartulaire de Longues, Bibliothèque du chapitre de Bayeux, ms. 163, pièce 17.

a. Gallia Christiana, t. XI, instr., col. 83. — *b.* Paul de Farcy, *Abbayes de l'évêché de Bayeux*, Laval, 1886, in-4°, t. IV, Notre-Dame de Longues, p. 25.

Eyton, p. 282. — Round, n° 1450.

Souscription de Gautier de Coutances, archevêque de Rouen depuis le commencement de 1185.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Beate Marie de Longis, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas. Ex dono meo, medietatem ecclesie

Sancti Hylarii de Parva Villa, habendam in liberam et perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinenciis suis, et terram de Pupevilla quam Radulfus [a] Druel tenuit. Ex dono Hugonis Wac et Baldewini filii sui, locum ipsum in quo abbatia de Longis fundata est cum virgultis et vivariis adjacentibus, et molendina cum aliis rebus ad eundem locum pertinentibus, et ecclesias de feodo predicti Hugonis in Normannia, scilicet ecclesiam de Longis, et ecclesiam de Rebercil, et medietatem ecclesie Sancti Hylarii de Parva Villa, et ecclesiam de Esnegervilla, et culturam de Transversana, et culturam de Lovia, et culturam de Faberilis, et landam [b] de Longis, et decimam molendini de Sancto Gabriele et denariorum suorum censuariorum ejusdem ville, et furnum de Longis, et decimam denariorum de censis (?), et decimam molendini de Rebercil, et partem prati ante molendinum, et partem suam molendini de Runcheta, et unam acram terre ad campum, et terram de Gernerui (?) quam habuit Gaufridus Wac, et mansuram Guiardi cum communi pastura ville. Ex dono Willelmi Paienelli et Alienoris uxoris sue, medietatem ecclesie de Ria. Ex dono Willelmi de Aremancia et Willelmi et Henrici de Graeio, ecclesiam de Aremancia. Ex dono Alveredi de Solineio et Reginaldi de Marinneio, ecclesiam de Marinneio. Ex dono Willelmi de Agerne et Ade uxoris sue, medietatem ecclesie de Casteillun. Ex dono Hamonis Piscerne, ecclesiam de Maupertuis, et unam acram terre in alodiis apud Baiocas, et duas garbas decime de feodo suo de Manvex, et decimam molendini ejusdem ville, et decimam de Cusseio de feodo Gilleberti de Montfichet. Ex dono Willelmi de Humetis et Ricardi filii sui, octo sextaria ordei in molendinis de Vasta Riparia, et unum sextarium frumenti in redditu suo de Maisio. Ex dono Philippi de Columberiis, unum modium frumenti de decimis suis, et piscariam de Furco aque. Ex dono Willelmi de Mandevilla, comitis Essexe, dimidium modium frumenti et dimidium modium ordei in molendino suo de Reviers. Ex dono Philippi de Croleio, unam mansuram in Croleio ante portam castelli sui, et tres acras terre et tres virgatas, et tenementum Martini clerici de Viana apud Manerium. Ex dono Willelmi de Romara, tres sextarios frumenti et tres sextarios ordei in suo molendino Bernardi apud Ver. Ex dono Willelmi de Vilers, dimidium modium frumenti in terra sua de Basenvilla. Ex dono Rogerii Gernum, pratum suum de Ponte Aulvii, et terram suam que ibi est usque ad viam que vadit ad Perrum, et duas partes decime molendini sui, et pasturam ad centum oves in terra sua de Videvilla et ad viginti animalia et ad quatuor equos. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia de Longis et monachi in ea Deo servientes omnia suprascripta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et

[a] Rand. *B.* — [b] lundam *C.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et decimis, in terris et redditibus, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis, in virgultis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur.

Testibus : Waltero Rotomagensi archiepiscopo, Henrico Baiocensi, Willelmo Constanciensi, J. Ebroicensi episcopis, M. et P. abbatibus de Cadomo et de Cerasiaco[a], Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulphi senescallo Normannie, Seerio de Quenci[b], Hugone de Creissy, Thoma Bardulfi, Willelmo de Mara, Johanne de Mara, Hamone Pincerna.

Apud Burum.

DCCLVIII

Delisle, n° 562.

1185–1189. — Caen.

Confirmation de diverses donations faites à l'abbaye de Notre-Dame-du-Vœu, de Cherbourg.

A. Original autrefois scellé sur double queue; Archives de la Manche, H 1955. — Photographie.

B. Copie de 1461, à Caen, dans le grand recueil de chartes de Mancel, vol. IV, fol. 172. — *C. D.* Autres copies; Bibliothèque nationale, ms. latin 10068, fol. 22 et 49. — *E.* Inspeximus au Public Record Office, Norman Rolls, lettres patentes de Henri V, 3e année, 2e partie, membrane 3; cité par *b.*

a. Petri Blesensis opera, éd. de 1667, p. 771. — *b. Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. II, p. 1111, d'après *E.*

Souscription de Gautier, archevêque de Rouen depuis le commencement de 1185.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris ac fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me pro Dei amore concessisse et sigilli mei munimine confirmasse abbatie

[a] Ceresiac. *C.* — [b] *Ce nom et les suivants sont omis dans C.*

Sancte Marie de Voto, quam domina M. imperatrix, mater mea, proprio censu fundavit, et canonicis ibidem Deo servientibus, ecclesiam Sancte Margarite de Tilia, cum omnibus pertinentiis suis; heremum Sancti Aichadri, cum omnibus pertinentiis suis; heremum Sancti Martini de Prato similiter; et quicquid Rogerus de Magnevill[a] tenuit in manerio Otheville, sicut carta ejusdem Rogeri testatur; et tres partes molendini Tiolphi, de accato domine matris mee, et maram quam tenuit Robertus cappellanus juxta Hogam; et terram de venditione Willelmi de Carkagneio [a] apud Jorborch [b], et terram apud Scheldrevillam [c] de concessione Willelmi de Braiosa; preterea quascumque terras vel mansuras jam dicta abbatia et canonici in Cesarisburgo justis donationibus et adquisitionibus adepti sunt. Quare volo et firmiter precipio quatinus prenominata abbatia, que ratione fundationis ad meam specialiter donationem nullo mediante pertinet, et canonici mei omnia tenementa sua, omnes justas possessiones suas, tam ecclesiasticas quam seculares, cum omnibus libertatibus suis per totam terram meam, scilicet in burgo, in villa, in bosco et plano, in viis et semitis, in aquis et piscariis, in feriis et foris, teneant et habeant ac possideant libere, quiete et pacifice, et absque omni exactione thelonei, foagii, gablagii, stalagii, taillagii, passagii, et omnis servilis consuetudinis ad me pertinentis.

Testibus : Waltero [Rothomagensi] [d] archiepiscopo, comite Willelmo de Magnavill[a], W. de Mara, et pluribus aliis.

Apud Cadomum.

DCCLIX

Delisle, n° 562 A.

1185–1189. — Cherbourg.

Confirmation à l'église Sainte-Marie-Madeleine de Farleigh de divers biens sis en Angleterre.

A. Original perdu.

B. Copie du XIII[e] s.; Public Record Office, *Cartæ Antiquæ*, M 27. — PHOTOGRAPHIE.

Souscription de Gautier de Coutances, archevêque de Rouen depuis le commencement de 1185. On remarquera que le scribe des *Cartæ Antiquæ* a omis la formule « Dei gratia ».

[a] Carkigneio *b.* — [b] Jorborche *b.* — [c] Sheldrevilam. — [d] *Déchirure.*

H., rex Angl[orum], etc., justiciis, vicecomibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse ecclesie Sancte Marie Magdalene de Ferleg[a], et monachis ib[idem] Deo servientibus essarta mea in foresta de Westfu (?), scilicet XL. acras que facte [a] sunt in Havedingehulla, quas [b] eis dedi. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi predicta essarta habeant et teneant bene et in pace, libere, quiete, plenarie, integre, honorifice, sicut eis dedi et concessi in perpetuam elemosinam.

Testibus : W. Rothomagensi archiepiscopo, Henrico episcopo Baiocensi, Willelmo de Humetis.

Apud Cesaris Burgum.

DCCLX

Delisle, n° 507.

1185–1189. — Domfront.

Charte confirmant la concession du droit de présentation à l'église de Sourdeval, et des deux tiers de sa dîme, faite sous certaines réserves à l'abbaye de Savigni par Rualen de Sourdeval.

A. Original scellé autrefois sur un cordonnet de soie rouge orné de fils blancs; Archives nationales, L 976, Sourdeval.

B. Cartulaire de Savigni; Archives de la Manche, H non coté, n° 144.

Cette pièce porte la souscription de Geoffroi de « Luci », archidiacre de Richemont; nous savons par M. Delisle (Introduction, p. 377) que cette fonction lui fut attribuée en 1185. — Jean de Coutances, trésorier de Lisieux, également témoin de l'acte, est devenu trésorier en 1182.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, ad petitionem Rualeni de Surdavalle, concessisse et presenti carta mea confirmasse in perpetuam elemosinam abbatie et abbati et monachis Savinneii donationem quam ipse Rualenus eis fecit, assensu Nicolai filii sui et Petronille

[a] facta *B.* — [b] quam *B.*

filię suę et Rogeri mariti ipsius Petronillę, de se et de presentatione ecclesię de Surdavalle et duabus partibus decime ipsius ecclesię, sicut Guillelmus Abrincensis archidiaconus, in cujus manum ipse Rualenus hanc donationem posuit, eos inde investivit, et sicut interpositione sacramenti et fidei eam concesserunt prefatus Nicolaus et Rogerus et predicta Petronilla, et promiserunt se in ipsius ecclesię presentatione et duabus partibus decime nichil de cetero reclamaturos preter XII. quartarios, VI. annonę et VI. avenę, quos supradictus Rualenus dedit memorato Rogero genero suo et heredibus suis qui ei de predicta decima per manum monachorum Savinn[eii] annuatim reddentur. Quare volo et firmiter precipio quod hec donatio eis facta a predicto Rualeno de se et de memorata ecclesia et duabus partibus decime rata sit et stabilis, et firmiter et inconcusse in perpetuum teneatur, sicut eam assensu predictorum fecit et sicut ipse Rualenus et Nicolaus filius ejus eam iterum fecerunt coram Nigello de Moreton[io] serviente meo et baronibus meis, secundum quod in carta ipsius Nigelli continetur.

Testibus : Godefrido de Luci archidiacono Richemontis, Johanne de Constanciis thesaurario Lexoviensi, Ricardo Britone clerico, Roberto de Briwecurt, Thoma Bardulfi, Gaufrido Filio Petri, Gilleberto Filio Reinfredi.

Apud Damfrontem.

DCCLXI

Delisle, n° 563.

1185–1189. — Domfront.

Confirmation d'une rente constituée à l'abbaye de Savigni par Hubert le Singe sur le fief de Verrières, sis à Angers.

A. Original scellé en cire verte sur cordonnet de soie rouge, blanche, bleue et verte; Archives de Maine-et-Loire. — Photographie; le parchemin est rongé à droite, en plusieurs endroits.

B. Cartulaire de Savigni; Archives de la Manche, H non coté, pièce 574.

Souscription de Gautier, archevêque de Rouen depuis le commencement de 1185.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbatie de Savinneio et

monachis ibidem Deo servientibus rationabilem donationem quam Hubertus Simia, filius Alberici Simie, fecit eis concessione et assensu Fulconis et Johannis Simie, fratrum suorum, et Agnetis, sororis sue, de XXIII. solidis Andegavensium et VII. denariis quos eis dedit in elemosinam perpetuam de capitali censu in feodo meo de Verreriis apud Andegav[im] annuatim habendos. Quare volo et firmiter precipio quod ipsa abbatia de Savinneio et monachi in ea Deo servientes predictos XXIII. solidos et VII. denarios habeant et teneant in libera et perpetua elemosina bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, sicut ipse Hubertus concessit eis et dedit, et sicut eos ipsis hac carta mea confirmavi.

Testibus : W. Rothomagensi archiepiscopo, comite Willelmo de Mann[evilla], Willelmo de Humetis constabulario, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Alveredo de Sancto Martino, Willelmo de Mara.

Apud Damfrunt.

DCCLXII

Delisle, n° 564.

1185–1189. — Le Mans.

Confirmation de l'acte par lequel Pernelle, veuve de Robert, Fils de Pierre, avait donné à l'abbaye de Savigni une rente de froment à prendre sur le domaine de Cresseron.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Savigni; Archives de la Manche, H non coté, n° 573.

Souscription de Gautier de Coutances, archevêque de Rouen depuis le commencement de 1185.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me ad petitionem Petronille, que fuit uxor Roberti Filii Petri, et peticionem Gaufridi, filii Petri patris ipsius Roberti, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie de Savigneio, et monachis ibidem Deo servientibus, rationabilem donationem quam idem Robertus et eadem Petronilla, uxor sua, eis fecerunt pro salute animarum suarum et antecessorum et successorum suorum de uno modio frumenti in tenemento Guilleberti de Londa apud Crisselon, ita quod

reddatur eis annuatim, quicunque feodum illud tenuerit, et nulli inde nisi ipsis monachis respondeatur, et donationem quam ipse Robertus eis fecit concessione ejusdem Petronille, uxoris sue, de una virgata terre in Anglia apud Ciriel, quam Galterus Menseli tenebat, habenda et tenenda libere et quiete, secundum quod in carta ipsius Roberti continetur. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia de Savigneio et monachi in ea Deo servientes predictum modium frumenti et predictam virgatam terre habeant et teneant in libera et perpetua elemosina bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut prefatus Robertus et Petronilla uxor sua concesserunt eis et dederunt, et sicut carta ipsius Roberti testatur.

Testibus : Walterio archiepiscopo Rothomagensi, Johanne archidiacono Oxenefordensi, Willelmo clerico de Camera, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Mauricio de Creone, Willelmo de Ostilli.

Apud Cenom[annim].

DCCLXIII

Delisle, n° 565.

1185–1189? — Rouen.

Confirmation d'un accord conclu entre Gautier, archevêque de Rouen, et Henri, abbé de Fécamp, au sujet de l'absolution d'un moine de Fécamp résidant à « Aviscus mons », qui avait accueilli des excommuniés dans cette église.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de l'église de Rouen; Bibliothèque de Rouen, ms. 1193, fol. 64 v°, n° 73. — *C.* Autre copie dans le même cartulaire, fol. 116, n° 201. — *D.* Copie dans le cartulaire de Philippe d'Alençon; Archives de la Seine-Inférieure, G 7, fol. 220. — *E.* Copie du XIII^e^ s. dans le cartulaire de Fécamp; Bibliothèque de Rouen, ms. 1210, fol. 7, charte 13. — *F.* Copie du XV^e^ s. dans le cartulaire de Fécamp conservé à la Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 2412, p. 15. — *G.* Copie de Baluze, d'après le cartulaire de Fécamp; Bibliothèque nationale, collection Baluze, vol. 73, fol. 37.

Round, n^os^ 43 et 139.

Nous n'avons pas pu retrouver la raison pour laquelle cette pièce, à la table, a été datée de 1185-1189. Si cette date est fautive, l'erreur ne doit pas être grave. Parmi les témoins de l'acte se trouve Robert Fils de Guillaume, archidiacre de Nottingham, qui, d'après le Rév. Eyton table p. 331), fut en fonctions dès 1186 et 1187 (v. p. 274 et 282).

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod controversia que vertebatur inter Walterum, Rothomagensem archiepiscopum, et Henricum, abbatem Fiscannensem, super quodam monacho Fiscanni, manente apud Aviscum Montem, quem archiepiscopus excommunicaverat, quia asserebat eum recepisse excommunicatos suos in ecclesia de Avisco Monte dum ibi divina celebrarentur, et eis communicasse, utraque parte in me compromittente sic sopita est, quod ego, habito consilio cum episcopis et baronibus meis, ita super ea pronunciavi, videlicet quod prefatus monachus absolutionem ab archiepiscopo peteret, et archiepiscopus eum sine juramento et pena absolveret, et quod altaria a jamdicto archiepiscopo diruta et ab abbate postea reparata iterum ab eodem abbate diruerentur et ab ipso postea relevarentur, et episcopus Ebroicensis ad predictam ecclesiam reconciliandam aquam benedictam ferret vel deferri faceret, et quod nullus monachus prefate domui preficeretur, qui prius coram archiepiscopo vel ejus officiali, si archiepiscopus absens fuerit, non juret quod excommunicatos archiepiscopi in ecclesia sua scienter non recipiet nec eis communicabit, nec sententias quas archiepiscopus in suos parrochianos dederit inpediet aut infringet, sed quantum ad se pertinet juvabit ut teneantur. Hec autem omnia facta sunt salvo jure utriusque ecclesie, ita quod hoc factum in posterum non obsit nec obesse possit juri vel privilegiis alterutriusque ecclesie.

Testibus : H. episcopo Dunelmensi [a], Roberto [b] Filio Willelmi archidiacono de Notingeham, Willelmo clerico de Camera, comite Willelmo de Mannevilla, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Rogero Filio Reinfredi, Seer[io] de Quinci, Hugone de Creissi.

Apud Rothomagum.

DCCLXIV

Delisle, n° 566.

1185–1189. — Valognes.

Donation des églises de Barfleur et de Gatteville faite à l'abbaye de Notre-Dame-du-Vœu lors de la dédicace de cette abbaye.

A. Original, ou plutôt copie contemporaine; Archives de la Manche, H 1964. — Photographie.

[a] T. episcopo Dunelm. *B;* T. H. ep. Dun. *C.* — [b] *Le rédacteur du cartulaire de Fécamp a omis les noms des sept derniers témoins et la date de lieu.*

B. Copie du XIV^e^ s., dans le cartulaire du chapitre de Coutances, récemment passé des Archives de l'évêché dans celles du département de la Manche, charte 29. — *C.* Autre copie; Bibliothèque nationale, ms. latin 10068, fol. 30.

Round, n° 950.

Souscription de Gautier de Coutances, archevêque de Rouen depuis le commencement de 1185. La pièce, datée de Valognes, doit être au plus tard de 1188; c'est sous toutes réserves que nous conservons la date finale de 1189.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus bailliv[i]s et fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod ego dedi et hac presenti carta confirmavi abbatie Beate Marie de Voto justa Cesarisburgum et canonicis ejusdem loci, quando ecclesia eorum dedicata fuit, in dotem et perpetuam elemosinam ecclesias de Barbefluctu et de Gatevilla, cum omnibus pertinentiis suis habendas et possidendas in proprios usus libere et quiete et inconcusse, pro Dei amore et salute nostra (*sic*) et statu regni nostri, et pro anima domine mee M. inperatricis, que eamdem abbatiam a fundamento edificavit, et pro animabus omnium antecessorum meorum. Quare volo et firmiter precipio quod predicti canonici prenominatas ecclesias in pace [posside]ant, et prohibeo ne quis eis super hoc aliquam injuriam aut calumniam seu gravamen [inferre pre]sumat.

Testibus his : Waltero Rothomagensi archiepiscopo, H. Baiocensi episcopo, Willelmo decano de More[tonio, Willelmo Filio] Radulfi senescallo Normannie, Roberto de Harec[uria], Roberto Bertram, Ricardo de Canvilla.

Apud Valo[nias] [1].

DCCLXV

Delisle, n° 567.

1187–1189. — Ballon.

Confirmation de biens accordée à l'abbaye de Perseigne.

A. Original perdu.

[1] L'écriture de cette pièce n'est pas semblable à celle des chartes qui émanent de la chancellerie; le style, en plusieurs endroits, n'est pas conforme aux formules en usage; les mots « nostra » et « nostri » ne s'accordent pas avec « ego dedi et... confirmavi ». Ces anomalies et ces incorrections doivent être relevées, mais ne suffisent pas à rendre suspects les documents où elles se rencontrent.

IMPRIMERIE NATIONALE.

B. Copie de 1695, dans le cartulaire de Perseigne; Bibliothèque nationale, ms. latin 5474, p. 28. — *C.* Vidimus de 1424, conservé aux Archives de la Sarthe, H 927, cité par M. Round.

a. Gabriel Fleury, *Cartulaire de l'abbaye Cistercienne de Perseigne*, Mamers, 1880, in-4°.

Round, n° 1026, d'après le cartulaire de Perseigne.

Cette pièce porte à la table la date de 1187. Elle ne peut pas être antérieure à 1185, puisqu'elle porte la souscription de Baudouin, archevêque de Cantorbéry, intronisé en 1185. Elle a également pour témoin Guillaume de Saint-Mère-Église, doyen de Mortain; dans son Introduction (p. 498), M. Delisle nous apprend que ce personnage dut traverser la mer en 1187, pour venir d'Angleterre en France, et qu'il était encore sur le continent en 1188; et il ajoute : «sur la fin de son règne, probablement en 1188, Henri II assura à Guillaume la jouissance d'un bénéfice plus important que les cures dont il ne touchait qu'en partie les revenus; le décanat de la collégiale de Mortain lui fut attribué». D'après cette double assertion, nous sommes fondés à croire que la pièce visée ici doit avoir été donnée entre 1187 et 1189.

Henricus, rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, comes Andegavorum, justiciis [a], vicecomitibus, et omnibus ballivis et ministris suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti charta confirmasse ecclesie Sancte Marie de Persenia et monachis ibidem Deo servientibus et servituris, in puram et perpetuam eleemosinam quidquid comes Willermus de Pontivo et filii ejus sive quilibet alii eis dederunt, et omnia que emerunt sive in futurum acquirere poterunt aut eleemosina aut emptione. Quare [b] volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et monachi ejusdem loci, et omnes homines et mansiones sue omnesque alii qui causam habent vel habebunt ab ipsis monachis in futurum habeant et teneant omnia alia bona sua cum pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, cum omnibus aliis rebus et potestatibus mihi sive heredibus meis pertinentibus ratione rerum predictarum.

Testibus his : B. Cantuariensi archiepiscopo, fratre Elmeido [1] abbate de Rivalle, Willermo de [Sancte Marie] Ecclesia decano Moreto[nii], magistro P. Sit. (*sic*), Willermo marescallo.

Apud Balon.

[a] Angliæ, Normanniæ, Aquitaniæ, Andegavensis, justitiariis *B.* — [b] quod *B.*

[1] *Sic B.* Le nom de cet Elmeidus ne se trouve pas dans la liste des abbés de Rivaux qui a été publiée dans le *Monasticon Anglicanum*, t. V, p. 277. Ces abbés, d'après cette liste, sont, pour l'époque de Henri II : Maurice; «Aelredus», vers 1160; Roger, dont on

DCCLXVI

Delisle, n° 505.

1187–1189. — Chinon.

Charte confirmant les donations faites par Robert de Blou aux religieuses de Fontevrault établies aux Loges, et à l'abbaye de Fontevrault.

A. Original scellé sur cordonnet; Archives de Maine-et-Loire, fonds de Fontevrault, prieuré des Loges, sac 1.

a. Extrait par Gaignières, d'après l'original; Bibliothèque nationale, ms. latin 5480, t. I, p. 228.

Guillaume de Sainte-Mère-Église figure ici avec le titre de doyen de Mortain; M. Delisle a établi (Introduction, p. 498) qu'il vint en France en 1187, et que le roi lui fit attribuer ce décanat sur la fin de son règne, probablement en 1188. La pièce étant datée de Chinon, il y a lieu de croire qu'elle est de 1189, quoique le fait ne soit pas certain.

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, ad petitionem Roberti de Blodio, concessisse et presenti carta mea confirmasse sanctimonialibus de Logiis subscriptam donationem, quam idem Robertus assensu Josleni et Gedoini filiorum suorum eis fecit et carta sua confirmavit, scilicet centum solidos quos habebat de redditu in portu de Trevis, et quicquid habebat apud Richeborc in terris, vinagiis et omnibus possessionibus. Preterea concedo et confirmo hac presenti carta mea donationem quam idem Robertus fecit sanctimonialibus Fontis Ebraudi, scilicet quatuor jugera pratorum in Verone, que sunt contigua pratis abbatisse Fontis [a] Ebraudi, et nemus quod est de feodo ipsius Roberti, quod Telleia nuncupatur, quod Reginaldus Meingod eis in elemosi-

[a] Frontis *A.*

rencontre la mention en 1175; Bernard, en 1180; Sylvain, mort en 1189. Le seul de ces noms qui ressemble un peu à celui de Elmeidus est Aelredus, mais on le représente comme figurant dans les textes vers 1160, et les autres souscriptions du présent acte nous reportent à la période comprise entre 1187 et 1189. Le nom de l'abbé Sylvain (ou Silvain), qu'on nous donne comme mort en 1189, ne peut guère avoir été déformé en «Elmeidus».

nam contulerat. Quare volo et firmiter precipio quod predicte sanctimoniales Fontis Ebraudi et de Logiis omnia predicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, sicut prefati donatores ea ipsis dederunt et sicut carte quas inde habent testantur.

Testibus : Willelmo de Sancte Marie Ecclesia decano de [M]oretoin (*sic*), Stephano senescallo And[egavie], Mauricio de Croon, Willelmo [de] Voo, Petro Filio Guidonis.

Apud Chinon [1].

DCCLXVII

Delisle, n° 510.

1188–1189. — Le Mans.

Confirmation de la fondation faite par Henri, comte d'Eu, pour son anniversaire, dans l'église de Foucarmont.

A. Original autrefois scellé sur un cordonnet blanc et bleu; Archives de la Seine-Inférieure, fonds de l'abbaye de Foucarmont. — Atlas, pl. XXVII. — Fac-similé avec texte en regard, publié par MM. Chevreux et Vernier, *Les Archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, pl. XXXIV.

B. Cartulaire de Foucarmont, XIII^e^ s.; Bibliothèque de Rouen, ms. 1224, fol. 34 v°.

Souscription de Guillaume de Sainte-Mère-Église, doyen de Mortain, venu en France en 1187, nommé à cette fonction à la fin du règne de Henri II, et probablement en 1188 (Introduction, p. 498).

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et Beate Marie de Fulchardimonte et monachis ibidem servientibus subscriptam rationabilem donationem, quam Henricus comes Augi, filius Johannis comitis, eis fecit et carta sua confirmavit, scilicet quadraginta et sex acras terre juxta Beeleam, quas eis dedit ad

[1] Il y a dans le ms. latin 5480, t. I, p. 227, une charte relative à cette concession, au bas de laquelle figurent comme témoins « domina Mathildis abbatissa Fontis Ebraudi et domina Maria, quondam Burgundie ducissa ». Cette abbesse de Fontevrault est Mahaut (deuxième abbesse de ce nom), fille de Thierry d'Alsace, comte de Flandre.

faciendum anniversarium suum, et ad emend[um] ceram unde sufficienter fiant candele in die Purificationis, et ad vinum emendum ad missas celebrandas per annum, et septem acras ad Buschum Tachel. Quare volo et firmiter precipio ut abbatia de Fulchardimonte et monachi in ea Deo servientes hec predicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, sicut prefatus comes Augi ea ipsis dedit et sicut carta ejus testatur.

Testibus : W. decano Moretonii, Gilleberto Filio Reinfredi dapifero, Gilleberto de Fulchardimonte et Odardo fratre suo, Stephano de Turneh[am], Gilleberto de Amaur., Willelmo de Brettevilla.

Apud Cenom[annim].

DCCLXVIII

Delisle, n° 568.

1188–1189 (probablement mars-juin 1189). — Le Mans.

Confirmation de biens accordée au prieuré de Sainte-Foi de Longueville.

A. Original scellé en cire verte sur cordonnet blanc jaune et vert; Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Longueville. Cette pièce, dont une copie a été autrefois fournie à M. Delisle par M. Siméon Luce, a été vainement recherchée, en 1916, dans le fonds de Longueville, mais M. Vernier, archiviste de la Seine-Inférieure, en a retrouvé deux vidimus, *B* et *C*.

B. Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Longueville, confirmation par saint Louis de la charte de Henri II, scellée en cire verte sur lacs de soie verte et rouge : « Actum apud Bonam Vallem, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, mense januario » (janvier 1270). J'emprunte à ce texte un certain nombre de variantes que M. Vernier a bien voulu me communiquer. — *C.* Archives de la Seine-Inférieure, fonds de Longueville, vidimus de la charte de Henri II, donné le 17 septembre 1344, sous le scel aux obligations de la vicomté de Montivilliers. — *D. E.* Copies du XVI^e^ s.; Bibliothèque nationale, ms. latin 10059, fol. 3 v° et 11 v°. — *F.* Copie de 1639; Bibliothèque nationale, nouv. acq. lat. 1245, fol. 233.

Round, n° 228 (1188, juillet-septembre).

Cette pièce porte, entres autres souscriptions, celle de Hugues, évêque de Chester. Hugues de Nonant, évêque élu de Chester et de Coventry à partir de 1185, fut sacré seulement le 31 janvier 1188, en Angleterre. M. Delisle dit dans son Introduction (p. 81) qu'après avoir été sacré il souscrivit la grande charte royale datée du Mans, portant confirmation des biens appartenant au prieuré de Longueville, et il ajoute : « postérieurement au mois de janvier 1188, Henri II ne doit avoir séjourné au Mans que du mois de mars au mois de juin 1189. C'est dans cette courte période qu'il faut classer la grande charte de Longueville ».

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Deo et monachis de Karitate Deo servientibus in ecclesia Sancte Fidis de Longa Villa, pro amore Dei et salute anime mee et antecessorum meorum, libere et quiete, ignem suum in bosco meo d'Eawi per duas carretas perpetuo jure, et mortuum boscum sive in jacendo sive stando, sicut quondam rex Henricus, avus meus, eis concesserat; et preterea quicquid eis datum est ex dono Willelmi regis secundi, sive ex dono Henrici regis, avi mei. In primis apud Longam Villam, de dono Walteri Giffardi, terram ad unam carrucatam et feriam unam in die Conceptionis Sancte Marie; ecclesiam ejusdem ville cum pertinentiis suis, et terram et homines suos, ubicumque sint in eadem villa, cum omnibus consuetudinibus eorum; unum molendinum intra curiam monachorum, et aliud in villa, et decimam molendinorum comitis et totius census ejusdem ville et thelonei[a], et modium unum vini per annum ad missas, et consuetudines et libertates et dignitates quas habent de comite Giffardo, in bosco et plano et piscariis et molendinis, tam in hominibus quam in animalibus suis. Apud Sanctam Fidem de Bosco, ecclesiam et omnes prebendas et omnes res ad ipsam pertinentes, tam in terris quam hominibus, et ad festivitatem Sancte Fidis feriam unam in die cum vigilia, et boscum quem ibi habent. Apud Vulfranvillam, feriam unam in die Sancti Audoeni, et ecclesiam cum partibus et pertinentiis suis, et quicquid comes Giffardus habebat in dominio, scilicet in terris, molendinis et pascuis et rusticis. Apud Croseium, quicquid comes Giffardus habuit in bosco et terris et aquis, piscariis et molendinis, et ut de bosco suo faciant libere quicquid eis utile visum fuerit. Apud Apigardum, ecclesiam, cum pertinenciis suis, et feriam unam in die Sancti Clementis, cum terris et hominibus suis, et decimam de parco et exarto illius. Apud Colemesnil, ecclesiam, cum pertinentiis suis. Apud Oschevillam, ecclesiam, cum pertinentiis suis, et feodum quod Gillebertus clericus tenuit, et homines ad illud pertinentes, et ibidem alios homines de dono Walteri de Cantelu, et alios homines de feodo [de] Willeker. Apud Loram, ecclesiam et pertinentias suas, et quatuor pondera salis, et duas salinas, et duas ambras salis. Inter Monasterium Villare et Espouvillam, totam terram quam comes Giffardus dedit Roberto filio Gilleberti, et super montem et infra. Apud Novamvillam, ecclesiam cum pertinentiis suis, et ipsam villam totam cum pertinentiis, excepto illo quod comes dederat domui de Templo, et quod Hugo tenebat de donatione comitis. Preter hec, ipsam villam,

[a] et thelonei et tocius census ejusdem ville *B*.

et Puit, et terram de Polet, cum omnibus consuetudinibus hominum suorum terra marique de divisa comitis Giffardi, que omnia concessi eis pro anima ipsius comitis. Decimam de Spineto de feodo comitis Giffardi. Ecclesiam de Bosco Wielin; ecclesiam de Petitvilla, cum pertinentiis, et duos homines cum tenementis eorum, et decimas de Esweis de dono Gilleberti de Falesia et Ricardi de Morevilla. Apud Longolium, decimam molendinorum comitis, et quicquid Adam clericus habuit in ecclesia ipsius ville de dono comitis, et decimam de dominio comitis, et ecclesiam de Blomesnil cum pertinenciis suis. Apud Deupam, masuram unam omnino liberam, de dono Willelmi comitis fratris mei, pro Sawalo, juxta terram Hervei. Ecclesiam Sancti Jovini, cum pertinentiis suis et terra et hospitibus quos ibi habent. Ecclesiam Magne Ecclesie, cum pertinenciis suis, et terram et homines ibi de feodo de Nova Villa et Roberti de Buievilla et Theobaldi de Fraxino. Apud Monasterium Villare, de dono Willelmi de Nova Villa, viginti solidos in molendino suo, et unum hominem apud Rembertot. Apud Eskevillam, unum hominem de dono Roberti de Nova Villa. In villa Monasterii Villaris, unam masuram pro Simone monacho. Apud Ansketevillam, ecclesiam cum pertinentiis suis, et terram, et homines quos habent de Hugone Thalebot et heredum suorum (*sic*). Ecclesiam de Angens cum pertinentiis suis, et hominem unum cum redditu suo, de dono Rogeri de Blossevilla, pro Aaliz matre sua; et ibidem, unam masuram, de dono Aaliz de Cani et Henrici Biseti; et de dono eorumdem, apud Auteneium, decem acras terre de exarto nemoris, et ibidem duos homines de dono Hugonis de Auteneio et Eudonis de Ouvilla. Apud Dunum, ex dono Willelmi filii Stephani[a] et Radulfi filii sui, de feodo et concessu comitis de Warenna, duos homines cum suis tenementis et duas masuras terre quas Columba tenuit; et ibidem unam masuram de dono Gillebert Caletot; et ibidem dimidiam masuram, scilicet trium acrarum, de dono Gaufridi de Auxenvilla pro Willelmo patre suo. Ecclesiam de Herbervilla, cum pertinentiis suis, et terram que fuit Radulfi de Villeker, et terram et homines et quicquid Willelmus Ruendel et heredes sui dederunt eis in eadem villa. Ecclesiam Sancti Medardi cum pertinentiis suis, et terram et homines quos ibi habent. Ecclesiam Sancte Genovefe cum omnibus pertinentiis, et terram et homines suos ibidem, et unam carrucatam terre, et culturam[b] terre que vocatur de Tilia Comitis, de dono Ricardi Thalebot et Avitie uxoris sue et Hugonis filii sui. Ecclesiam de Bosco Rohardi, cum pertinentiis suis et cum decima thelonei, et cum decima molendini et panis domini, ex dono Radulfi de Bosrohardi et heredum suorum. Ecclesiam de Parva Preta, cum pertinentiis suis, et duas carrucatas terre, et hospites suos et redditus quos ibi

[a] Stanni *A*. — [b] curturam *A*, *B*.

habent; et apud Boscum Rohardi, terram et homines suos et redditus, masuram ubi sedet grantia, de dono Radulfi, et unum hospitem, de dono Willelmi et Rogeri de Torchi. Ecclesiam de Croiseio et ecclesiam Sancti Petri de Valle cum pertinentiis earum. Ecclesiam de Sancta Maria de Belmont, cum pertinentiis suis. Decimam rusticorum de Hotot, de dono Antelmi, et modium frumenti in molendino suo de Apevilla, et unum hominem apud Baskevillam, et decimam terre sue de Hermevilla, et decimam Sancti Audoeni super Elnam similiter, et de dono Gilleberti de Hotot. Apud Sanctum Crispinum, decimam de terra Joscelini de Criolio, et ibidem decimam molendini Osberti Bufli. Decimam de Gorrel de terra Willelmi Calcetensis et Antelmi de Monteneio et Gilleberti de Hotot; et ex dono Radulfi de Cantalup[o], unum hominem ibidem. Decimam rusticorum Helie Haket apud Tilium et apud Dodelenvillam. Apud Burdinvillam, decimam de feodo Ymmari. Apud Ghebervillam, decimam de feodo Walteri de Cantalup[o], et duos hospites apud Oschevillam. Apud Gebervillam, terram Willelmi dapiferi, de dono Walteri. Apud Osmundi Villam, unum hominem, de dono Willelmi de Sancto Audoeno. Apud Lambervillam, unum hominem, de dono Gaufridi de Faghelunda. Ecclesiam de Ouvilla cum pertinentiis suis, et terram et homines quos ibi habent de Gilleberto de Falesia. Apud Ermencivillam[a], terras et duas partes saline, de dono Roberti de Botellis; et ibidem, de dono Roberti Nivart, unam salinam; et ibidem, scilicet apud Botellas, domum Ernulfi liberam, et unam salinam; et ibidem dimidium modium salis in salina Ymmari Martri, in salina ejus, de dono ejus. Apud Hermevillam, tres acras terre, de dono Willelmi filii Herbert. Apud Maisnil Bernardi, quinquaginta acras terre, de dono Bernardi de Fossato, et aliam terram quam habent de Roberto preposito Sancti Sydonii. Apud Boscum Wielin, decem acras terre, de dono Jordani de Criketot. Apud Blivillam, unum hominem, de dono Gaufridi de Blivilla. Apud Sotevillam, terram quam Radulfus de Willeker dedit eis. Apud Guerras, unam masuram, cum toto redditu ejus, quam tenuit Oinus, de dono Audulfi de Guerris. Apud Boscum Turoldi, unum hominem, de dono Willelmi Pasnagii[b]. Apud Fuletot, unum hominem, de dono Willelmi de Cantalupo. Apud Monasterium Villare, viginti solidos, de dono Willelmi de Nova Villa, in molendino suo, et unum hominem apud Rembertot. Apud Eskevillam, unum hominem, de dono Roberti de Nova Villa. Apud Bosrohardi, duas acras terre, de dono Lamberti. Apud Anslevillam, unam masuram, de dono Hermerii, et ibidem alteram masuram, de dono Walteri. Apud Anslevillam, unum hominem,

[a] Ermencillillam *A, B.* — [b] pasnagii *B;* pasnag., *A* (*copie de M. Luce*). *Peut-être pour* pasnagatoris.

de dono Helie Hachet, et quamdam terram de Willelmo de Portis. Apud Sacchevillam, viginti solidos in molendino camerarii, de dono ejus, pro Ricardo monacho; et de eodem camerario, duos solidos ad thus[a] emendum, pro Maltilde cameraria, de censu de Manehoutvilla. Apud Brametot, tres homines, de dono Audulfi de Brachi. Apud Escuremaisnil, quicquid Jordanus de Sachevilla ibi habebat et in terra et in pratis. In foresta de Alihermonte, capellam Sancti Remigii, cum terra adjacente, et duos summarios sive unam carretam ad sustentationem monachi ibi manentis. Apud Ricarvillam, terram totam quam ibi habuit Willelmus de Malcu[m]ble. Apud Torchi, duos homines, de dono Thome, et viginti solidos in molendino ejusdem ville, de dono Hugonis patris sui. In molendino Stabularum, quartam partem, de dono Ricardi de Ricardi Villa. In molendino de Nigella, dimidium modium frumenti, de dono Hugonis Talebot senis, et in eodem molendino, quatuor minas frumenti, de dono Hugonis Talebot junioris. Apud Sanctum Audoenum super Elnam, decimam de terra Willelmi Soldarii, de dono ejus. Apud Ricarvillam, decimam tocius terre Willelmi Avenel, quam tenebat de Ricardo de Ricarvilla. Duas garbas de tota terra quam Robertus filius Hugonis de Guncevilla tenuit de feodo Walteri Giffardi. Apud Sackevillam, decimam quam Gillebertus Pepin de monachis tenuit ad firmam. Apud Longam Villam, molendinum quod est in villa, de dono Herbranni de Sackevilla et Jordani filii sui, et de dono Jordani quicquid habebat in Rocamonte et in Baienello et quinque virgatas terre in Guntervalle. Apud Croseium, terram ubi virgultum plantatum est, de dono Balduini de Cantelupo. Apud Guimevillam, terram quam ibi habebat Walterus filius Baldri; et ibidem decimam terre quam Gillebertus de Gonnevilla dedit eis. Apud Hamels, unum hominem et redditum quem Raierius de Ewremou dedit eis. Apud Flenvillam, dimidiam masuram terre, de dono Gaufridi de Flenvilla. Apud Osmundivillam, tres homines, de dono Radulfi de Cressi; et in eadem villa, sex acras terre, de dono Tusteni Calcensis et Willelmi filii sui. Apud Longam Villam, terram quam habent de Hugone Bonenee, et ex concessione Gilleberti Wascelini. Apud Archas, terram Willelmi filii Laudomeri. Ecclesiam de Bernartmesnil, cum pertinentiis suis, et terram de dono Walteri de Criolio. Apud Petitvillam, quatuor masuras, de dono Radulfi de Willeker, et apud Drosei, masuram Gaufridi Envesei, de dono ejus. Apud Guncevillam, unam masuram, quam mater Willelmi de Herbervilla dedit, concessu Willelmi fratris sui, quando factus est monachus. Apud Bretevillam, unum hominem, cum toto tenemento et terra et bosco, quod dedit Walchelinus de Becco, concedente Roberto nepote suo. Apud Barevillam, unam masuram. Apud Fresnetum, duas masuras.

[a] tres, *copie de M. Luce.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Apud Dunum, decimam molendini Gilleberti Ridel. Apud Dudevillam, unum hominem, de dono Eustachii et Rogeri filii sui; et ibidem alium hominem, de dono Willelmi de Dudevilla. Apud Goncevillam, terram Ysabel, ex concessu Nicholai et Roberti dominorum suorum. Apud Carcuit[a], terram quam habent de Helissent et Roberto de Goncevilla. Apud Alpigart, quinque acras terre et hominem, de dono Roberti Senter. Apud Herbervillam, unum hominem, de dono Eustachii. Apud Engleskevillam, decimam tocius terre quam Jordanus de Sackevilla dedit filie sue in maritagium. Terram quam habent apud Alpigart et apud Luneretum, de dono Willelmi Lelevrer[b]. Apud Broetevillam, duas acras, de dono Simonis de Wasvic[c]. Apud Dunum, unam masuram, de dono Victoris. Apud les Bans Comitis, unam masuram, de dono Willonis de Becco. Apud Longam Villam, unam feriam in die Ascensionis, et ibidem terram quam habent de dono Hawisie Veziée[d]. Apud Sanctum Crispinum, duas acras de Johanne Rossel. Apud Muchedent, unum pratum totum, sicut aqua cingitur usque ad Alnetum Engheleri, de dono patris Hugonis de Muchedent. Apud Bosartmont[e] unum hominem, de dono Radulfi de Willeker. Apud Gherelvillam, hominem unum et acram unam terre, de dono Gaufridi. Apud Herbervillam, unam masuram, de dono Willelmi. In Anglia, de dono Walteri Giffardi, Horewoldam, villam scilicet et ecclesiam, cum pertinentiis suis omnibus, excepto feodo Duranni. Newetonam totam, excepto feodo Odonis, et ecclesiam ejusdem ville, cum pertinentiis omnibus. Ecclesiam de Wadona, cum pertinentiis suis. Apud Westonam, quicquid Walterus Giffardus habebat, et ecclesiam cum pertinentiis suis. Similiter quicquid habebat in dominio apud Winchighehan, et ecclesias cum pertinentiis suis, excepto feodo Willelmi et Radulfi de Leonibus et Buteri, et conredium quietum clamatum a Waltero Giffardo. Terram de Rotholnegham. Decimas de his dominiis, videlicet de Solesburne, de Merselai, Singlesberghe, Badelesdone, Brikelai, Blechelai, Moleshou, Luctona, Litecota, Bukinghehan, Mortona, Lamport., Lilingestan, Akeleia, Beccantona, Bradewella, Fulkesorde, Policota, Chiltona, Ultona, Dortona, Lecainesteda, Kamestona, Chikeshan, Hachetona, Esintona, Edingrava, Gersdeslai, Bodinghessan, et unum hominem quem ibi habent. Decimas de dominiis quibusdam apud Doumave (?) de feodo comitis de Sancto Paulo. Decimas de dominio de Meldona, et unum hominem cum suo tenemento. Burtone, decimam de dominio. Capellam Sancte Trinitatis de Norwico. Hanneam cum pertinenciis suis, cum viginti solidatis terre antiquitus a monachis possessis, exceptis feodis Roberti de Buievilla et Willelmi Cokerel; et ecclesiam

[a] Carcuitit *A* (*copie de M. Luce*). — [b] Leilevrer *A* (*copie de M. Luce*). — [c] Wasinc *B*. — [d] Halwisis Vexiee *B*. — [e] Rosartmont *A* (*copie de M. Luce*).

Hannee, cum pertinentiis suis, cum ecclesia de Blomesnil et Longolii; decimam quoque de dominio de Hannea, que villa cum predictis data est monachis pro excambio ecclesie de Creendona cum decima de dominio ejus et decima dominii Winchendone et capella, que prius sui juris erant et date sunt canonicis Sancte Marie de Parco. Terram quam habent in Waldona [a]. Terram de Reppis cum pertinentiis. Ackeleiam et ecclesiam ejusdem ville cum pertinentiis suis. Decimam terre de dominio Hugonis Maskerel. Ecclesiam de Herletona, cum pertinentiis suis, et unum hominem. Terram de Radulfo camerario. Decimam de dominio de Herletona. Ecclesiam de Witrehan ad infirmariam monachorum cum pertinentiis suis et decimam de dominio. Preterea hec sunt ad hospitale pauperum de Longa Villa, quod fundaverunt Walterus Giffardus et Ermengardis uxor ejus, et dederunt monachis cum omnibus pertinentiis suis, cum una carrucata terre apud Longamvillam, et unum molendinum thanerez, et dimidium molendinum de Waldrevilla, et boscum juxta hospitale a via Gobin usque ad viam que vadit de Waldrevilla in Awi. Decimam quoque allectium suorum et piscium de eweis de Longolio et de Nova Villa et de Puiz. Apud Novam Villam, tres modios salis. Juxta Monasterium Villare, dimidium molendinum quod Paganus tenuit. Decimam molendini de Hareflu. Ecclesiam de Waldrevilla, cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Cantalup[o], cum pertinentiis suis. Decimam de dominio de Osulvilla, de dono Sawali. In Anglia, ecclesiam de Stokebi, cum pertinentiis suis et decima de dominio. Ecclesiam de Stratona, cum pertinentiis suis. Decimam de dominio de Carvessan [b]. In Normannia, quinque solidos in masura Nicholai Mercatoris apud Monasterium Villare. Apud Sanctam Fidem de Bosco, totam terram que fuit Vincentii filii Ricardi filii Goberti. Quinque solidos de Audulfo de Guerris. Unam feriam dominica prima post festum Sancti Martini. Hec omnia pertinent ad hospitale. Preterea ad monachos unum hominem apud Gherolvillam, de dono Willelmi Puinctel [c], cum tenemento suo. Apud Monasterium Villare, unum pratum quod dicitur de la Fesse. Apud Archas, masuram unam. Hec ergo prenominata statuo ut a justiciis meis integre monachis conserventur, sicut mea dominica. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi omnia hec predicta teneant bene et in pace, et libere et quiete, et integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in piscariis et molendinis, in aquis et mariscis, in burgis et villis, in decimis et ecclesiis et in omnibus rebus, cum soca et saca et toll et theam et infangintheof et flemanefrenche, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus predictis

[a] Wadona, *copie de M. Luce;* Waldona *B.* — [b] Carvessan *A* (*copie de M. Luce*); Carvesissan *B.* — [c] Puictel *B.*

tenementis pertinentibus, salvis rectitudinibus episcopalibus et aliis quas predicte ecclesie debent. Precipio etiam quod ipsi et ministri eorum sint quieti per totam Angliam et Normanniam de theloneo et passagio et pontagio et pasnagio et reguardio forestarum, et omni consuetudine de rebus suis et omnium que ad proprios usus pertinuerint, et ne ducantur in placitum de quolibet tenemento quod tenent, nisi coram me vel coram capitali [a] justicia Anglie vel Normannie. Concedo etiam quod vasa sua plumbea ad suos usus in domo sua fundere possint libere, et omnia utensilia et sibi necessaria exercere.

Testibus : Balduino archiepiscopo Cantuariensi, Hugone episcopo Lincolniensi, Radulfo episcopo Lexoviensi [b], Johanne episcopo Ebroicensi, Hugone episcopo Cestrensi, Gaufrido cancellario, Roberto archidiacono Herefordiensi, Hugone abbate Furcardi Montis, Sansone abbate Sancti Audoeni, comite Willelmo de Magnevilla, Ranulfo de Glanvilla, Reginaldo de Corteniaco, Seherio de Quinci, Hugone de Cressi, Jordano de Belnaio, Rogerio Calcetensi, et multis aliis.

Apud Cenomannum [1].

[a] episcopali *A* (*copie de M. Luce*). — [b] Luxoviensi *A*.

[1] La pièce cotée 569 dans la table de M. Delisle, et examinée à fond à la page 312 de son Introduction, est trop visiblement étrangère à Henri II pour qu'il y ait lieu de lui donner place dans ce recueil.

SUPPLÉMENT.

Suppl. I.

1150–1151. — Rouen.

Henri, duc de Normandie, notifie à Galeran, comte de Meulan, et à d'autres, qu'il a restitué aux chanoines de Notre-Dame de Chartres la dîme et l'église de Héauville.

A. Original perdu.

B. Copie ancienne, Bibl. Nat., ms. latin 5185 I, p. 328.

a. Charles H. Haskins, d'après B, *Norman institutions*, p. 162, n. 28. — L'éditeur observe que cette pièce ne figure pas dans le cartulaire imprimé : « not in the printed cartulary. »

La date 1150-1151, donnée par M. Haskins, nous reporte à l'époque où Henri Plantegenet, devenu duc de Normandie par la mort de son père, ne portait pas encore, dans les actes, le titre de comte d'Anjou.

H., dux Normannnorum, G. comiti Mellendi et Willelmo de Hangemara et Roberto de Havilla et omnibus fidelibus suis totius Normannie, salutem.

Sciatis me resaisisse canonicos Sancte Marie Carnotensis ecclesie de decima et de ecclesia de Havilla; ideoque mando et firmiter precipio quod ecclesiam et decimam teneant in bono et in pace, juste et integre, salvis rectis suis omnibus illis hominibus, ubi ea sibi fieri debent, qui in predicta ecclesia aut decima aliquid clamaverint rationabiliter.

Testibus Alexandro de Bohun, Willelmo Trosebot, Stephano de Bello Campo.

Apud Rothomagum.

Suppl. II.

Septembre 1151. — Janvier 1153.

Henri, duc de Normandie et comte d'Anjou, mande à Richard, évêque de Coutances, et à Thomas de la Haie, son archidiacre, d'assurer à l'abbé de Marmoutier et au prieur de Héauville leurs biens et leurs dîmes, nommément à Touffreville.

A. Original perdu.

B. Copie contenue sans doute dans un petit cartulaire d'Héauville, formé vers 1524 (?), par Baudet, licencié ès-lois, juge et lieutenant général du bailli de Touraine, à la requête de Christophe de Moussay, prieur et seigneur temporel d'Héauville (indications fournies par M. Lucien Auvray).

a. *Revue catholique de Normandie*, 1897, t. VII, p. 446-447.

Henricus, dux Normannorum et comes Andegavorum[1], Richardo, Constantiensi episcopo, et Thome de Haia suo archidiacono, salutem.

Mando vobis et precipio quod permittatis abbatem Majorismonasterii et priorem de Heauvilla tenere in bono et pace, libere et quiete et juste omnia sua tenimenta et omnes suas decimas, et nominatim suam[2] de Torfresvilla, sicut melius et liberius et quietius tenuerunt tempore Henrici regis et tempore patris mei et (*sic*); et prohibeo ne in placitum ponantur nec coram me vel coram mea justicia de Cesarisburgo et apud Barbofluctum[3].

Suppl. III.

Janvier 1154.

Henri, duc de Normandie et d'Aquitaine, comte d'Anjou, confirme la donation faite par Guillaume, comte d'Aumale, aux religieux de Melsa pour la fondation de leur abbaye.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Melsa, Lansdowne ms. 424, fol. 65.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. III, p. 97, n° 1386. Bibl. Nat., imprimés, 4° N p. 272.

Henricus, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, justiciis[4], comitibus, vicecomitibus, baronibus et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse in perpetuam elemosinam, pro anima regis Henrici avi mei et aliorum antecessorum meorum regum Anglie, et pro salute mea et pro anima patris mei, donationem illam quam W[illelmus] comes Albemarlie fecit Deo

[1] *a.* Andegavensium.

[2] *a.* Il manque un mot, sans doute *ecclesiam* ou *decimam*.

[3] *a.* Lisez : Barbefluctum. Peut-être les mots Apud Barbofluctum représentent-ils la date de lieu?

[4] justiciariis, *a.*

et ecclesie Sancte Marie et monachis de Melsa[1]: scilicet villam Melse et boscum de Ruda[2] et totam Wagnam[3], scilicet tam partem illam que est de patrimonio suo quam illam partem quam tenet de archiepiscopo, et passagium et ecclesiam dicte ville, et hanc predictam terram, videlicet XII carucatas, duas scilicet in Melsa et X alias in Wagna, clamo quietas et liberas de danegeld et de murdro et de omnibus geldis et de omnibus secularibus servitiis et exactionibus. Concedo etiam et confirmo donationes baronum meorum, scilicet W[illelmi] Fossard et Radulfi filii Wymundi hominis ipsius, et W[illelmi] de Percy, et W[illelmi] de Rumar et uxoris ejus Agnetis de Albemarle et Gaufridi Dagun hominis ipsius, et omnes alias donationes baronum Ebor[acensis] scire[4] et hominum eorum, quas vel dederunt rationabiliter vel daturi sunt. Quare volo et precipio quatinus ecclesia prefata et monachi teneant et habeant omnes terras et tenuras illas bene et in pace, et libere et quiete et honorifice, in bosco et plano et pratis et pasturis et aquis et stagnis et viis et semitis et omnibus locis, cum soca et saca et tol et theam et infangenetheof, et cum omnibus aliis libertatibus et quietanciis cum quibus ecclesia Beati Petri Eboracensis tenet et habet.

Testes Manasse Byset, Henricus Byset, Ricardus de Humetis, et alii.

Suppl. IV.

1156. — Bordeaux.

Confirmation à l'abbaye de Maillezais des biens que lui avait précédemment confirmés Gui-Geoffroi (Guillaume VI) duc d'Aquitaine (Texte incomplet).

A. Original perdu.

B. Copie partielle et incorrecte par Dom Fonteneau, vol. 25, fol. 57.

a. Abbé Lacurie, *Histoire de l'abbaye de Maillezais*, in-8°, 1852 (Fontenay-le-Comte), p. 257-258; texte indiqué par M. de Font-Réaulx (1915).

Le passage de Henri II à Bordeaux, en 1156, est attesté par une charte en faveur des églises de Sablonceaux et de Fontaine-le-Comte (n° XXIII). Le présent acte a été souscrit par Geoffroi,

[1] L'abbaye de Melsa, au doyenné de Holdernesse, archidiaconé d'East-Riding (Yorkshire), est couramment appelée *Meaux* dans les recueils anglais. Ce nom, dérivé naturellement de Melsa (*Miause*, dans certains textes anglais), n'a qu'une ressemblance fortuite avec celui de Meaux en France (Seine-et-Marne). V. Dugdale, *Monasticon Anglicanum*, V. 388.

[2] Wood of Routh, Farrer, III, n° 1385, analyse.

[3] Wawne, ibidem.

[4] Ou: Eboraciscire.

archevêque de Bordeaux, mort en 1158, Chalon, évêque de Poitiers (1155-1157), Pierre, abbé de la Sauve-Majeure, qui a souscrit en 1156 une charte de la reine Aliénor (n° XXV).

H.....abbatibus, comitibus, baronibus, prepositis, vicariis...[a] concedo predicte ecclesie Sancti Petri Malleacensis et predicte ecclesie Sancti Martini quicquid rationabiliter acquisierunt[b]... ita plenarie et libere et honorifice, et qui et teneant[c] et possideant hec predicta, sicut carta Gaufredi ducis Aquitanorum testatur.

Testes hujus rei sunt:[d] Gaufridus archiepiscopus Burdegalensis, Calo Pictavensis, Philippus Baiocensis, Arnulfus Lexoviensis episcopi, Tomas cancellarius, Petrus abbas Silve Majoris, Ricardus de Humetis constabularius, Manasserus Biset dapifer, Guarinus filius Geroldi[e] camerarius, Ricardus de Luci, Porteclius de Mansiaco[f].

Apud Burdegalam.

Suppl. V.

1157. — Caen.

Henri II mande au vicomte et aux agents royaux du comté d'York de faire procéder à une enquête sur le wastum subtus Pikeringam[1], *qui a fait partie du domaine de Henri I^er^, et de le faire tenir aux religieux de Riévaux.*

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Riévaux, Brit. Mus., Cotton, Jul, D I, fol. 132 v°.

a. Chartularium, n° 206.

b. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 313, n° 401.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, vicecomiti et ministris suis de Eboracensiscira[2], salutem.

Precipio vobis quod sine dilatione faciatis recognosci per legales homines de wapentac[3] et de foresta de Pikeringis wastum subtus Pikeringam quod Henricus avus meus habuit in dominico suo die qua fuit vivus et mortuus, et sicut recognitum fuit tunc

[a] Trois lignes entièrement gâtées (*note de l'éditeur*). — [b] acquisiescerunt, *a.* — [c] Sic *a.* — [d] Sic *a.* — [e] Beroldi *a.* — [f] Sic *a.*

[1] Wastum, lande, terrains non cultivés, prairies marécageuses, sises à Pickering.

[2] Sic *a.*

[3] Sic *a.*

fuisse, ita sine dilatione et plenarie et juste habere faciatis monachos de Rievalle; et nullus eis inde aliquam injuriam vel contumelian faciat. Et nisi feceritis, comes Legecestrie faciat.

Teste cancellario, Hag'tru', Ern' (*sic b*).

Apud Cadomum[1].

Suppl. VI.

[1155–1158]. — Westminster.

Confirmation à l'église de Saint-Denis « près Southampton » de vingt soudées de terre à « Sturministra » que Robert de Southampton leur a attribuées sur la terre que Galeran, comte de Meulan, lui a donnée en raison de son service.

A. Original perdu.

B. Vidimus de 1390 (Charter Rolls).

a. Calendar of the Charter Rolls, t. V., p. 316, n° 1.

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, J. episcopo Saresberiensi et omnibus baronibus et justitiis et vicecomitibus et fidelibus suis Francis et Anglis de Dorseta, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Dionisii juxta Hamtonam, et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, XX^ti^ solidatas terre in Sturministra, quas Robertus de Hamptona eis dedit in elemosinam de terra quam Walerannus comes de Mellent eidem Roberto dedit pro servicio suo. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et canonici eandem terram habeant et teneant ita bene et in pace et libere et quiete et honorifice sicut predictus comes de Mellent suam dominicam terram habet et tenet in eadem villa, et sicut ejusdem comitis carta testatur.

Testibus: Arnulfo episcopo Lexoviensi et Philippo episcopo Baiocensi et comite Reginaldo et R. comite Legrecestrie et W. comite Gloecestrie et R. de Novo Burgo et H. de Essexa constabulario, et Ricardo de Humez constabulario, et Mannassero Biset.

Apud Westmonasterium.

[1] La pièce 403 (Farrer, t. I), relative à la même affaire, est datée d'Angleterre, « Apud Romesiam ».

IMPRIMERIE NATIONALE.

Suppl. VII.

1156–1159. — Tours.

Acte par lequel Henri II prend sous sa protection l'église de Saint-Oswald de Nostell.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Nostell, British Mus., Cotton, Vesp. E xix, fol. 7.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. III, p. 154, n° 1453.

Date donnée par la souscription de Froger, archidiacre, qui devint évêque de Séez en 1159 (Introd. p. 368).

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis [1] de Eborac[iscira] et de Nottingh[amscira], salutem.

Sciatis quod ecclesia Sancti Oswaldi de Nostel., et canonici ejusdem ecclesie et homines sui et omnes res sue sunt in mea manu, defensione et custodia. Quare volo et precipio ut eam manuteneatis et defendatis, et prohibeo ne aliquis eidem ecclesie vel rebus suis aliquam faciat injuriam aut violentiam.

Teste Frogero archidiacono.

Apud Turon[as] [2].

Suppl. VIII.

1155–1161.

Exemption des droits de tonlieu, passage et pontage, accordée à l'abbaye de Melsa, en Angleterre et en Normandie.

A. Original perdu.

B. British Museum, Lansdown ms. 424, fol. 66.

C. Brit. Mus., Cotton., ms., Vitellius, C VI, fol. 128.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. III, p. 100, n° 1389.

Thibaud, archevêque de Cantorbéry, est mort en 1161.

[1] justiciariis, *a.* — [2] sic, *a.*

H[enricus], rex Anglorum, et dux Normannorum [et Aquitanorum], et comes Andegavorum, justiciis [1], baronibus, vicecomitibus et omnibus ministris totius Anglie et Normannie et portuum maris, et nominatim prepositis de Hant[onia] et de Hasting., et de Dover., et de Barbefluctu et de Cadomo et de Diopa, salutem.

Precipio quod equi et homines et omnes res abbathie de Melsa et monachorum ibidem Deo servientium sint quieti de theloneo et passagio et pontagio et omni alia consuetudine, quocumque venerint; et nullus eos super hoc injuste vexet nec deturbet super X libras forisfacture.

Testibus: T[heobaldo] archiepiscopo Cantuariensi, H[ugone] episcopo Dunelmensi, R[oberto] episcopo Lincolniensi, et aliis.

Suppl. IX.

1155–1162. — Le Pré, à Rouen.

Henri II prend sous sa protection Robert Botevilein, doyen d'York, quoiqu'il n'ait prêté serment ni à sa mère [l'Impératrice] ni à lui.

A. Orignal perdu.

B. Reg. Mag. Album, part. II, fol. 83 verso; York, Archives du chapitre; cf. Kemble, *Codex diplomaticus*: «Reg. abb., dec. et capituli Ebor[acensium].»

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 125, n° 140.

H[enricus], rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis [2], vicecomitibus, ministris et omnibus hominibus et fidelibus suis totius Anglie Francis et Anglis, salutem.

Sciatis quod Robertus Botevilein, decanus Eboracensis, nunquam fecit juramentum domine matri mee vel michi, nec ego eum inde nominavi nec nomino, set ipse meam gratiam, meam integram habet dilectionem, et ipse et omnes res et possessiones ejus sunt in mea manu et in mea defensione et custodia et ipse meus est clericus proprius; et non patiamini quod aliquis ei vel rebus ejus aliquam injuriam aut contumeliam faciat.

Testibus: Rot[rodo] Ebroicensi, Arn[ulfo] Lexoviensi episcopis, Nicholao de Sigillo, Ricardo de Camvilla.

Apud Rothmagum in prato.

[1] justiciariis, *a.* — [2] justiciariis, *a.*

Suppl. X.

[1156–1162]. — Le Neubourg.

Confirmation de biens accordée à l'église de Saint-Pierre d'Eye [1].

A. Original perdu.

B. Vidimus ou inspeximus provenant des Charter Rolls.

a. Calendar of the Charter Rolls, t. V, p. 364-365.

Date [1156-1162], donnée dans le *Calendar of the Charter Rolls.*

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justitiis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse in liberam et perpetuam elemosinam ecclesie Sancti Petri de Eya quicquid eidem ecclesie et monachis ibidem Deo servientibus rationabiliter datum est, scilicet : ecclesiam Sancti Petri que est extra villam Eye cum tota terra quam rex H. avus meus concessit eidem ecclesie, aliam etiam ecclesiam que est infra eandem villam [2]. . . . . .

. . . . . .

Testibus : Rotrodo episcopo Ebroicensi, Th. cancellario, Gwillelmo fratre regis, Roberto de Novo Burgo, Manassero Biset dapifero.

Apud Novum Burgum.

Suppl. XI.

1156–1162. — Lyons.

Henri II mande à ses officiers de justice, au vicomte d'Yorkshire et autres, de veiller à ce que malgré son absence les fermiers du chapitre de Saint-Pierre d'York soient tenus de répondre en justice audit chapitre.

A. Original perdu.

[1] Co. Northampton.

[2] Les localités mentionnées dans cette longue pièce sont toutes situées en Angleterre. Elles ne concernent ni les provinces françaises ni les affaires de France. Nous n'avons donc à mentionner ici que la date de lieu, indiquant une localité française, d'où la charte est datée.

B. Reg. Mag. Album, part. II, fol. 5 ; York, archives du chapitre ; cf. p. 435.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 126, n° 141.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normann[orum] et Aquit[anorum], et comes Andeg[avorum], justiciis [1], vicecomiti et ministris suis de Eboraciscira, salutem.

Precipio vobis quod faciatis decanum et capitulum Sancti Petri Eboracensis tenere terras suas et communas suas ita bene et in pace et libere et quiete et juste, sicut melius et liberius tenuerunt tempore regis Henrici avi nostri, nec remaneat pro passagio meo quin juste cogant firmarios suos ut sint eis ad rectum de querelis quas adversus eos habuerint.

Teste episcopo Ebroicensi.

Apud Leones [2].

Suppl. XII.

1156–1162. — Saumur.

Exemption de tonlieux pour les chanoines de Bridlington.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Bridlington, fol. 159.

a. Lancaster, *Chartulary of Bridlington*, p. 115.

b. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. II, p. 444, n° 1149.

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis [3] et vicecomitibus et ministris suis Anglie, salutem.

Precipio quod canonici de Bredelintona sint quieti de telonio et omni consuetudine et de omnibus rebus suis dominicis, sicut quietiores fuerunt tempore regis H[enrici] avi mei, et sicut carta regis H[enrici] testatur ; et prohibeo ne quis eos injuste disturbet, super X libras forisfacture.

Teste Thoma cancellario.

Apud Salmurum.

[1] justiciariis, *a.* — [2] Leonens, *a.* — [3] justiciariis, *a.*

Suppl. XIII.

1156–1162. — Saumur.

Concession de coutumes aux chanoines de Bridlington.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Bridlington, fol. 159.

a. Lancaster, *Chartulary of Bridlington*, p. 115.

b W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. II, p. 444, n° 1150.

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis[1] et vicecomitibus et ministris et omnibus fidelibus suis Anglie, salutem. Concedo canonicis de Bridlintona omnes consuetudines quas alie canonicorum ecclesie per Angliam melius habent; et si aliquis pro Dei amore aliquid de suo dare voluerit, hoc concedo et pulchrum mihi erit, sicut rex H[enricus] avus meus eis concessit et carta sua confirmavit.

Testibus: Thoma cancellario et Ricardo de Hum[etis] constabulario et Man[assero] Biset dapifero.

Apud Salmurum.

Suppl. XIV.

1158–1162.

Henri II confirme aux religieux de Melsa toutes les donations qui leur ont été faites par Guillaume comte d'Aumale et par d'autres.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Melsa, Brit. Mus., Lansd. ms. 424, fol. 65 verso.

a, W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. III, p. 97, n° 1387.

Date établie sur la souscription du chancelier Thomas Becket.

[1] justiciariis, *a*.

H[enricus], rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis [1], vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglicis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatie de Meausa et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam quicquid W[illelmus] comes de Albamara et alii eis rationabiliter dederunt. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et monachi habeant et teneant quicquid predictus comes et alii eis rationabiliter dederunt bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis, et in omnibus aliis locis et in omnibus aliis rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carta W[illelmi] comitis de Albamarle et aliorum donatorum suorum testantur (*sic*).

Testibus: Thoma cancellario, Ricardo de Luci, Willelmo Malet, Willelmo de Hastinges, et aliis.

Suppl. XV.

1158–1162. — Cahors.

Henri II mande à ses officiers de justice, au vicomte [d'York] et à ses forestiers de Pickering, de veiller à ce que les moines de Riévaux jouissent en paix de leur droit de pâturage en la lande de Pickering.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Riévaux, Brit. Mus., Jul. Di, fol 132 verso.

a. Chartularium....., n° 208.

b. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 315, n° 404.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis, vicecomiti et forestariis suis de Pickeringe, salutem.

Precipio vobis quod faciatis monachos de Rievals habere et tenere bene et in pace, libere et quiete et juste, totam pasturam de wasto de subtus Pickeringe, sicut illam eis dedi et carta mea confirmavi, et sicut rex Henricus avus meus tenuit in dominio

[1] justiciariis, *a.*

suo. Et faciatis pontes, et semitas et vias de eodem wasto esse sicut solebant tempore regis Henrici avi mei. Et prohibeo ne quis eis inde injuriam vel contumeliam faciat.

Teste cancellario.

Apud Cahu[r]cium [1].

Suppl. XVI.

1158-1162. — Bons Moulins.

Confirmation générale de tous les biens et revenus appartenant à l'abbaye de Melsa.

A. Original perdu.

B. Copie dans le ms. Lansdowne 424, fol. 83.

C. Brit. Mus., ms. Cotton., Vitellius C VI, fol. 127 verso.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. III, p. 101, n° 1390.

Souscription de Thomas Becket, chancelier.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum [et Aquitanorum], et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis [2] vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglicis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatie de Meausa et monachis ibidem Deo servientibus et servituris imperpetuum, in liberam et perpetuam elemosinam, omnes [3] terras, tenementa et loca, redditus et servitia que vel donatione vel emptione vel aliqua alia justa acquisitione habent vel habituri sunt, sicut carte quas inde habent vel habebunt testantur vel testabuntur. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et monachi habeant et teneant omnia predicta bene et in pace libere et quiete, integre et honorifice, in bosco et plano et in pratis et pascuis, in viis et semitis, in aquis et molendinis, in stangnis et vivariis, et in omnibus aliis

[1] La pièce 405 est également un acte de Henri II relatif aux terres voisines de « Pickeringe », dont le pâturage a été donné par lui aux moines de Riévaux, mais elle est sans date, et rien n'indique qu'elle ait été donnée en France.

[2] justiciariis, *a.*

[3] omnia, *a.*

locis, rebus, possessionibus, libertatibus et liberis consuetudinibus suis imperpetuum. Et concedo et volo quod dicta abbatia et monachi tam presentes quam futuri habeant libere curias suas in omnibus dominicis terris et locis suis, cum universis forisfacturis fugitivorum et felonum et cum infangtheof et assisa panis et cervisie et libera ordinatione ballivorum, conestabulariorum, et aliorum ministrorum suorum cum libera justificatione et executione ad premissa spectantibus, et amerciamentis et forisfacturis eorundem ubique infra metas terrarum et locorum suorum. Et ne quis eos super hiis disturbet vel inquietet super forisfacturam decem librarum ad opus meum et heredum meorum et viginti solidorum ad opus vicecomitis Eboracensis.

Testibus: Thoma cancellario, Ricardo [de] Luci, Willelmo Malet, Willelmo [de] Hastinges, Petro de Bello Campo.

Apud Bons Molins.

Suppl. XVII.

1155-1164. — Rouen.

Henri II confirme à Siward de Stonegate une maison achetée par lui d'un certain Adam, à Stonegate.

A. Original perdu.

B. Reg. Mag. Album, partie II, f. 5 verso; York, archives du chapitre; cf. p. 435.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 223, n° 286.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum [1] justiciis [2] et prepositis et omnibus civibus suis Ebor[acensibus], salutem.

Sciatis me concessisse et presenti scripto confirmasse Siwardo de Stayngate mansuram illam quam emit in Stainegate de Adam. Quare volo et firmiter precipio quod predictus Siwardus predictam mansuram teneat ita bene et in pace et juste et libere et quiete, sicut ceteri cives mei Eboracenses tenent. Et prohibeo ne quis ei super hoc jacturam faciat vel contumeliam.

Teste R[otrodo] episcopo Ebroicensi.

Apud Rothomagum.

[1] Andegavie, *a.* — [2] justiciariis, *a.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Suppl. XVIII.

Vers 1160–1166? — Poitiers.

Henri II confirme aux moines de Byland le domaine qu'Amfrey de Chauncy leur a donné en aumône (à Skirpenbeck).

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire d'Easby, British Museum, Egerton ms. 2827, f. 257 verso.

a. Publié, d'après B, par W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. II, p. 179, n° 837.

Nous conservons la date donnée par M. Farrer ; au reste les indications chronologiques fournies par les souscriptions sont assez vagues. Richard de Lucé a souscrit l'acte sans prendre le titre de justicier, qu'il a possédé depuis 1168 (introd., p. 435).

H., rex Anglorum, et dux Normanorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Eboracensi, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Eboracisyr[e], salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbati et monachis de Bellalanda terram quam Amfridus de Cancy eis dedit in elemosinam, sicut carta sua eis testatur. Et ideo volo et firmiter precipio quod predicti monachi terram illam habeant et teneant bene et in pace, libere, quiete, integre, plenarie et honorifice, in pratis, in pascuis, et in omnibus aliis rebus ad eam pertinentibus, cum libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : Ricardo de Hum[etis] conestabulario, Ricardo de Lucy et Willelmo de Cayn[e]to [1].

Apud Pictaviam.

Suppl. XIX.

1156–1169. — Rouen.

Concession aux chanoines de Notre-Dame de Lincoln d'une charruée de terre sise « in Kales ».

A. Original perdu.

[1] *i. e.* Caisneto, Chêney.

B. Brit. Mus.; Cotton, Vespas. E XVI, fol. 16.

a. Dugdale, *Monasticon Anglicanum*, t. VI, vol. III, col. 1276, pièce cotée LIX.

Henri II a séjourné en France en 1156. Hilaire, évêque de Chichester, qui a souscrit cet acte, est mort en 1169 (introd., p. 385).

H[enricus], rex Anglorum, et dux Normannorum, [et Aquitanorum, et comes Andegavorum], archiepiscopis, etc., salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Beate Marie Linc[olnie] et canonicis ejusdem ecclesie unam carrucatam terre in Kales cum omnibus pertinentiis suis, ex dono Willielmi de Romara ; quare volo, etc.

T[estibus] : Rogero archiepiscopo Eboracensi et I[lario] episcopo Cicestrensi.

Apud Rotomagum.

Suppl. XX.

1163–1170. — Cirencester.

Henri II confirme l'acte par lequel Guillaume, comte d'Aumale, a donné à Jean de Melsa le domaine de Bewick en échange de celui de Melsa, où ledit comte a fondé l'abbaye de Melsa.

A. British Museum, Chartes, Cotton XI, 27.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. III, p. 92, n° 1382.

La date de 1163-1170 est justifiée par la souscription de Geoffroy, qui fut archidiacre de Canterbury après Thomas Becket.

H[enricus], rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis et abbatibus, comitibus et baronibus, justiciis[1] et vicecomitibus, et omnibus ministris suis, Francis et Anglis, totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et hac mea carta confirmasse conventionem que facta est inter Willelmum comitem Albemarle[2] et Johannem de Melsa et heredes suos de escambio de Bewich, quod comes predictus dedit Johanni de Melsa pro terra de Melsa

[1] « justiciaris », *a.* — [2] Albemarie, *a.*

in qua comes idem, concessu Johannis et heredum suorum, fundavit abbatiam de Melsa. Et ideo volo et firmiter precipio quod monachi de Melsa habeant et teneant predictam terram in qua fundata est abbatia sua, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in stagnis et piscariis et in mariscis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eam pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, ita bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre, honorifice et rationabiliter, sicut carta comitis Willelmi et Johannis de Melsa, utriusque sigillo sigillata, testatur.

Testibus : Gaufr[ido] arch[idiacono], Man[assero] Biset dap[ifero], Ric[ardo] de Luci, Willelmo Mallet.

Apud Cirecestriam.

Suppl. XXI.

1167–1170. — Argentan.

Henri II fait savoir qu'il a concédé à Guillaume comte d'Aumale, pour ses bourgeois de Hedon, le droit de bourgeoisie aux conditions accordées par lui à ses bourgeois d'York et de Lincoln.

A. Original perdu.

B. Copie dans le rôle des Lettres patentes de Henri IV, VI[e] partie, membr. 1.

a. Calendar of the Patent Rolls, Henry IV, 1399-1401, p. 266.

Henricus, rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis[1], vicecomitibus et omnibus ministris suis totius Anglie, Francigenis et Anglicis, salutem.

Sciatis me concessisse Willelmo comiti Albemarlie liberum burgagium in Hedduna, sibi et heredibus suis in feudo et hereditate, ita quod burgenses ejus Heddune libere et quiete in libero burgagio teneant sicut burgenses mei de Eboraco vel Nichole melius et liberius et quietius tenent illis consuetudinibus et libertatibus.

Testibus Ricardo de Luci et Willelmo filio Hamonis.

Apud Argentom[um].

[1] justiciariis, *a*.

Suppl. XXII.

1154–30 juin 1171 (?).

Henri II confirme à Robert Sanson et à Robert de Garennes son frère le fief d'Oseyum et celui de Roullée, que [leur père] Guillaume, comte de Pontieu, leur a donné ainsi que les droits de chauffage, d'herbage et de pasnage que ledit Guillaume leur a concédés dans ses forêts.

A. Original perdu.

B. Copie du XVII^e^ siècle, Archives départementales de la Sarthe, E 309, dossier 1, pièce 1, d'après un registre de la Chambre des Comptes intitulé *Marie d'Espagne*, fol. 306. Texte retrouvé par M. Clovis Brunel et copié pour nous, à sa demande, par M. L'Hermitte, archiviste de la Sarthe.

L'acte, dont nous ne possédons que cette copie récente, ne porte pas de nom de lieu; l'absence des mots *Dei gratia* prouve qu'il doit être antérieur à 1172-3. La date 1154-30 juin 1171, assignée par M. Brunel (*Actes des comtes de Pontieu, Documents inédits*, p. 122) à la donation faite par le comte de Pontieu, paraît pouvoir s'appliquer à la confirmation par Henri II[1].

H., rex Anglorum, [et] dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum[2], episcopo Cenomanensi[3] et episcopo Sagiensi[4], et omnibus baronibus et justiciis[5] et ministris et fidelibus suis Cenomannie et Normannie[6], salutem.

Sciatis me concessisse et hac mea carta confirmasse Roberto Sansom et Roberto de Garennia fratri suo totam terram et totum feodum[7] de Oseyo et de Ruelis, et in forestis comitis Willelmi de Pontivo eis et omnibus suis calfagium et herbagium[8] atque pasnagium, sicut idem comes eis concessit et carta sua confirmavit, et Pratum Rotundum de insula de Ruelis, tenenda de me post decessum prenominati[9] comitis.

Testibus episcopo Sagiensi[10] [et] Willelmo de Curcy, dapifero, *etc*[11].

[1] Sur Guillaume II, dit Talvas, « Willelmus de Pontivo et filii ejus », voir t. I, p. 442, CCXCII.

[2] Normanniae et Aquitaniae et comes Andegaviae, *B.*

[3] Cenomanensis, *B.*

[4] Salgiensis, *B.*

[5] justiciariis, *B.*

[6] Cenomaniae et Normaniae, *B.*

[7] foudum, *B.*

[8] herbagagium, *B.*

[9] prenonciati, *B.*

[10] Stagio episcopo Sagiencis, *B.*

[11] Willelmo de Curcy, dapifer, *B.* Pas de date de lieu.

Suppl. XXIII.

1156–1172-3. — Domfront.

Henri II mande à l'archevêque d'York, aux doyen et chapitre de cette ville de veiller à ce que l'hôpital de Saint-Pierre, à York, perçoive les redevances de ses terres comme sous Henri I^er^.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Saint-Léonard, Dodsw. ms., fol. 19.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 148, n° 176.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum[1], archiepiscopo Eboracensi et decano et toti capitulo Sancti Petri Eboracensis, salutem.

Precipio quod faciatis pauperes hospitalis Sancti Petri habere plenarie travas omnium terrarum de quibus eas habuerunt tempore Henrici regis avi mei et tempore Turstini archiepiscopi, quicumque easdem travas tenuerunt, sive sint monachi, sive canonici sive moniales; nolo enim quod domus illa in aliquo injuste decrescat.

Teste Ricardo de Camvilla.

Apud Dunfront.

Suppl. XXIV.

1155–1172. — Domfront.

Henri II accorde sa protection à l'hôpital de Saint-Pierre d'York.

A. Original perdu.

B. Cartulaire de Saint-Léonard d'York, Brit. Mus., Cotton. Nero, D III, fol. 4 verso.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 148, n° 177.

H[enricus], rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum[2], archiepiscopo Eboracensi et capitulo, et justiciis[3] et vicecomiti et omnibus ministris suis Anglie, salutem.

[1] Andegavie, *A.* — [2] Andegavie, *A.* — [3] justiciariis, *A.*

Sciatis quod domus pauperum et hospitalis Sancti Petri Eboracensis et omnes res et possessiones eorum sunt in mea manu et in mea defensione et custodia. Quare precipio quod eos et res eorum defendatis et custodiatis, et non patiamini quod aliquis eis vel rebus eorum aliquam injuriam vel contumeliam faciat.

Teste Ricardo de Camvill[a].

Apud Donfront.

Suppl. XXV.

1154–1172-3. — Le Mans.

Ordre à Gautier, évêque de Rochester, et à ses agents, d'obliger les hommes de l'abbesse de la Trinité de Caen, à Malling, à prêter obéissance à ladite abbesse.

A. Original perdu.

B. Inspeximus relatif à l'abbaye de Malling, publié dans le tome V des Charter Rolls (v. ci-dessous).

a. Calendar of the Charter Rolls, t. V (1916), p. 58, n° 17.

Date donnée par l'éditeur des *Charter Rolls*, [ante 1179], à cause de la souscription de Richard du Hommet, qui mourut en 1179 à l'abbaye d'Aunai, où il s'était retiré. L'absence des mots *Dei gratia*, après le nom du roi, prouve que cet acte est antérieur à 1172-1173.

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, Waltero, Ruffensi episcopo, et ministris suis, salutem.

Precipio quod justicies homines abbatisse de Mellingis quod plenarie reddant abbatisse servicium quod ei debent, et obediant ei in omnibus sicut domine sue, ne amplius inde clamorem audiam pro penuria pleni recti.

Teste Ricardo de Humez constabulario.

Apud Cenomannum.

Suppl. XXVI.

1154–1172-3. — Rouen.

Acte de Henri II, notifiant les libertés, droits coutumiers et dignités qu'il a concédés à l'abbaye de Malling.

A. Original perdu.

B. Inspeximus inséré dans les Charter Rolls (v. ci-dessous).

a. *Calendar of the Charter Rolls*, t. V, 1916, p. 59, n° 21.

La pièce, dans laquelle le nom et les titres du roi ne sont pas suivis du *Dei gratia*, doit être considérée comme antérieure à 1172-1173. La date 1154-vers 1176, adoptée par les éditeurs, vient sans doute de ce que cet acte porte la souscription de Manessier Biset, *dapifer;* le système chronologique adopté par M. Delisle n'était pas encore connu et mis en pratique en 1916.

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justitie Anglie, salutem.

Precipio quod facias habere ecclesie de Miallingis et abbatisse et monialibus libertates et consuetudines suas et dignitates omnes quas eis concessi et carta mea confirmavi, et non patiaris quod aliquis super hoc forisfaciat eis.

Teste Manassero Biset, dapifero.

Apud Rothomagum.

Suppl. XXVII.

1158–1172-3. — Rouen.

Lettre de Henri II à ses officiers de justice, vicomtes et baillis, reconnaissant à l'abbaye Saint-Jean-Baptiste de Colchester tout ce qui lui a été confirmé par Henri Ier, en particulier l'avouerie de l'église d'« Ardlaga » acquise par ladite abbaye après la mort de ce roi.

A. Original perdu.

B. Copie du XIIIe siècle, dans le cartulaire de Colchester, appartenant au Right honourable earl Cowper.

a. *Cartularium monasterii Sancti Johannis Baptiste de Colecestria*, publié pour le Roxburghe Club par M. Stuart A. Moore, 1897, p. 50 (Bibliothèque de Chantilly, 13[i]).

Henri, fils de Géroud, qui a souscrit cet acte, paraît avoir succédé, comme chambrier, à un frère aîné, Warinus Filius Geroldi, qui mourut vraisemblablement dans l'été de 1158 (Delisle, introduction, p. 469). L'absence du *Dei gratia* prouve que l'acte n'est pas postérieur à 1172-73.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum[1] omnibus justiciis[2], vicecomitibus et ballivis suis, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse abbatie Beati Johannis Baptiste et monachis de Colecestria omnia que eis confirmavit Henricus rex avus meus, et omnia que eis

[1] Anglie... Normannie..., Aquitanie... Andegavie, A. — [2] justiciariis, B.

post mortem ejus a fidelibus pie collata sunt, nominatim advocationem ecclesie de Ardlaga, quam Robertus de Raimes voluntate et concessione mea illis in presentia mea concessit et confirmavit. Prohibeo autem ne aliquis omnimodo de ipsa abbatia vel de hiis que ad ipsam pertinent nisi per abbatem et monachos se aliquid intromittat nec eam inquietet, vel libertates infringendo vel aliquid auferendo super forisfacturam regiam, quia abbatiam illam et monachos, et omnia que ad eos pertinent, suscepi in manu et protectione mea.

Teste Henrico filio Geroldi.

Apud Rothomagum.

SUPPL. XXVIII.

1158–1172-3. — Rouen.

Lettre de Henri II aux mêmes, renouvelant les confirmations accordées par Henri Ier à l'abbaye de Saint-Jean-Baptiste de Colchester.

A. Original perdu.

B. Copie du XIIIe siècle, dans le cartulaire de Saint Jean-Baptiste de Colchester.

a. Cartularium monasterii S. Johannis Baptiste de Colecestria, publié pour le Roxburghe Club par M. Stuart A. Moore, 1897, t. I, p. 39.

Henricus, rex Angl[orum], et dux Norm[annorum] et Aquit[anorum], et comes Andeg[avorum][1], omnibus justiciis[2], vicecomitibus et ballivis suis, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse abbatie Beati Johannis de Colecestria omnia que eis confirmavit Henricus rex avus meus et concessit, et eodem modo, tam in libertatibus quam in aliis. Quare prohibeo ne aliquis omnino de ipsa abbatia vel de his que ad ipsam pertinent nisi per abbatem et per monachos se intromittat, nec eam inquietet, vel libertates infringendo vel aliquid auferendo vel detinendo, nec terras vel homines vel catalla vel legata vel donata, nec aliquid aliud. Quod si aliquis fecerit, sine omni dilatione et pacem et sua eis reddi faciatis super forisfacturam regiam partibus Sancti Johannis solvendam, sicut rex Henricus avus meus concessit et constituit.

Teste Henrico filio Geroldi.

Apud Rotomagum.

[1] Anglie... Normannie... etc., B. — [2] justiciariis, *B.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Suppl. XXIX.

1169–1172-3. — Bur.

Henri II au vicomte et aux baillis du comté d'York au sujet des droits de pâturage concédés à l'abbaye de Riévaux « sub Picheringa ».

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Riévaux, Jul. D. i, fol. 133.

a. *Chartularium*, [*etc.*], n° 209.

b. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 317, n° 407.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, vicecomiti et ballivis suis [de] Eboraciscira[1], salutem.

Precipio quod abbas et monachi de Rievalle habeant et teneant pasturam suam in wasto sub Picheringa bene et in pace, sicut eam ipsis dedi et carta mea confirmavi. Et prohibeo ne quis eos gravet vel vexet aut injuriam vel molestiam eis faciat de berchariis vel fossatis eorum aut aliis aisiamentis suis que habeant, sed si quis eis super hoc in aliquo forisfecerit, plenariam eis inde sine dilatione justitiam faciatis.

Teste Henrico episcopo Baiocensi.

Apud Burum.

Suppl. XXX.

1170–1172-3. — Quevilly.

Confirmation aux religieux de Kirkstall des biens qui leur ont été donnés à Kirkstall et ailleurs.

A. Original perdu.

B. Copie dans les *Charter Rolls* (I. Edward III, membr. 20).

C. Copie dans le pouillé (*coucher*) de Kirkstall, n° 307.

a. Publiée : *Calendar of the Charter Rolls*, t. IV, p. 46 ; *idem*, *Coucher of Kirkstall* (Thoresby Soc.), n° 307.

b. *Idem*, W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. III, p. 157, n° 1461.

[1] Eboracensi scira, *a.*

Gilles, évêque d'Évreux, témoin de cet acte, est arrivé à l'épiscopat en 1170 (Introd., p. 363); la pièce, qui ne porte pas la mention *Dei gratia*, doit être antérieure à 1172-1173.

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus hominibus et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbatie Sancte Marie de Kirtestal et monachis Cysterciensis ordinis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et pro animabus patris et matris mee et avi mei regis Henrici et omnium predecessorum meorum, ipsum locum de Kirkestal, quem habent ex dono Henrici de Lacy, et vaccariam que vocatur Brachinel[eia] juxta Rundeh[aiam], et pasturam; item ex dono ejusdem Bernolveswic cum omnibus pertinentiis suis, assensu et confirmatione Hugonis comitis de Northfolchia, de cujus feodo ipsa terra est; ex dono Herberti de Morevilla et Ricardi filii sui terram de Mucle et Thwait cum essartis, assensu et confirmatione Rogeri de Mobray, et omnia alia que eis rationabiliter data sunt in terris et aliis tenementis, secundum quod carte donatorum testantur. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et monachi in ea Deo servientes omnia predicta et quecunque rationabiliter eis data sunt vel data fuerint habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in essartis et aquis et in stagnis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur sicut ea ipsis concessi et hac carta mea confirmavi.

Testibus : R[otrodo] archiepiscopo Rothomagensi, A[rnulfo] episcopo Lexoviensi, Egidio episcopo Ebroicensi, Willelmo comite de Albamarla, Rogero comite de Clara, comite Willelmo de Mand[e]villa, Willelmo comite de Arundella, Hugone de Longo Campo, Hugone de Creissy, Waltero de Dunstanvilla.

Apud Kevilli.

Suppl. XXXI.

1165–1172-3 (?). — Bur.

Concession à l'abbaye de Cerisy d'une rente de vingt livres d'Angevins, à percevoir annuellement sur les revenus du roi à Baieux, ou ailleurs.

A. Original perdu.

B. Traduction française dans le cartulaire de Cerisi, Archives de la Manche, H 1404, p. 403. (Traduction française, médiocre; copie fournie par M. de Font-Réaulx.)

[H.] roy d'Angleterre, duc de Normandie et d'Aquitaine, comte d'Anjou, à l'archevesque de Rouen, évesques, abbez, comtes, barons, justiciers, vicomtes, tous autres officiers, ministres, fidèles Normans, salut.

Sachez que j'é donné en perpétuelle aumosne à l'église de Cerisy pour son dot quand elle a esté dédiée vingt livres d'Anjou à avoir chascun an à Baieux jusques à ce que je en assignes aultant à ladite église de rente en une aultre église ou aultre rente en Angleterre ou Normandie. Et pour ce je veux et ordonnes fermement que ladite église aye annuellement ladite aumosne bien, paisiblement et entièrement, au susdit domaine[1], comme il est déterminé cy dessus.

Témoins : H., évesque de Baieux, F., évesques de Sées, René archidiacre, Jean, doyen, Richard Barre, Hugues Murdac, Richard de Canville, Hugues de Crossy[2], Robert de Briece[3].

A Bures.

Suppl. XXXII.

1175. — Caen.

Henri II à ses officiers de justice du comté d'York, leur mandant à nouveau de mettre l'église de Notre-Dame de Rouen en possession du domaine de Kilham, momentanément occupé.

A. Original perdu.

B. Copie, Reg. mag. Album, partie II, fol. 83 ; York, archives du chapitre ; cf. p. 435.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 341, n° 439.

Note de M. Farrer, établissant les raisons qui justifient la date de 1175.

H[enricus], Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andeg[avorum], justiciis[4] suis de Eboracischira, salutem.

Precipio vobis quod terras Beate Marie Rothomagensis ecclesie, que occupate

[1] Les mots « au susdit domaine » ont été ajoutés après coup.

[2] Ou Cressy.

[3] Briecort *ou* Briecurt ; cf. introd., p. 439. Les mêmes souscriptions se trouvent toutes à la fin du n° CCCCVII, tome I, page 536, que nous avons daté de 1165 à 1172-3.

[4] justiciariis, *a*.

fuerunt apud Killum et postea retracte, bene et in pace et integre habere faciatis archiepiscopo Rothomagensi et archiepiscopo Eboracensi ad tenendum eas de prefata ecclesia Rothomagensi, ita quod non ponantur inde in placitum nisi coram me vel coram capitali justitia mea.

Teste G[alfrido] episcopo Eliensi.

Apud Cadomum.

Suppl. XXXIII.

1175-1176. — Clarendon.

Henri II confirme l'arrangement conclu entre l'archevêque et le chapitre de Rouen et l'archevêque d'York au sujet du manoir de Kilham.

A. Original perdu.

B. Copie, Reg. Mag. Album, partie II, fol. 83 ; York, archives du chapitre ; cf. p. 435.

a. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. I, p. 341, n° 440.

La date probable de 1175-1176 est justifiée par des raisons données par M. W. Farrer, p. 342.

H[enricus], Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis[1], vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse conventionem que facta est inter Rotrodum archiepiscopum et capitulum Rothom[agenses] et R[ogerum] archiepiscopum Eboracensem et coram me recordata de manerio de Killum, sicut carte et cirographa inter eos facta testantur. Quare volo et firmiter precipio quod conventio illa, sicut inter eos facta est et coram me recordata, et sicut carte et cirographa inde inter eos facta testantur, firma sit et stabilis et inconcusse teneatur.

Testibus : Hugone de Cressy, Rogero de St[otevilla], Roberto filio Bern[ardi], Gaufrido Partic[ensi], Willelmo de Stot[evilla], Reginaldo de Pavilly, Radulfo filio Stephani cam[erario] et Eustachio fratre suo.

Apud Clarend[onam].

[1] justiciariis, *a.*

Suppl. XXXIV.

1175–1180. — Bur.

Henri II confirme aux moines de Whitby leur ville de (South) Fyling, que Robert fils de Guillaume d'Aketon et Guillaume son fils leur avaient rendue avec une demi-charruée de terre à Liverton, plus dix-huit acres de terre, à eux donnés par Robert fils de Nigel, de Liverton.

A. Original perdu.

B. Copie dans le Cartulaire de Whitby, Brit. Mus., add. ms. 4715, fol. 51. Ayscough, Catalogue of the mss. present in the Brit. Mus. (1782, 4°), p. 67. 4715. *A book of transcripts of charters... to the abbey of Whitby, in Yorkshire.* On vellum, sec. XIV.

a. Édition dans le cart^re^ de Whitby, 159, n° 192.

b. W. Farrer. *Early Yorkshire charters*, t. II, n° 889.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, [dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, etc.], salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Petri et Sancte Hylde de Wyteby et monachis ibidem Deo servientibus in liberam et quietam et perpetuam elemosinam villam suam de Fielinga cum omnibus pertinentiis suis, quam Robertus filius Willelmi de Heichetona et Willelmus filius ejusdem Roberti eis reddiderunt et quietam clamaverunt, de se et de heredibus et abjuraverunt sicut carta ejusdem Roberti testatur ; et prohibeo ne quis eis inde injuriam vel contumeliam faciat, nec ponantur inde in placitum contra cartam predicti Roberti. Preterea concessi et confirmavi predicte ecclesie et monachis ibidem servientibus Deo in liberam et quietam et perpetuam elemosinam dimidiam carucatam terre cum pertinentiis suis in Livertona et decem et VIII° acras terre cum pertinentiis suis, quas Robertus filius Nigelli de Livertona predicte ecclesie dedit et confirmavit in elemosinam perpetuam, sicut carte ejusdem Roberti testantur.

Testibus : magistro Waltero de Constantiis Oxenefordensi archidiacono, Willelmo de Hum[etis] constabulario.

Apud Burum.

Suppl. XXXV.

1177-1181. — Neufchâtel (Drincourt).

Confirmation aux moines de Whitby de leurs pâtures et de leurs bois, dans les limites que leur avaient accordées Guillaume de Percy et Alain son fils.

A. Original perdu.

B. Copie dans le cartulaire de Whitby, fol. 47 verso (add. ms. 4715, fol. 163 verso). Ayscough, Catalogue of the mss. preserved in the Brit. Mus. (1782, 4°), p. 67. 4715. *A book of transcripts of charters... to the abbey of Whitby, in Yorkshire.* On vellum, sec. XIV.

a. Édition (?) dans le cartulaire de Whitby, n° 186.

b. W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. II, n° 871.

La date 1177-1181 est justifiée par les souscriptions de Gautier de Coutances, qualifié de vice-chancelier depuis 1177, et de Jean fils de Luc, qui devint évêque d'Évreux en 1181 ou 1182, et qui ne porte pas ici son titre d'évêque.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis[1], vicecomitibus, forestariis [et] omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse Deo et ecclesie Sancti Petri et Sancte Hylde de Wytebi et monachis ibidem Deo servientibus omnes terras suas et nemora sua et pasturas suas ita plene, libere, et quiete et honorifice, ut nullus de ministris meis intromittat se de nemoribus et pasturis eorum, nec prohibeat eos facere proficuum de nemoribus et pasturis eorum. Concedo etiam eis et confirmo omnes terras, forestas, et nemora et pasturas quas Willelmus de Percy et Alanus de Percy filius ejus, fundatores predicte abb[a]tie, eis dederunt in elemosinam perpetuam per metas, sicut habetur in carta Alani de Perci, videlicet a portu Wytebyensi totam marinam usque ad Blawyc et inde usque ad Grenedic et in longum Grenedic usque Swynestischage et usque Thornelaye, et totam Thornelaye et Kirkelac[h] et usque Coppekeldebroc, et inde in longum per cilium ultra Theovesdiches et usque Staincrossegate, que est prope villam de Suffeld, et usque Gretaheved et usque Elsicrof[t] et mosam usque dimidium mose et inde usque Derewentam et dimidiam Derewentam in longum usque ubi erumpit Derewenta et usque Lillacros, et usque

[1] justiciariis, *a*.

Scograines houes, et usque Sylehou et usque Lithebech et sicut Lithebech cadit in aquam de Esch usque ad fontem Sancte Hylde qui cadit in Esch et inde in longum usque Horsecroft et in Tordisa et usque in mare et inde per marinam ad Wyteby. Prohibeo vero ne aliquis intra predictas metas et divisas predicte ecclesie a batis et monachorum commune habeat in nemoribus et pasturis eorum nisi per licentiam eorum.

Testibus : magistris Waltero de Costanciis, Oxoniensi archidiacono; et Willelmo comite de Mandevilla, et Johanne filio Luce.

Apud Driencourt.

Suppl. XXXVI.

[1180–1183]. — Caen.

Charte de Henri II, confirmant à Guillaume de la Mare et à sa femme diverses terres sises aux comtés de Surrey et de Lincoln, à la demande du chambrier Guillaume de Tancarville.

A. Original, scellé du grand sceau, appartenant à Lord Middleton.

a. W. H. Stevenson, *Report of the manuscripts of Lord Middleton, preserved at Wollaston Hall, Nottinghamshire,* presented to Parliament by command of his Majesty; Londres, 1911, grand in-8°, p. 23.

Date. La mention *Dei gratia* prouve que cette pièce est postérieure à 1172-1173; d'après les souscriptions, elle est postérieure à l'été de 1180, époque à laquelle Guillaume du Hommet remplaça son père dans les fonctions de connétable; Barthélemy, évêque d'Exeter, qui l'a souscrite, est mort le 15 décembre 1184. M. Stevenson met en tête la date (1180-1183). Nous la reproduisons ici. — Les localités indiquées dans cette charte sont, d'après lui, Ashtead, co. Surrey (Estedam), Mitcham, co. Surrey (Mucheham), Harlaxton, co. Lincoln (Herlavestona), Londonthorpe, co. Lincoln (Londonethorpe), et Grantham, co. Lincoln (Graham). L'éditeur ajoute que Henri II, d'après Eyton, s'est trouvé à Caen en juin 1180, probablement dans l'été de 1181, et à Noël 1183.

H[enricus], Dei gratia rex Anglorum, et dux Norm[annorum] et Aquitanorum, et comes And[egavorum], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis[a], vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis Francis et Ang[lis] totius Anglie, salutem.

Sciatis me, ad petitionem Willelmi Camerarii de Tankarvilla, concessisse et pre-

[a] justiciariis, *a.*

senti carta mea confirmasse Willelmo de Mara et Lecie, uxori sue, Estedam, quam ipse reddidit eis et concessit, sibi et heredibus suis hereditarie tenendam, in feod[i] firma, de ipso et de heredibus suis, ita libere et honorifice et in pace sicut Laurentius de Sancto Sepulcro eam tenuit de Willelmo Camerario, avo prefati Willelmi Camerarii, et sicut Radulfus filius Roberti et Maria, uxor sua, filia predicti Laurentii, eam melius tenuerunt de patre supradicti Willelmi Camerarii, per servitium VI. librarum singulis annis inde reddendarum, pro omnibus servitiis, sicut supradicti eam tenuerunt, et secundum quod carta prefati Willelmi Camerarii testatur. Preterea, ad petitionem ejusdem Camerarii, concedo et confirmo eidem Willelmo de Mara et Lecie, uxori sue, et heredibus suis, Mucheham, quam pater ejusdem Camerarii dedit Radulfo filio Roberti et Marie, uxori sue, pro servitio suo, quam idem Camerarius reddidit eis et concessit, tenendam de eo et de heredibus suis bene et in pace, et libere et honorifice, per illud idem servitium quod predictus Radulfus inde fecit patri ipsius Camerarii, sicut carta ejus testatur. Concedo etiam eis et confirmo, ad petitionem ipsius Camerarii, terram suam de Graham, videlicet Herlaestonam et Londenetorp, quam idem Camerarius eis reddidit sicut rectam hereditatem eorum et concessit eis et heredibus suis, libere et quiete tenendam de ipso et de heredibus suis, sicut Laurentius de Sancto Sepulcro et Radulfus filius Roberti et Maria, uxor sua, filia predicti Laurentii, eam tenuerunt, per illud idem servitium faciendum quod fecerunt predicti antecessoribus Camerarii, sicut idem Camerarius carta sua eis confirmavit. Quare volo et firmiter precipio quod Willelmus de Mara et Lecia, uxor sua, et heredes sui, omnia predicta habeant et teneant de supradicto Willelmo Camerario et de heredibus suis, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut sepedictus Camerarius eis concessit et carta sua confirmavit.

Testibus : G. Eliensi, B. Exoniensi, Henrico Baiocensi episcopis, Willelmo de Hum[ez] constabulario, Sehero de Quenci, Willelmo Filio Radulfi, Ricardo Giff[ard], Gilleberto Pipard.

Apud Cadomum [1].

Suppl. XXXVII.

Sans date ni souscriptions. — Southampton.

Exemption de droits en Angleterre et en Normandie pour l'abbaye de Saint-Sauveur.

A. Original perdu.

[1] En note : *Fine impression of great seal.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

B. Cartulaire de Saint-Sauveur (Archives de la Manche, H non coté, n° 78. Copie de M. de Font-Réaulx).

H[enricus], Dei gratia rex Anglorum, et dux Norm[annorum] et Aquitanorum[1], et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra, salutem.

Sciatis quod abbatia Sancti Salvatoris est libera ab omnibus rebus et per totam terram meam Angl[ie] et Norm[annie] habet quitanciam de omnibus in civitatibus et castellis in nundinis et portubus maris et de portagio.

Apud Hantoniam. Valete.

[1] Aquitanie, copie.

ADDITIONS ET CORRECTIONS.

Tome I, page 8, IV* (1145–mars 1147). *Corriger la date en:* 1144–mars 1147, *et ajouter la mention: a.* Abbé Métais, Cartulaire de la Trinité de Vendôme, n° 501. (*Correction de M. Halphen.*)

T. I, p. 10, n° V*. *Pour l'explication du terme :* « in Pascha precedenti », V. Charles H. Haskins, *Normandy under Geoffrey Plantagenet, English historical review,* n° CVII, juillet 1912, p. 429, n° 52.

T. I, p. 29, l. 2, XXII*. *Au lieu de:* Norman, évêque d'Angers, *mettre:* Normand.

T. I, p. 33, l. 4, n° XXV*. *Au lieu de :* Norman, *mettre :* Normand.

T. I, p. 35, XXVIII*. M. Haskins observe que les chartes attestées par Richard, chancelier, sont antérieures à son élévation à l'épiscopat à Coutances, qui date de novembre 1151. La date serait donc : septembre–novembre 1151.

T. I, p. 36, XXIX*. *Ajouter la note: a.* Haskins, *The government of Normandy under Henry II, American historical review,* t. XX, p. 29, note 28.

T. I, p. 50, XLV* (Delisle, 43* A). *Supprimer* cette pièce, qui, malgré de très légères différences, fait en réalité double emploi avec le n° XXXV* (Delisle, 33*), p. 41. (*Correction de M. Louis Halphen.*)

T. I, p. 71. LXIV*. Ajouter: *c. Introduction,* p. 185-186, col 1.

T. I, p. 75, LXVIII*. Cette pièce semble, au premier abord, n'être qu'un abrégé ou un remaniement du n° LXXVI*. Malgré les analogies de ces deux chartes, M. Delisle les a considérées comme des actes distincts, et avec raison ; voir à la fin de la pièce LXVIII la mention (p. 76) : « Apud Cadomum facta est recognitio, sed apud Rothomagum concessio facta est Willelmo thesaurario, et carta ibidem data. »

T. I, p. 78, LXXI*. Cette pièce, au premier abord, semble être un simple extrait du n° LXX*, avec modification de l'ordre des souscriptions. Les différences entre ces deux actes, quoique peu importantes, existent pourtant. Ainsi en avait jugé M. Delisle.

T. I, p. 83, LXXVII*. *La souscription :* Ph^to episcopo Carnotensi *est à corriger; mettre :* Ph. episcopo Baiocensi.

T. I, p. 86, l. 21 (n° LXXXI*). *Après les mots :* « cartulaire du Roncerai », *ajouter :* Bibliothèque d'Angers, ms. 844-848 *b* (760), en six rouleaux, parchemin (cabinet Toussaint Grille).

T. I, p. 94. n° II. *Ajouter la mention : a.* Publiée par W. Farrer, *Early Yorkshire Charters* (Bibl. nat., imprimés, 4° N. p. 272), t. I, n° 433.

T. I, p. 95, III. Publiée : *b :* J.-J. Vernier, *Chartes de l'abbaye de Jumièges,* t. I, p. 185, n° LXXVI.

T. I, p. 111, XVII. *Ajouter la mention :* Indiquée, *Calendar of the Charter Rolls,* t. V, p. 120.

T. I, p. 113, XIX. D'après M. Louis Halphen, la date de cette pièce est : 13 avril 1159, si le n° XIX n'est que la notification de la sentence relatée au n° CXXXI. Cette date est probable, mais non certaine.

T. I, p. 115, XXI. *Ajouter : b.* Haskins, *Norman Institutions,* p. 214, note 76 (avec l'indication de diverses éditions).

T. I, p. 121, XXVI. Publiée : *a, Archæologia,* VI, p. 116, avec une dissertation sur le terme d'*Esnecca,* par John Topham. (D'après cet auteur, le « ministerium de Esnecca » était la fonction de garde du vaisseau royal à bord duquel le roi ou certains grands personnages se rendaient sur le continent.)

T. I, p. 122, XXVII. Acte souscrit par Jean, évêque de Worcester, qui d'après les annales de Tewkesbury, est mort le 31 mars 1157 ; d'autre part, Henri II n'est pas rentré en Angleterre avant avril 1157. La date que nous avons donnée à la présente pièce *doit donc être :* 1155-1156, *et non :* 1155-1157.

T. I, p. 123, XXVIII. La date 1155-1157, que nous avions adoptée, *doit être corrigée en :* 1155-1156. Correction de M. le Rev. Salter ; voir le n° XXVII.

T. I, p. 129, XXIX. L'adresse de cette pièce ne mentionne que les officiers de justice, vicomtes et agents de Henri II en Angleterre et en Normandie, tandis que la pièce XXVIII, dont elle pourrait à la rigueur être un extrait, s'adresse également aux archevêques, évêques, abbés et comtes. C'est pour cette raison que nous les considérons comme étant des actes différents.

T. I, p. 130, XXX. La date 1155-1157 *doit être corrigée en :* 1155-1156. Correction de Rev. Salter, voir le n° XXVII.

T. I, p. 169, LXVI. Ajouter la mention : *a. Calendar of the Charter Rolls,* t. V, p. 160, n° 4.

T. I, p. 170, LXVII. Ajouter la mention : *a. Calendar of the Charter Rolls,* t. V, p. 160 C (avec la souscription du chancelier Thomas, qui manque dans notre édition).

T. I, p. 170-171, LXVIII. Ajouter la mention : *a. Calendar of the Charter Rolls*, t. V, p. 159, n° 3.

T. I, p. 171, LXIX (la Trinité, domaine de Felstead). *Ajouter la mention : a.* Publiée, *Calendar of the Charter Rolls*, t. V. p. 159, *n°* 2.

T. I, p. 182, LXXIX. *Ajouter en tête : a.* Delisle, *Introduction*, p. 280. D'après M. Haskins, les difficultés de date relatives à cette pièce disparaissent, si l'on fait commencer le règne d'Henri II comme duc de Normandie au mois de janvier 1150, comme il l'a démontré dans l'*English historical review*, XXVII, 423, note 26.

T. I, p. 184, LXXX. *Ajouter la note :* Delisle, *Cartulaire de Normandie*, fol. 80 v°. — Corriger la date de cette pièce, 1156-1158 (?),qui peut être précisée en 1156–14 août 1158, Warin Fitz-Gerald, qui a souscrit l'acte (p. 188), étant mort avant le 14 août 1158. (*Correction de M. le Rév. Salter.*)

T. I, p. 188, LXXXI. La date 1156-1158 (?) peut être précisée ; *il faut mettre :* 1156–14 août 1158 ; Warin Fitz-Gérald, qui a souscrit cette pièce, étant mort avant le 14 août 1158. (*Correction de M. le Rév. Salter.*)

T. I., 193, LXXXVII. Voir, au sujet de cette pièce, les observations de M. Louis Halphen, *Revue Historique*, t. CIV, p. 96, note.

T. I, p. 197, XCII. *Ajouter :* publiée : *b.* J.-J. Vernier, *Chartes de l'abbaye de Jumièges*, II, p. 11, n° CIX.

T. I, p. 200, XCV. *Ajouter : a.* Le Prevost, *Mémoires et notes*, I, 287.

T. I, p. 205, n° C (pour Lincoln). *Ajouter : b.* Mention : Charter Rolls, t. V, p. 253, vidimus 3, n° 4.

T. I, p. 208, CIV. Ajouter : *a. Mémoires de la Soc. des Antiquaires de Normandie*, XV, 198.

T. I, p. 219, l. 18 (CXIV) : longus campus, *corr.* Longus Campus. *Ibidem*, l. 19 : Colebosc, *corr.* Holebosc.

T. I, p. 245, CXXXVII. *Ajouter : a.* Publiée, abbé L. J. Denis, *Les Chartes de St-Julien de Tours*, 1913. (*Archives historiques du Maine*, t. XII, 2e fascicule, n° 109.)

T. I, p. 264, CLIII. Datée par nous de 1156-1161. D'après M. Haskins, les raisons qui nous ont déterminé à dater la pièce CIV de 1156-1159 s'appliquent également au n° CLIII.

T. I, p. 296, CLXVII (1156-1161 [?] (Delisle, n° 114 D). *Supprimer* cette pièce, qui se trouve répétée (p. 506) sous le n° CCCLXXI (Delisle, 242 A). — Le n° CCCLXXI a reçu dans notre recueil la date 1156-1172-3. Cette date doit être corrigée ; Renaud de Saint-

Valery, qui a souscrit l'acte, était mort, ainsi que le prouve le Rev. Salter, au cours de 1166, ou en tout cas avant la Saint-Michel 1167. — La date, ainsi modifiée, serait donc : 1156–1167.

T. I, p. 304-305, CLXXIII. *Supprimer* cette pièce; M. Haskins l'attribue à Henri Ier, et atteste que la souscription de Robert de Courci peut avoir été apposée en bas d'un acte de ce prince.

T. I, p. 351, CCXIV. La date 1156-1162 *doit être corrigée en :* 1159-1162. Robert II, abbé de St-Evroul (p. 352, l. 9 du texte), est devenu abbé en 1159. La charte de Rotrou, archevêque de Rouen, que nous donnons en note (p. 353) a été éditée par M. Haskins, *The government of Normandy under Henry II* (*American historical review*, XX, p. 38, note 93).

T. I, p. 353, note (Charte de Rotrou, archevêque de Rouen). Publiée, Haskins, *Norman Institutions*, p. 218, note 93.

T. I, p. 357, n° CCXIX. *Ajouter la mention : a.* Publiée dans le *Calendar of the Charter Rolls*, t. IV, p. 109,15; *b.* mention dans *Cal. of the Charter Rolls*, t. V, p. 254, 14. Cf. le n° CCLI.

T. I, p. 397, n° CCLI. Pièce identique au n° CCXIX, même date; mais les souscriptions sont « Testibus : episcopo Cicestrensi et Jocelino de Bailol », tandis que le n° CCXIX porte : « Teste Rotrodo, Ebroicensi episcopo ».

T. I, p. 398, n° CCLII. Droit de garenne, pour Robert, évêque de Lincoln, entre Lincoln et Newark; *ajouter :* publiée. *a. Calendar of the Charter Rolls*, t. IV, p. 145, n° 33; *b.* mention *Charter Rolls*, t. V, p. 253, n° 33.

T. I, p. 404, CCLVIII. Cf. Bibliothèque d'Angers, ms. 844-848 *b.*

T. I, p. 453 (dernière ligne); CCCV. *Ajouter : a.* Publiée, *Mémoires de la Soc. des Antiquaires de Normandie*, XX, 198.

Ibidem. « Rogerio de *Cirrie* », *corr. :* « *Arrie.* » Roger d'Arri, clerc de l'Échiquier. (*Correction de M. Haskins.*)

T. I, p. 455, n° CCCVII. Le texte de cet acte a été emprunté par M. Delisle au cartulaire de Saint-Sauveur (Archives de la Manche, H non coté, n° 5). D'après M. de Font-Réaulx, ce texte aurait été falsifié à l'abbaye de Saint-Sauveur. La pièce, ainsi modifiée, et transcrite au XIIIe siècle, se trouve dans le même cartulaire de Saint-Sauveur, p. 176, n° 462, dans un espace laissé en blanc, de la même main que les fausses chartes de Henri II et de l'évêque Algare. (Cf. Delisle, *Introduction*, p. 322-323.)

T. I, p. 462, CCCXIV (table de M. Delisle, n° 202). D'après M. Haskins, cette charte, malgré son protocole, qui semble indiquer un acte de Henri II, est en réalité de

Henri Ier. Cette opinion se fonde sur les souscriptions de Bernard, évêque de Saint-David's (1115-1147), et de Guillaume, de Tancarville, mort en 1129. On devrait donc la supprimer. Voir à cet égard l'*English Historical Review*, XXIV, 214, note 18, où d'autres copies de l'acte sont indiquées. — M. Delisle, *Introduction*, p. 357, semble avoir confondu Bernard Fitzgerald, évêque de Saint-David's, avec David Fitzgerald, également évêque de Saint-David's, suffragant de l'archevêché de Canterbury (1148-1176); voir, entre autres, Dugdale, *Monasticon Anglicanum*, t. VI, 3e partie, p. 1301.

T. I, p. 482, CCCXXXVIII. *Ajouter la mention: b.* Publiée par Valin, *Le duc de Normandie et sa cour* (1910), p. 269, n° XV.

T. I, p. 503, CCCLXVI (Delisle, n° 237). La date 1156-1172-73 *doit être corrigée en:* 1156-1167; d'après M. le Rév. Salter, Renaud de Saint-Valery, témoin de cet acte, est mort avant la Saint-Michel (29 septembre) 1167, V. *The Genealogist*, vol XXX, juillet 1913.

T. I, p. 506, CCCLXXI. Delisle, 242 A. Cette pièce, qui figure plus haut, au n° CLXVII (table de M. Delisle, 114 D), ne doit figurer qu'au n° CCCLXXI. Elle doit être datée, non de 1156-1172-73, mais de 1156-1166 ou 1167. D'après M. le Rév. Salter, Renaud de Saint-Valery, qui l'a souscrite, est mort au cours de 1166, ou tout au plus tard avant la Saint-Michel de 1167.

T. I, p. 515-516, CCCLXXXIV. Delisle, 188. M. Haskins observe que les souscriptions de Richard, trésorier, sont toutes beaucoup postérieures à 1157 (v. *Introduction*, p. 427); on les trouve, en effet, à diverses dates, entre 1165 et 1185. Date donnée à la table de M. Delisle: novembre 1170. *Mettre simplement:* antérieur à 1172-73.

T. I, p. 528, CCCXCVII. Datée par moi de 1163-1172-73. Or l'adresse porte: « R. Ebroicensi episcopo. » Rotrou a été archevêque de Rouen de 1164 à 1183. La date (1163-1172-73) *doit donc être corrigée en:* 1163-1164.

T. I, p. 532, CCCCII. Le *Livre Blanc* de Séez se trouve actuellement aux Archives de l'Orne, où existe aussi une copie moderne. Autre copie à la Bibliothèque d'Alençon.

T. I, p. 537, CCCCIX. Delisle, 286. *Corriger la date:* 1165-1172-3, et *mettre:* 1167-1172-73, à cause de la mort de l'Impératrice, morte avant la rédaction de la charte. — *Ibidem;* supprimer la note, l. 30-32. Pour la même raison, les pièces CCCCXIII (Del. 287) et CCCCXIV (Del. 288) doivent être datées de 1167-1172-73.

T. II, p. 9, l. 9, n° CCCCLX. *Au lieu de:* augustiis; *lire:* angustiis.

T. II, p. 57, DIV. Selon Round, n° 108, une copie de cet acte existe aux Archives Municipales de Rouen. *Ajouter la mention: b.* Fagniez, *Documents sur l'histoire du commerce et de l'industrie*, t. I, p. 89, n° 115.

T. II, p. 60, DVI. Copie contemporaine au Vatican, Regius 980, fol. 16 v°, mentionnée par Pertz, *Archiv.*, t. XII, p. 311.

T. II, p. 67, DX. *Ajouter:* publiée, *a.* Vernier, *Chartes de l'abbaye de Jumièges,* II, p. 38, n° CXVI.

T. II, p. 88, l. 8, DXXIV. *Il manque un mot:* allectium, *après:* tria millia.

T. II, p. 91, DXXVII. *Ajouter:* publiée, *c* Vernier, *Chartes de l'abbaye de Jumièges,* II, p. 15, n° CXI.

T. II, p. 95, DXXVIII. *Ajouter:* publiée, *a.* Vernier, *Chartes de l'abbaye de Jumièges,* II, p. 31, n° CXII.

T. II, p. 113, DXXXIX (Delisle, n° 341 A). *Ajouter la mention: B.* confirmation par Jean-sans-Terre (1179); *Rotuli chartarum* (*Record commission*), p. 14, et donner la lettre *C* à l'inspeximus de 1270.

T. II, p. 133, DLIII (*Guillaume, fils de Jean de Westona, chan. de Bruton; église de Manneville et chapelle de Sainte-Ergoueffe*). D'après Round, l'original se trouve au Musée Britannique, Add. charter 15289, n° 5; les originaux de Round 508,509, sont aux n^{os} 2, 3 et 4.

T. II, p. 134, n° DLIV (Prémontrés de Sweinesby). *b.* Publiée dans le tome V du *Calendar of the Charter Rolls,* p. 73, n° 1. La copie des *Charter Rolls* donne le texte complet, avec les formules qui ont été omises dans notre texte, sous la date [1189].

T. II, p. 141, DLXII. *Ajouter la mention: C.* Copie par l'abbé de La Rue, Bibliothèque de Caen, ms. in-4°, 218, fol. 11 v° et fol. 93 v°, d'après un cartulaire du XIII^{e} siècle. Ex cartulario antiquo XIII sæculi mihi commisso. (*Indication fournie par M. Sauvage.*) [Sans doute B.] La copie de l'abbé de La Rue porte, *au lieu de:* ubi pisces et panes venduntur, *la simple mention:* ubi pisces venduntur.

T. II, p. 142, l. 3 (DLXII), aurifabro nostro, *corr.* aurifabro meo.

T. II, p. 148, DLXIX. *Ajouter, à propos de la date:* probablement pendant le séjour de Richard de Winchester en Normandie (1176-78). Cette pièce est mentionnée dans le *Calendar of the Charter Rolls,* t. V, p. 273, 10.

T. II, p. 158, DLXXIV. *Ajouter la mention:* Indiquée, *Calendar of the Charter Rolls,* t. V, p. 172, n° 5.

T. II, p. 208, DCVI. Analyse, *au lieu de:* devant la justice de la commune de Rouen, *mettre:* devant les officiers de justice du roi et la commune de Rouen. *Le texte porte* (p. 208, l. 16): coram justiciis meis et communia Rothomagi.

T. II, p. 249, DCXXXVIII. *Ajouter les mentions: C.* Bibl. nat., collection Moreau, LXXVIII, 200. — *a.* Valin, *Le duc de Normandie et sa cour,* p. 274.

T. II, p. 261, DCXLVII. *Ajouter la mention: a.* Valin, p. 277.

T. II, p. 274, l. 19 (DCLIX). Quar e; *corr.* Quare.

T. II, p. 287, DCLXXII, publiée : *a* W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. III, n° 1278. Apud Gartintonam (Geddington).

T. II, p. 292, l. 10 (DCLXXV) : tocius villa ; *corr.* tocius ville.

T. II, p. 302, l. 34 (DCLXXIX) : cimiteriem ; *corr.* cimiterium.

T. II, p. 312, DCLXXXVIII ; *a.* Haskins, *Norman Institutions*, p. 186, note 173.

T. II, p. 314, l. 3 (DCLXXXIX) : de cima ; *corr.* decima ; p. 314, l. 5 : et decim a ; *corr.* decima.

T. II, p. 345, DCCXXIII. D'après M. Haskins, Guillaume Fitz-Raoul arrive en Normandie en 1178. La date 1177-1189 *doit être corrigée en :* 1178-1189.

T. II, p. 374, DCCXLIII. (Delisle, 548 A). *Ajouter : a.* W. Farrer, *Early Yorkshire charters*, t. III, n° 1463 [1181-1189].

T. II, p. 416, l. 32, *au lieu de :* H. 1964, *mettre :* M. 1961.

T. II, p. 424. l. 4, Belmont, *corr.* Belmonte.

IMPRIMERIE NATIONALE.

GENERAL BOOKBINDING CO.
QUALITY CONTROL MARK


39353001081049